runt materiam erroris: vt quia ſolus deus eſt ſine principio et ſine fine dicerem iſtuꝫ Melchiſedech fuiſſe filium dei. Iſtud autem damnatum eſt ſicut hereticū: ex duplici ratiōe nō ponitur genealogia eiꝰ in ſcriptura: vna ad deſignandum ꝙ generatio chriſti eſt ineffabilis Eſaie. liij. Generationem eius quis enarrabit. Alia ad deſignanduꝫ ꝙ chriſtus qui introducitur: vt ſacerdos non pertinet ad genus leuiticum vel ad genealogiā veteris legis. Et hec eſt (inquit) intētio apoſtoli: vnde ſubdit neqꝫ initiū dierum habens: neqꝫ finē vite. Hec aūt (infit) dicit apoſtolus: non qꝛ chriſtus nō ſit natus in tempore neqꝫ mortuꝰ: ſed propter eternā eius generationem: in qua natus eſt ſine initio cuiuſcunqꝫ temporis: vnde Ioan. j. In principio erat verbum id eſt tempore quocunqꝫ dato ante erat verbum: vt exponit Baſilius Eſt enim ante omnes dies: quia per ipſum factus eſt mundus: cum quo inceperunt dies. Item nec finem vite: verum q̄tum ad eternitatem: q̄tum etiam ad bonitatē non habet finem vite: quia chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur. Rom. vj. ⁊ infra. xiij. Chriſtus ieſus heri et hodie ipſe et in ſecula. Deinde cum dicit (aſſimilatus autem filio dei ⁊c.) oſtēdit ſimilitudinē quantum ad ſacerdotiū. Sciēdum eſt (inquit) ꝙ ſolet dici quod poſteriora ſimilantur prioribus et non econuerſo. Et ideo ne credatur (infit) ꝙ ſacerdotium chriſti ſit poſterius ſacerdotio Melchiſedech. Hoc remouet apoſtolus: qꝛ et ſi chriſtus inquantum homo natus ſit poſt eum et ex tempore: tamen inquantum deus et filius dei eſt ab eterno. Et ideo Melchiſedech ſcd̄m omnia iſta aſſimilatus eſt illi qui eſt filius dei. Et hoc inquantum manet ſacerdos in perpetuū: quod poteſt dupliciter exponi. Uno mō qꝛ nō ſit mentio de fine ſacerdotij eiꝰ: nec ſucceſſore ipſiꝰ Oſee. xij. in manibus ꝓphetarū aſſimilatus ſum. Item eſt ſacerdos in perpetuum. quia figuratum eius. ſ. ſacerdotiū chriſti in perpetuuꝫ eſt: vnde ⁊ in ſcriptura pluries reperitur ritu ꝑpetuo. Exo: xxvij. Cultus ꝑpetuꝰ erit Leuiti. xxiiij. Cultu rituqꝫ perpetuo qꝛ illud qd̄ figurabatur per iſtud ꝑpetuum erit: hec Thomas. Sed mirandū de ip̄o Thoma / Nico. de Lyra ⁊ magiſtro ſententiaꝝ et ceteris qui Paulū expoſuerūt ꝙ nullā mentonē fecerint de opinione beati Auguſtini ſuperius recitata. Quare dicendum eſt ꝙ vel Auguſtinum non legerint vel ob illius ſanctitatem tacuiſſe maluerint: itaqꝫ veram eſſe ſcriꝓturam Pauli fateri debemus. Eius autem intelligentiam / aut legitime conſequi / aut precibus a deo impetrare.

¶ De Sara nonagenaria pariēte filiuꝫ et de puteo quem vidit Agar eiecta cum filio: et de ariete quem Abraam obtulit pro filio. Cap. xj.

SAra ſterilis Abrahe vxor filium Iſaac nomine nonagenaria peperit cum illa vſq; etate per totum vite ſue ſpacium ſterilis fuit. Sed hoc valde conueniebat: vt quoniam filius quem parturiebat ipſam figuram chriſti q̃ ex ſola virgine ſine humane voluptatis cupidine naſceretur pertulit. Et hoc (inquit Auguſtinus) quamuis contra conſuetudinem: non tamē natura aduerſa factum eſt: quoniā et ſi contra cōſuetudinē vt pariat a materia: aduerſus tamen naturam non eſt vt in vtero famuli naſcat̃ quandoq; filius. Quo naſcente filio ꝛ ablato ancilla Agar cum filio ſuo Hiſmael qui prior natus eſt eijcitur: que per deſertum deficiente aqua ꝛ ſiti moriente: cū puero vadens lachrymatur. Sed angelo eam compellente et dicente. Exaudiuit dñs vocem pueri: aperti ſunt oculi eius et vidit puteum in ſolitudine. De quo puteo ita refertur: vt aut tunc erumpens a terra prodatur: aut ſi ibi ante fuerit tunc Agar oculi vt videretur aperiūtur quem ante non poterat videre. Ut autē apparet etiam hominibus ꝙ fidelis in dei amicitia permaneret Abraam filium ſuum Yſaac cum eſſet iam adultus offerre ſibi in holocauſtum ſup vnū montiū quē ei monſtrauerat deus p̄cepit. Qui obediens ad locum illum quem oſtenderat ei deus cito p̄rexit: et aſſumptum filiū iam iāq; imolare cepit. Hec cum feciſſet de⁹ arietem (inquit Joſephus) ad ſacrificium produxit ex improuiſo: illi vero preter ſpem ſemetipſos amplexantes: quippe qui bonorū talium promiſſiones audirent oſculabantur. Sed iſte aries requirit̃: vnde in ſolitudine fuit. vtrum vt quidem aſſerunt hunc illa hora terra protulit quomodo ꝛ in principio pecora gignit: an etiā ne illud op⁹ poſt diem ſextum condidiſſe deus de terra dicatur iſtum arietem autore Auguſtino detuliſſe angelum aliunde credim⁹: quomō ꝛ philippum angelus ab eunucho trāſtulit in azotum: ꝛ ad Danielem in Babylonem abacuh tranſtuliſſe ad lacum leonum fertur angelus.

Auguſtin⁹ lib. ij. mirabiliū ſacre ſcripture.

Geñ. xvj.

De ariete quē Abraā obtulit pro filio.

Joſephus primo antiquitatū capi. xxij.

### De Jacob ꝛ Joſeph ſepulturis: vnius in terra promiſſionis: alterius in Egypto. Cap. xij.

IOſeph vir propheticus/preuidit ꝙ Egyptiorū gens idolatrie dedita ipſum qui terrene munificentie illis autor fuiſſet vt ipſos periculo liberaſſet: aliquando adorare vellet qd̃ et fecerūt. Nam bouis ſimulachrū iuxta ioſeph ſtatuerūt: eo ꝙ bos viro in agricultura ꝯparatur Qua etiam cauſa filij iſrael cum in deſerto idolū adorare vellent nō aliā ſtatuā ꝙ vitulum: id eſt bouē fecerunt. Hac vel maxime cauſa ꝙ ipſe iuxta ſepulchrū Joſeph adoratur: ne ergo Joſeph Egyptiorū

ſuccūberet idolatrie ꝑfectionē filiorū iſrael preuidens dixit: viſitatiōe
viſitabit vos deus: ⁊ efferte oſſa mea hinc vobiſcū. Joſeph vero pa-
trū ſuoꝝ ad ſepultura Abrae ⁊ Jſaac paternū corpꝰ deuexit: et tñ ille
in Egypto poſtea moriēs / ſtatiꝫ poſt mortē deuehi ad paternū ſepul
chrum noluit: ſed in Egypto interiꝫ ſepulture locū ſuſcepit: ⁊ poſtea
de oſſibꝰ ſuis ꝓgēti de Egypto populo mādauit dicēs. Efferte oſſa
mea vobiſcū: hic Jacob nanqꝫ nequaꝙ externe gētis feminis niſi de
his q̄ meſopotamia ſecū venerant miſcebatur: idcirco ad paternū ſe-
pulchrū integro corpore poſt mortē ſtatim deuehit: Joſeph vero aſ-
ſenec phutifaris ſacerdotis filiā Helliopoleos vxorē accipiēs exter-
no ſanguini fuerat mixtꝰ: ⁊ iō poſt mortē in extraneo terre limo ꝯditꝰ
eſt. Quare ergo ad terrā poſt modū repromiſſiōis vehi voluit dū pri
mitus in Egypto canditus fuit: hāc ergo cām in hoc loco poſui non
ꝙ inter mirabilia deputaretur: ſed ne tā magnū iter inter Abraam et
Moyſem ſine aliqua ꝯmemoratione dignum ſit ſpaciū omitterem.

¶ De Moyſe ⁊ Rubo in oreb ⁊ ligno incōbuſtibili. Ca.xiij.

Egyptijs ſi q̄dē delicatis: ⁊ deſidioſis in labore exiſten
tibus ⁊ alijs libidinibꝰ valde ſubiectis: etiā ꝓpter amo
rem lucri contigit vt peſſime circa hebreos inuidia eo-
rū felicitatis afficerent̄. Vidētes aūt (vt Joſephus re-
fert) iſraelitaꝝ genus augeri: ⁊ ꝓpter virtutē ⁊ laboris
ingeniū diuitiaꝝ affluentia valde nobilitatos cōtra ſe eos augeri ſu-
ſpicabant̄: oblitiqꝫ bonoꝝ ꝓpter longinquitateꝫ tēporū q̄ meruerant
per Joſeph: regnoqꝫ tranſlato ad aliā domū: crudeliter opprimētes
iſraeliticas: ſtudebant eis varias inferre miſerias: ita vt mares eoruꝫ
paruulos ne vltra modū gēs ſuccreſceret in flumīe ꝓijcere: ⁊ diuerſa
iubere morte mactare. Quo tp̄e Moyſes Amre filiꝰ in illa tempeſta
te generatus leuitice ſtirpis pater in vltionē ſue gentis ſurrexit: ⁊ vi-
dens virum Egyptium iſraeliticum opprimentē occidit ipſe de Egy
pto fugiens per quadraginta annos in terra madiam oues paſcens
exul fuit: cui euoluto tp̄e ꝓmiſſionis que facta eſt ad patres: minan-
ti ꝑ paſcua gregē Oreb rubus ardēs ⁊ igni ſuo nō cōburi apparuit.
Et cum talem viſionem explorare cuperet: cur rubus non cōburere
tur cum arderet dominus de medio rubi. Ego inquit ſum deus pa-
trum tuoruꝫ in Egyptum mittam te: vt inde ſeruitutis iugo oppreſ-
ſum ſoluas ſemen eorum in hac horribili viſiōe: hoc noſtro operi pri-
mum occurrit: quomodo ignis videbatur ardere: et tamen illud in
quo arſerat non comburi. Si ergo de iſta materia ignis alimoniam
ſumpſerat: quare illud vnde creuerat non conſumebat. Et ſi non de

Joſephus libr. ij. anti-
quitatū ca-
pi. vj.

Sedulius
Jgnibꝰ in-
nocuis fla-
grās appa-
ruit olim
Non ardēs
ardere ru-
bus: nec ſū-
cta colori
Materies
alimēta / do-
ne torrida
viuens
Senſit diui
na frutex:
ſꝫ amici fo-
mitis eſtu
Frondea
blandite lā
bebāt robo
ra flamme.

Exo. iij. I.

Aug. j. lib. mirabiliuz.

Diuus Hie ronymus

hac materia flamma que videbatur ſurrexerat vt in rubo oſtenderetur quid neceſſe erat. Cuiuſdam ergo (inquit Auguſtinus) virgulti conſuetudo eſt: quod quanto plus arſerit/non tamen cõſumitur: ſed ardendo purgatius redditur de quo ligno ſanctus Hieronymus in explanatione altaris lignei: quod in ciuitate per viſionem domini in Ezechiele oſtenditur refert quod quaſi ligni colorez habeat: attamẽ de huius nomine reticuit: cum illius naturam indicauit. Si ergo illiꝰ arboris rubo ignis ille Moyſi oſtenſus arſerat: quid mirum ſi nequaq̃ comburebatur. Seruatur ergo inutroq; natura igne: ſcilicet & arbore conſideratis: dum et ignis naturaliter de arbore ardet: arbor ardens igni naturaliter non conſumitur. Certe in illo rubo non ille ignis arboris inimicus videbatur: ſed potius ignis ille de quo dicitur. Qui facit angelos ſuos ſpiritus et miniſtros ſuos ignem vrentem. Ignis vero incorporeus in rubo declaratur: qui dum corporali homini oſtẽſus eſt: neceſſe fuit vt aliqua corporea materia mõſtraret.

Ignis icorporeus.

¶ De virga in ſerpentem mutata & de verſione aque in ſanguinem et ceteris Egypti plagis. Cap. xiiij.

Sedulius Mitis in immitez virga eſt animata draconem. Per flexos ſinuata globos: linguiſq; triſulcis Squamea colla tumens inimicos ore chelydres Sorbuit: et ꝓpriis redit invirgulta rigoris.

Joſephꝰ ſecundo antiquitatũ. lib. cap. x.

Cum veniſſet iuxta montem frater Aaron deo iubẽte occurrit ei. Cui Moyſes ſignificauit que in monte contigerunt pariter et diuina mandata: procedentibus autem eis occurrebant nobiles hebreorum eius preſentiam cognoſcentes. Quibus Moyſes quomodo verbis ſuadere nõ poterat: ſigna ſibimet oſtenſa monſtrabat illi ſtupore eorum: que inopinabiliter inſpiciebant omnino credebãt: et ex omnibus erant in ſpe maxima conſtituti deo ſcilicet eorum prouidente ſecuritatem. Dum vero iam obedientes haberet hebreos Moyſes venit ad regem illuz qui nuper ſuſciperet principatum intimauit ei que illi in monte contigerãt: deiq; voces et ſigna ſingula ab eo mõſtrata propter fidem rerum decẽter expoſuit: rogauitq; ne diſcedens in his impedimentum faceret dei voluntati. Deridente vero (vt Joſephus inquit) rege Moyſes opere fecit: vt conſpiceret ſigna que fuerãt in monte monſtrata: ille ergo dedignatus illum quidem maligniſſimũ appellauit: cum hec dixiſſet: Juſſit ſacerdotes eaſdem quas ille facere viſiones tanq̃ Egyptij etiaz in hac diſciplina ſapientes exiſterent et quaſi non ſolus Moyſes peritus eſſet rerum quas ipſe per deuz poſſit explere: et ponentibus illis virgas dracones facti ſunt. Moyſes autem non expauit/ſed ait. Oſtendaz ego quidem o rex non artibus magicis: nec errore ſed ſubſiſtere veritate: que mihi ſunt dei p-

uidentia et virtute patefacta: cunq; hec dixiſſet proiecit in terram virgam: iuſſitq; eam vt in colubrum verteretur: Illa obediens etiã Egyptiorum virgas que videbãt eſſe dracones deuorauit: inſiliens donec ꝯſumeret vniuerſas: rege vero Moyſe deſpiciente ſermones nullamq; conuerſationem ſui ad talia faciente paſſiones peſſime: quas ſingulas explanabo Egyptios inuaſerunt: nec pri⁹ flectebantur: quã eorum experimenta perciperent ſimul et qua vellet deus Moyſem in nullo eorum que predixerat monſtrari mẽdacem: et quia prodeſſet hominibus vt diſcernerent obſeruare et facere ea quibus non poſſet offendi diuinitas ne ad iracundiam conuerſus: in eorum iniquitatib⁹ vlciſcatur. Fluuius enim eis ſanguineus dei volũtate profluit: ⁊ qui bibi non poſſet: cum fontem aquarum aliuz non haberent: non colore ſolum modo talis erat. Sed etiam ſe cotingentibus doloris amari gemitum inferebat: eratq; talis Egyptijs: Hebreis autẽ dulcis et potabilis exiſtebat: licet naturaliter videretur eſſe mutatus in hoc miraculo rex timens atq; heſitãs: propter Egyptios abire permiſit hebreos. Cumq; malum fuiſſet aliquo modo releuatum rurſus ſententiam permutauit. nec eos abire permiſit. Deus autez illo continuante poſt calamitatis ablationem: et nollẽte a ſua malicia tẽperare aliã Egyptijs plagam. Ranarum nãq; infinita multitudo eorum terram late depaſta eſt: plenuſq; erat etiam fluuius et polluebatur eorum potus: et animalibus ibi putreſcentibus fetor cunctis noxius exalabat ex aqua: eratq; cuncta regio huiuſmodi malo plena ebuliẽtibus ranis et morientibus. Que etiam domeſtica eorum habitacula valde vexabant: dum in cibis ſepius inuenirent et poculis in cubilibus eorum inambulantes. Fetorq; crudelis erat: et abominabilis moreĩtibus ranis ac putreſcentibus. Dum his ergo mali Egyptij premerẽtur: iuſſit rex Moyſem tollentem hebreos abſcedere: cumq; dixiſſet hoc repente ranarum exterminata eſt multitudo: et terra ſimul et fluuius in ſuaz reuerſi ſunt naturam. Pharao vero mox vt paſſionibus terra priuata eſt: oblitus calamitatis illius rurſus retinuit hebreos. Rurſus ergo alterius mali percuſſione: eius fallaciam diuinitas vulnerauit pediculorum nanq; infinita multitudo Egyptijs pullulauit ex interioribus ebuliens: ex quibus mali male conſumebantur / neq; lauacris / neq; medicamentorum vnguentis genus hoc exterminare preualentes. Ob hanc ergo peſtem Egypti rex turbatus: metuenſq; ſimul peſtem ſui populi: licet fante verecundiam ſe deuicti viri putaret habiturum: cogebatur tamen a malo temperare / hebreiſq; conceſſit egreſſionez. Cumq; hoc iterum leuigaretur: filios obſides ⁊ vxores reuerſiõis ſue eos relinquere ſanciebat. Unde irritauit potius deum: credens ſe eius quoq; prouidentiam fallere ſicut Moy-

Sãguineꝰ fluuius

Rane Egyptiorum

Egyptiorũ pediculi

ſem. Sed illum latere non potuit: Egyptum punientem propter he-
breos. Beſtijs nanqꝫ multigenis et multimodis quorum aſpectibꝰ
nullus occurit eorum prius impleuit regionem: quibus et ipſi conſu
mebantur et terra/ agricolarum cultura nudabatur: ſi quis enim pri-
marum paſſionum perditionem euaderet: hoc lāguore et interitu ho
minum talia ſuſtinentiuꝫ ſuccumbebat. Cūqꝫ pharao neqꝫ ſic dei iuſ-
ſionibus obediret non defuit deo: vnde calliditatē eius diuerſis ma-
Uulnera lis et maioribus denuo ſuperuenientibus caſtigaret. Crudeliter nā-
Egyptoꝝ. qꝫ eorum corpora vulnerabantur interius corrupta: rege vero neqꝫ
Grando ve hac plaga temperante grando vehemens: cuꝫ neqꝫ prius in Egypto
hemens. aer aliquid tale ꝑtulerit: neqꝫ ſimilis apud eos hyemis tempore de-
Locuſte ſcenderet. Deinde genus locuſtarum germen quod non fuerat vexa-
tum grandine deuorauit: vt eis generaliter ſpes terrenorum fructuū
deperiret. Pharao itaqꝫ tantum imprudēs quantum malignus ſen-
tiens cauſam: deo tamen contradicebat. Tenebre profundiſſime et
partem luminis non habentes Egyptijs ſunt diffuſe: pro quibus et
viſus eorū aeris craſſitudine clauſi ſunt: eoſqꝫ mori miſerabiliter cō-
pulerunt. Metuebant enim ne caligine ſimul abſorberentur: rex au-
tem iratus in his que fuerant dicta ſibi a Moyſe minatur eius ſe ca
put auferre. Tum Moyſes nequaq̄ ſe de his verba facturum dixit.
Deus autem oſtendens adhuc vna plaga feriendos Egyptios: vt
Mors pri- dimitterent hebreos. Mors enim primogenitorum ita Egytijs fa-
mogenito- cta eſt: vt plurimi procerum congregati circa regalia pharaoni per-
rum ſuaderent: quatenus hebreos ſub velocitate dimitteret. Qui vocatū
Moyſem abire precepit arbitratus: vt ſi de prouincia recederent im
minentem Egyptiorum caſtigationem ceſſare honorabant hebreos
alij quidem vt citius egrederentur. Alij vero propter vicinitatis eo-
rum conſuetudinem. Et illi quidem egrediebantur flentibus Egy-
ptijs et penitentiam agentibus: eo quod fuerint eis ſic crudeles. Tā
debantqꝫ ad locum Beelſephon: deinde ad rubrum mare deuene-
runt. Et propter deſertum nihil de terra poſſent habere ciborum fer-
mentata farina azimis panibus ex modico tempore tantummodo
coagulatis veſcebantur: hiſqꝫ triginta ſunt vſi diebus: vnde ad me-
moriam illius inopie feſtiuitatē octo dierum agunt iudei qui/dr azi-
morum. Qui etatem habebant aptam ad expeditum ſexcenta milia
fuerunt reliqueruntqꝫ Egyptum menſe xantico: luna decimaquin-
ta vt Joſephus autor eſt poſt annos triginta et quattuorcentum q̄
Abraam veniſſet in Chanaam: poſt Jacob autem aduētum in Egy
pto anno .cc. et quinto Moyſe auteꝫ erat quidem anno iam .lxxx. fra
ter autem eius Aaron tribus annis maior extabat/ portabat etiam
oſſa Joſeph. Dum hec ille ſuos filios facere precepiſſet. Virga in

anguem verſa (vt Auguſtino placet) et rurſus ſerpens in arborẽ mu Opinio
tatus labor eſt nature inquiſitoribus. Niſi quia vtrunqꝫ virga: ſcili- Auguſtini
cet et ſerpens factũ eſſe manifeſte docetur ex terra. Quod ergo ex ea- de virga
dem terra oritur gubernatoris dei potẽtia: viciſſim in alterutrum mu Moyſi in
tatur. Si oia que de terra facta ſunt in alterutrũ mutari viciſſim cõce ſerpentẽ
dunt. Hoc eſt vt animal in arborem: et panis in lapidem: homo in vo verſa.
lucrem verti concedatur nihil ex his firmare non poſſit intra nature ſue terminos permanere: et ridiculoſis magorum fabulationibus dicentium manuum ſubſtantia maiores ſuos ſeculo peruagaſſe aſſenſum preſtare videbimur: ac per hoc deum in his non gubernatorem: ſi dicamus quod abſit: nec illum poſt primam naturam omnium cõditionem: aliud nouum quod non propria natura retineat facere credamus. Nil enim ſub ſole nouum: nec valet quiſq̄ dicere ecce hoc recens eſt. Et ideo plurimi doctores (inquit) plus dicunt illam virgaꝫ veram: que ſemper Moyſi manibus comprehenſa virgultum manebat. Imaginarie tamen in ſerpentis formam aliquotiens pro ſigno fuiſſe verſam: preſertim cum ad nullos vſus niſi ad ſigni oſtentioneꝫ neceſſaria erat. Si enim verus ſerpens fuiſſet ſerpens ſemper maneret: etenim vera virga fuerat que Moyſes Egyptum plagis flagellare: ceperat nunq̄ in ſerpentem mutata ſemper virga permanſerat. De qua mare diuiditur et petre in Oreb et in cades percutiũtur. Si ergo imaginarie ſerpẽs ille ꝑ ſigna tm̄ oſtẽditur: cur coram pharaone ceteri magorum ſerpentes per eum deuorantur. Cui reſponſioni facile docti reſpondere potuerunt: ꝙ et ipſi ſerpentes qui per eũ deuorantur imaginarij fuerunt: et ideo diuini ſigni imaginatio deuorare poterat quod per magorum diabolicas incantationes imaginatũ fiebat: iuxta ergo hanc eſtimationem non in naturam ſerpẽtis virga ſed pro ſigni imaginatione commutatur. Nihil enim arboris natura quod facere ſerpentem poſſit inuenitur: et idcirco niſi in hora ſigni q̃
erat virga naturaliter ſerpens ſpiritaliter videtur. At vero in hoc re- De ꝟſione
quirendum (idem Auguſtinus infit) et quod ad preſentis operis ꝓ- aque in ſan
poſituꝫ reſpicit quomodo deus nature gubernator naturaliter aquã guinem.
in ſanguinem mutauit. Aqua igitur cunctis liquoris materia quotidie per ipſaꝫ rerum miniſtratiões in diuerſa mutatur: dum in vniuſcuiuſqꝫ nature paſtum et refectionem indeſinenter et naturaliter con
trahitur. Cum enim per vitis arborem infunditur in vini ſaporem De vino
et colorem mutatur. Et cum oliue ligni ad excelſas ſummitates aſcẽ Olei gene-
dit eadem aqua olei pinguedinem facit: et cum ab apibus in fauos ratio ex aq̃
congeritur mellis dulcedinem operatur: et cum per palmarum robora degerit dactilos gignit: ⁊ ad licere ſuauitatẽ expreſſa peruenit. Et cum in animalium diuerſorum paſtũ deputatur in ſanguinẽ verſa

eadem per carnem diſtinguitur: nam et nutriendis fetibus albi colo-
ris et ſuauiſſime dulcedinis: in vberibus lac preparat et per cũcta re-
liqua carnis membra rubicundum ſanguinis colorem fuſcat. Mul-
ta ſunt predicta ſanguinis genera per eandem carnem que vſqꝫ ad vi
gintitria phyſiologi dinumerãt: ex quibus vrinam/ſemen/fel/nigrũ
et rufum/ſaliuas ⁊ lachrimas: et cetera eſſe denũciant: hoc quotidia-
nis adminiſtratiõibus nature ſue varias per partes aqua preparet.
Quid ergo capacibus mentibus obſtat/ſi illud quod per tempus lõ-
gius facit alijs rebus in momento per iuſſum potentiſſimi guberna-
toris naturaliter efficiat. Aqua in ſanguinem verſa non contra naturã
facit: ſed quod alijs rebus per tempus efficeret iubente domino in ſe
metipſo protinus operatur. De ceteris vero plagis quibus deus per
Moyſem ⁊ Moyſes per Aaron pharaonẽ et terram eius et ſeruos
eius caſtigauerat: nihil exceſſiſſe terminos nec ipſa plagarũ ſimplex
narratio manifeſtat: quoniam (vt idem Auguſtinus ſcribit) et ſi tunc
ſolito plures ſemper de aquis rane naſcuntur et cynifes eſtatis tem-
pore calore ſolis puluere oriuntur locuſte et muſce ſolis feruore ſoli-
date vndiqꝫ conueniũt: et iumẽta diuerſis cauſis morte ſolita vite ſue
terminum peragunt: puluis quoqꝫ conturbatus de terra ſepe aerem
obſcurat: et veſicas et vlcera in hominibus et iumentis infectus aer
generat: grando etiam et fulgura de congelationibus et vehementer
turbatis nubibus ruunt abſentia lucis oculorum obtutus quando-
cunqꝫ lux receſſit tenebre plus prepediunt mors quoqꝫ in Adam ſe-
minata primitus omnibus filijs eius dñetur: per quam ſic in Egy-
pto primogenita ſoboles cunctorum arctius damnatur.

## ¶ De regreſſione et ſiccitate maris et conſono carmine filiorum iſrael. Cap̃. xv.



Porro cum Egyptios hebreorum egreſſus: rexqꝫ gra-
uiter ferret tanq̃ veneficijs Moyſeos ſigna illa fuiſ-
ſent deliberauerunt ſuper eos irruere: et ſumentes ar-
ma perſequebãtur: ducebat hebreos Moyſes ad ma-
re Egyptijs intuentibus. Dum vero Moyſes perue-
niſſet ad littus ſumens virgam rogabat deum et auxiliatorem atqꝫ
adiutorem inuocabat: et cum oraſſet percuſſit virga mare. Quod re-
pente percuſſione inſciſum et in ſe diuiſum terram reliquit nudam: vt
hebreis via eſſet et fuga pharaonis exercitus mare poſt iſrael intra-
uit: ſed vni refugium alteri laqueus fuit. Dum ergo Egyptiorum
exercitus omnis in mare intraſſet: rurſum effuſum eſt et deſcendens
ventorum procella omnes Egyptios cõprehendit: ymbreſqꝫ ſimul ⁊

tonitrua valde grauiſſima e celo deſcenderunt. Et iſti quidem inquit Joſephꝰ ita ſunt ꝑditi:vt nemo ex eis relinqueretur in hoc tam inſigni dei operibus (infit Auguſtinus) miraculo illud de preſenti actꝰ noſtri intentiõe exigitur:quomodo in ſiccato et recedenti de littoribꝰ mari natura conſeruatur. Sed ipſum non tã difficulter deo auxiliãte nos inuenire credimus:qui congelantibus vndis ſtagnorum dorſa glacie ſuperſtracta ſepiſſime conſideramus. Quod ergo venti pluuiarũ non ſine turbine aeris inferiores partes gelu obtinente in aq̃s ſepiſſime naturaliter efficiuntur:illuc tunc dei iuſſu per glacialem vẽtum ſubito vrgente pelago factum fuiſſe comprobatur. Sed ſicut repẽte mare ſiccum domino imperante reditur:ita eodem iubente liquefactum in fluidas vndas de ſiccato reſoluitur. De receſſu vero illius quotidiana adminiſtratione iam ante prediximꝰ:quia per oceani maris eſtuaria indeſinenter fieri videre ſolemus. Ex quo colligere poſſumus quod mare naturaliter quotidie deſerit littora non contra naturam quamuis longe aliter diſſimili modo deo tũc gubernante propria littora detexit. Tranſito mari rubro cecinerunt filij iſrael ſenes cuncti cum pueris:et omnes etates eodẽ inſpirati famine quaſi vno ore nulla premonitione edocti eaſdem conuenientes litteras decantarant in vnum. Sed in his cantoribus nil idem ſpiritus cõtra naturam effeciſſe dinoſcitur. In quibus per ora et linguas halitus et vox et verba mouetur. Et ſic habetur quod illud canticum. Cantemus domino. quod dicit᷑ feria quinta fruſtra imponitur Marie ſorori Moyſi quaſi ipſa fuerit eius factrix:qꝛ canticum illud nõ humanitus factum fuit:ſed diuinitus inſpiratum.

## ¶ De aquarum in Marath indulcoratione et de Manna. Cap. xvj.

AGitur inopinabiliter hebreos tali ſalute donatos grauiter iterum contriſtabat dum ſigna ducerentur in montem eſſetqꝫ regio deſerta:et neceſſarijs alimentis egena:et aque difficilis:que non ſolum vt preberet aliquid hominibus indigebat:ſed etiam nec aliqua animalia: vt aleret erat idonea continuo:ergo fatigati labore queruloſi ardore ſitis:in Marach aquas amariſſimas inuenerunt: quarum ſalſitate prohibiti ſue ſitis ſolamen minime habere valuerunt:ſed Moyſi a dño lignum oſtenditur:cuius tactu amara fluminis aqua indulcoratur:eiuſqꝫ dehinc ſaporem populus ſitis ardorẽ debriatus depoſuit que illuc uſqꝫ inceſſabiliter furor fatigauit. Sed qualiter nature inueſtigator naturaliter eſſe factum approbabit qꝺ amare aque in mo

mento ligni tactu protinus indulcantur: cuius ergo (Auguſtinus inquit) nature vt tante dulcedinis lignuz fuiſſe videretur: quo ſemel intincta fluminis vnda amariſſima ſuauis & ſapida fit: etenim ſi fauum mellis aliquis nunc in amaram vndam iecerit: nonne potius fauus amarus ꝙ vnda ſapida erit. Ex quo intelligitur non tunc lignum cōtra naturam aquam effeciſſe dulcem ſed precepto conditoris et nature gubernatoris Lympham mutauit in ſaporem. Quod eniz per humanum ſeu etiam rerum effectum longo cultu efficitur hoc dei voluntate: cum neceſſe habet ipſa natura operatur. Aquas igitur amaras vel etiam ipſas ſalſiſſimas in dulcem ſaporem verti poſſe frequenter naute comprobant qui illas per humum optime terre infuſas: & hoc artificio etiam indulcoratas ſepe ſitim temperant. Ipſe vero creaturarum cōditor et gubernator nature occultam que per aliam rem manifeſtāda fieret in re ipſa ſola denudat. Ingreſſi ergo ſolitudinem: hebrei ſexcenta ferme milia peditum pugnatorum excepto purgamēto extanti: id eſt in nubili et promiſcuo vulgo quod de Egypto conſcenderat deus per annos quadraginta manna: id eſt celeſti pane ſaturauit. Moyſes enim hebreos docebat: qḋ non ſcḋm eorūz opinionem ros e celo deſcenderet: ſed ad ſalutem eorum cibumqꝫ veniſſet: & cum guſtaret fidem credendi (inquit Joſephus) prebebat eis. Illi vero imitantes ducem delectabantur in cibo dulcedinem: vero et delectationem habebat valde ſuauem. Simile autez erat aromatibus p̄cipuis et magnitudo eius ſimilis ſemini coriandri. Deniqꝫ de illo pane & pſalmiſta poſt modū ꝯmemorās dixit. Panē celi dedit eis. Panē angelorꝫ manducauit hō: qui ꝑ noctem ſemper excepta nocte ſabbati cum rore deſcendens circa caſtrorum locum candorē niuis oſtēderat. Si vero aliquis in mane alterius diei aliquid ex eo relinqueret vermibus ſcatebat: in illa ergo ſuperiori parte terre: vbi grando & nix gignitur (vt tradit Auguſtinus) naſcebaṫ: et in cibum inferioris terre partibus hominibus per angelos adminiſtratur: ex quo facile dinoſcitur: non aliunde extra naturaz queſiſſe: ſed de terra deus victū imperaſſe: non ꝙ deus quotidie illis panem illum communem etiaz in deſerto preſtare non poſſet: ſed vt homo paſtus de nubibus ſciret: qꝛ non in ſolo pane viuit homo. ſed in omni verbo qḋ de dei ore procedit. Sicut enim nature imperauit vt homo ſaturareṫ pane: ita etiā de omni quacunqꝫ re ſi ita illi iuſſerat quomodo habebat: et tunc de nubibus plui victum incolumen. Manna igitur genitum fecit ex aere miniſterio angelorum: ideo panis dicitur angelorum.

De manna Exo. xvi. Sedulius Quid referaz innumeras celeſti pane catervas Angelicos ſumpſiſſe cibos niuibuſqꝫ ſupni Nectaris aeria populū dulcedine paſtuz In pluuijs habuiſſe dapes: & imbribus eſcas.

¶ De petra percuſſa in oreb et de verſione aquaruz in lapides. Cap. xviij.

Manna vſi ſunt pro cibo filij iſrael quadraginta annis:
quanto tempore in deſerto fuerunt. Cum vero inde mi
graſſent: venerunt (vt Joſephus refert) in raſim paſſi
nouiſſimas pro ītolerabili ſiti miſerias. Moyſes vero
tunc dei conuertebatur ad preces rogans: vt ſicut cibū
eis indigentibus prebuit: ſic etiam potum daret: cum peteret eis gra
tiam cibi non exiſtente potu. Qui donū diu non diſtulit: ſed prebitu-
rum ſe Moyſi tantam aque multitudinem: vnde non poſſit ſperare
promiſit: iuſſitqꝫ vt virga percuteret petram que ibidem erat appoſi
ta: et ex ea ſumeret abundantiā rerum quibus egeret: Moyſes vero
virga percuſſit petram: illaqꝫ ſciſſa aqua manauit copioſa: et valde
ꝑſpicua. Illi igitur inopinabile factum mirati ſunt bibentibuſqꝫ dul-
cis et ſuauiſſimus erat potus. De aqua vero in principio lapides fa-
ctos. qualiter ignorat qui criſtali naturam niue per multuz temporis
congelante incommutabilem lapidis duriciem procedere non ambi
gat preſertim cum glebas (vt Auguſtinus refert) non de terre ipſius
humo: ſed de feni primitijs incremento in ſummis arboribus vel ſco
pulis ſepe conſideramus: in quibus iam lapillos per pluuiarum in-
fuſionem ipſius feni humi motionē genitos inuenimus. Nonnullas
quoqꝫ terras argylloſas tranſfluentiū aquarū aſſueto curſu ſupfuſas
in duriciē lapidū vidimus cōuerſas. In quibus etiaz duriores velut
antiquioris etatis lapides: ꝙ ipſa humus in ſe prius habuerat ani-
maduertimꝰ inſertos. Qualr iā nōnullis lapidibꝰ qꝫ ꝯcauos oſtreos
ꝙ quādo mollis humus fuerat interpoſitos habebat: veluti ſine na
turali duricie nunc inſertos videmus: plurima etiam marina reptilia
teſtudinibus cortaneis induuntur: in quibꝰ duricies pluſꝙ plurimo
rum lapidū. ex quibus omnibus manifeſtis approbationibꝰ lapides
ex aqua tm̄ ⁊ nonnullos ea ꝙ et humo nunc genitos eſſe doctus ḡſqꝫ
non denegat. Sicut et lachrymoſi marmoris natura et conſuetudo
indicat ſalis etiam natura liquoris in lapidis duriciem concreta ver-
titur: et iterum in liquorem ſolui contuetur. Lapis quoqꝫ vt Job li-
bri narrat hiſtoria reſolutus calore in es conuertitur: quod nō poteſt
niſi prius in liquoris naturaz moueatur. Preterea quoqꝫ omne me-
talluz ꝙtecunqꝫ duriciei fuerit: ꝙuis lapidee eſſe nature pateat: igne
reſolutuz liqueſcit. Dum ergo ex aqua humore lapidis natura gigni
comprobat: quid obſtat ſi dei gubernatoris voluntate lapis in aquā
verſa vice mutetur non natura: ad ſuam originem redire feſtinat: cum
deus aquam de petra populo ſuo prebere iubet.

Sedulius
Rurſus in-
exuſtꝫ ſitiēs
exercitꝰ ar-
uis Que ni
mium loca
ſicca diu: ꝙ
terra nega-
tis Egre la
cebat aquis
ꝙ ſpes abla
ta bibendi:
Viuendiqꝫ
fuit ſubitas
arēte metal
lo Hauſit
aquas: ſteri
liqꝫ latex ꝺ
rupe mana
uit Et ieiu-
na nouum
vomuerunt
marmora
potum.

Job.xx
viij.f.

## De filijs Moyſi quare ducatu ſacerdotij priuati ſint ⁊ de quadraginta dierum ieiunio. Cap.xviij.


Poſt hec Auguſtinus inquit Moyſi cognatus cuius ſephora illius Moyſi vxorem et duos filios eius detulerat ocius ipſi in occurſum Moyſes per deſertum exire feſtinat: cuius conſilio quamuis gentilis tamen ad caſtrorum locuz inuenitur tribuni et centuriones et quinquagenarij et decuriones in dei populo conſtituūtur. Sz de Moyſi filijs queſtio naſcit: cur patris ſui in ducatu populi heredes nō ſunt ſacerdotio ſaltem priuantur: dum per pſalmiſtam dicitur. Moyſes et Aaron in ſacerdotibus eius. Hoc tñ quodāmodo mentitur cū filijs Moyſi de gentili matre peregrinatiōis cauſa generantur. Sic enim de Moyſe cum primogenitum genuiſſet refertur: ⁊ vocauit nomen eius Gerſan dicens: quia aduena fui in terra aliena. ¶ Interea imitatus dei famine Moyſes quadraginta dies ieiunauit et liberato dei populo de Egyptiorum decem plagis quinquageſimo die in quo in Egypto paſcha celebratum eſt decem mādatorum legē de monte ſynai in duabus lapideis tabulis detulit: quas cum offenſus eſſet populi peccantis piaculo: ad montis radices cōfregit. Reſtoratiſqꝫ totidem numeri eiuſdem in tabulis rurſus quadraginta diebus ieiunijs dei largitoris munere eadem precepta recipere meruit. Sz per hoc tempus contra conſuetudinem humani moris his taliter vt p̄dixi nullo fatigatus inedie labore: nullam terrene conuerſatiōis eſcā manducauit: quoniam diuini ſermonis conſortio fultus tam longaz inediam ſine eſurie ſuſtinere non potuit.

De .xl. dieꝝ ieiunio.

## ¶ De Ethyopiſſa vxore Moyſi et lepra murmuratricis marie. Cap. xix.


Maria prophetiſſa Moyſi ſoror que cuz fratribus pede tranſierat freta maris: qꝛ Ethiopiſſe myſterium adhuc neſciens immurmurauerat aduerſus fratrez Moyſen lepre maculis inhorruit: vt vix tanto abſoluta eſſet contagio: niſi Moyſen rogaſſet: q̄uis (vt Ambroſio placet) ad typum ſynagoge illa refertur admurmuratio que ethyopiſſe id eſt eccleſie ex gentibus ſacramentum ignorās quotidiano immurmurat cōuitio et inuidet ei plebi: cuius fide etiam ipſa eruetur a perfidie ſue lepra: ſcōm qd legimus: qꝛ cecitas ex parte iſrael contigit donec plenitudo gentium intraret: ⁊ ſic omnis iſrael ſaluus fieret. Sed cum tres tātum illos (vt Auguſtinus tradit) in tabernaculū vocaſſet Aaron caſtigatus dei ſermone: oleo vnctionis a vindicta defenditur marie vero lepre candore corpꝰ lacerat: q̄propter etiā extra caſtra manere precipitur: ſed orante pro ea Moyſe: ſeptimo die iterū reuoca-

tur ſana. At vero Moyſi de iſta etbyopiſſa cōiuge cuꝫ eſſet in domo
pharaōis: de qua q̄dragenari⁹ egreſſus eſt Moyſes ꝑ multos dies
peregrinationis eius illum expectauit: qua educta de etbyopia duce
bat ſecum per deſertum: niſi forte (inquit Auguſtiñ.) ſephora vocat᷑
etbiopiſſa: quia de terra madiam olim etbiopes egreſſi fuerant.

### ¶ De chore ⁊ fratrib⁹ ſuis igne ꝯſumptis ⁊ terra abſorptis ⁊ de populo carnes poſtulante in ſolitudine Cap̄. xx.

Cum inſtigaſſent Chore et Datham ⁊ Abiron ducētos
quiquaginta viros aduerſus Moyſem et Aaron: vt
ſeparent ſe aliȷ̄s inſurrexerūt illi dicentes. Satis ſit vo-
bis ꝙ tota ſinagoga ſanctoꝝ eſt ⁊ in ipis eſt dñs: vnde
iratus dñs locutus eſt ad oēm ſinagogā: cōſiderauit et
nouit dñs qui ſunt ei⁹ et ſanctos adduxit ad ſe. Et iuſſit dñs vt elige
rent ſibi arulas ⁊ incenſuꝫ ponerent Chore ⁊ oēs qui cū eo inſurrexe
rant aduerſum moyſem et Aaron ſacerdotes dñi: vt qui electus eſſet
a dño: ipſe ſanct⁹ confirmaretur inter leuitas dñi: ⁊ dixit Moyſes ad
Chore. Audite me filȷ̄ leui: nunquid hoc puſillū eſt vobis qđ ſepara
uit vos de⁹ a ſinagogis iſrael: ⁊ infra (vt Ambroſius inquit) Queri-
tis ſacerdotio fungi. Sic tu ⁊ oīs ſinagaga tua congregare ad deū:
⁊ Aaron quis eſt: qꝛ murmuratis de eo. Cōſideratis igit᷑ q̄ offenſio
nis cauſe extiterit: ꝙ ſacerdotio fungi indigni vellēt: ⁊ ꝓpterea diffi-
derent ꝙ immurmurarāt iꝓbātes in ſacerdotis ſui electiōe iudiciū
dei. Propterea totū ppl'm met⁹ ingēs corripuit: pene terror inuoluit
vniuerſos. Obſecrātib⁹ tñ oīb⁹ ne paucoꝝ inſolētia oēs perirēt deſi
gnātur ſceleris rei a toti⁹ ppl'i corpore ducēti quinquaginta cū auto-
rib⁹ ſuis ſeꝑantur: immugiēs terra in medio plebis ſcindit᷑: aꝑitur in
ꝓfundum ſinus abrūpit᷑ noxȷ̄s: ⁊ ita ab oībus mūdi hui⁹ allegant᷑ ele
mentis: vt nec aerē hauſtu / ne celū viſu / nec mare tactu / nec terrā con-
taminarēt ſepulchro. Ceſſauit pena nō ceſſauit malicia. Ex hoc ipſo
immurmuratio exorta ppl'i ꝙ ꝑ ſacerdotes periȷſſet ppl's. Qua indi-
gnatione dñs ꝑdidiſſet oēs: niſi Moyſi et Aaron primo ꝓcib⁹ infle-
xus. Poſt etiā obiectu ſacerdotis ſui Aaron maluiſſet ingratos ma-
ioꝛe venie pudore donare ȷ̄s q̄rūꝫ obnuebāt gratiā: ſed ꝙuiſq̄ſi viuēs
terra illud vindicte officiū ꝑagit: cōtra naturā tñ (inſit Aug.) in nullo
nequaꝙ̄ aliquid ſit vitaꝫ eē̄ inſenſibilē terra habere indubitanter di-
noſcit᷑: ꝑ quē in ſe creſcētia arboꝝ ⁊ oleruꝫ fruteta mouere vident᷑: vñ
quaſi in viuēte carne palpitātes vene ſanguinis diſcurrūt: ita etiā per
terrā viuentiū aquarū riui deſluūt: ꝑ quā vitā inſenſibilē deo imperā-
te. Terra os ſuuꝫ aperuit qñ hoim peccatoꝝ quaſi ſeruiens in mini-

Ambroſi⁹ epiſtola lxxxij. ad vercellēſem ecclām.

ſterio vindicte tabernacula peccatoꝝ vorauit. Preterea carniū cōcu
piſcētia infidelis populus flagrās murmurauit: ⁊ māne celeſti ollas
carniū Egyptiorū ꝑpoſuit. Sed et Moyſi cū eſſet intoleranda res
viſa dn̄s ppl̄m inquit ſanctifica craſtino. Ego em̄ illos mēſe integro
carnib⁹ paſcā. Cui imbecillitate incitat⁹ humana Moyſes ſexcēta mi
lia reſpōdit peditū pugnatoꝝ: excepto innumerabili vulgo hui⁹ ppl̄i
numerantur: nunquid boū ⁊ ouiū in mēſa multitudo cedet̄ ad ſatura
tionem: aut innumerabilis turbe piſces maris invnum congregabū
tur. Et idcirco id nihil de his q̄ Moyſi mens fragilis: vt puta huma
na arripuit in paſtū ppl̄i cederet: vēt⁹ a dn̄o egrediēs: arreptas trās
mare coturnices ad caſtroꝝ loca detulit: eaſq; duobus cubitis in aere
volantes circa caſtrorum loca: q̄tum vna die confici poteſt ortigome
tram inſeruit. Quam populus colligens mēſe integro. i. triginta die
bus comedit. Sed incredulos tranſmutationis vltio conſequit̄: nam
in illo loco priuſq̄ ppl̄us egrederet̄ qui ꝯcupierant ira dn̄ica macta
ti ſepeliunt̄. Certe in hoc (inquit Aug.) nihil nouū vel contra naturā
a dn̄o contribuit̄: qui olim creaturam auiū conditā: et in abdito mū
di quodā angulo reconditā in neceſſitate populi ſui preſtaret: q̄uis
in libro ſapientie ſcribitur nouā creaturā auium viderunt vtiq; oſten
ſam non nuper creatam. Quod olim de⁹ cū cęteris creaturis in prin
cipio cōdidit: hoc in tempore neceſſitatis plebi ſue miniſtrauit. Sed
cum idcirco coturnices ad tale miniſteriū: que prius cum manna cō
tribuit nil aduerſi edentibus contulerant iſta vice iterum detulit: ne
quiſq̄ putaret: q̄ eſca auiū ſine murmuratiōis culpa mortē ppl̄o pre
ſtitit: qm̄ in hac vindicta ſana conſciētia comedentes incolumes ſer
uauit: ⁊ qn̄ cū manna data eſt: toti multitudini nihil incōmodi ꝑbuit.

De populo carnes poſtulante in ſolitudine. Numeri. xi.

Scd̄o mirabilium.

¶ De virga Aaron que fronduerat et aquis cōtradictiōis ⁊
de ſalute in aſpectu ſerpētis enei ex ꝑcepto dei. Cap. xxi.

Nūe. xvij.

VT aduertamus q: in ſacerdotibus diuina magis q̄ hu
mana operatur gratia. Una ex multis quaꝫ Moyſes p
tribus acceperat et recōderat. virga Aaron floruit atq;
ita diuini iudicij minus ſpectandum in ſacerdotem po
pulus aduertit: ac deſtitit parē ſibi humano iudicio ven
dicare gratiam qui ante parem ſibi prerogatiuaꝫ competere arbitra
batur. Uirga autem illa (infit Ambroſius) quid aliud oſtendit: niſi
q̄ nunq̄ ſacerdotalis marceſcat gratia et ſumma humilitate habeat
in ſuo munere commiſſe ſibi florem poteſtatis: vel quia id quoq; mi
ſterium referatur: Aaron ergo virga gēmulas amigdalini floris oſtē
dit quo patebat Aaron pre oībus in ſacerdotiū dn̄i elegiſſe. Nec tū

(vt Aug.) placet in hoc cōtra naturā virga mōſtrak aliquid effeciſſe. ¶ Interiecto tpe de hinc ppl's ſitiens in cades deſerti ſui iniurijs cōtra Moyſem et Aaron grauiter tumultuabat: que res dū ad dn̄m p Moyſem refertur virga percuti petrā precipit. Sed Moyſes infidelis ppl'i murmure pmotus de pcepti dn̄i fide titubauit: corāq; populo cū Aaron bis petrā pcuſſit: largiterq; fluētes aquas ſitiēs ppl's bibit. Sz hac cā Moyſes terrā pmiſſiōis nō intrauit. ſemel in oreb petra pcutitur: vbi tm̄ populi infidelitas notatur: in cades autē deſerti ſui ſaxum bis ceſum pulſatur: ibi nāq; infidelitas in populo & iudice dinoſcit. Ibidē murmurante pplo ignitos ſerpētes flatuq; adurētes in eum dn̄s miſit. Quoꝝ flatu adulteros plurimos murmuratorum necauit. Ceteri aūt intereūtium pena territi et animo penitente ad ſatiſfactionez inclinati ad Moyſem & ad dn̄m clamauerūt: vt hec ab eis plaga ceſſaret. Et idcirco flexus penitentiū lachrimis domin' Moyſi iubet vt ſerpentē eneū in virga extenſum coraz populo eleuaret. Quo facto ſtatim ſerpens eneus erigit & per illius aſpectum primorum ſerpentium vulnera curabantur. Attamen queadmodū et de virga dixim' et arbore qua amara aqua indulcatur in ſerpēte ſalus: ſed in domini imperio tenebatur. Quicquid enim ipſe pcepiſſet illud tunc populo ſalus eſſet: ſed hiſtoria precedētium rerum in figura nūc in chriſto et in eccleſia continetur.

Nume. xx.

De ſalute i aſpectu ſerpentis enei ex pcepto dei.

Sedulius. Ibis igitur iaz ſacra trib' dās munera rebus Chriſtus erat panis chriſtus petra chriſtus in vndis Angelicis tremefacta minis affak aſella Seſſorez p verba ſuum liguaq; rudenti Edidit humanas aial pecuale loquelas.

## ¶ De Balaam & aſina et nubis colūna. Cap. xxij.

Est autem difficile in explanatione hiſtorie ipſius Balaam: quomodo cū dicatur veniſſe deus noctu ad Balaam primo et interrogaſſe qui eſſent homines qui veniſſent ad euz: ac reſpondiſſet quia miſſi eſſent a balach filio Sephor dicēte. veni: et maledic mihi populuz: reſponderit ei deus. Non ibis cum eis: neq; maledices populum: eſt enim benedictus. Iterum ſecundo dicitur ad eum noctu veniſſe deus et dixiſſe: vt iret cum eis. Sed hoc obſeruaret: vt verbum quod daret deus in ore eius hoc loqueretur. Et rurſum tertio eunti ei occurriſſe angelum dei: cui intantum via eius non elegās / nec oportuna videretur: vt etiam interficere eum vellet: niſi aſina videns angelū quē Balaam videre nō potuit declinaſſet: et tamen poſteaq̄ culpatur ab angelo cur ire voluiſſet: rurſus etiam ab ipſo ire permittitur tantum vt cuſtodiat verbum quod deus dederit in ore eius: vt hoc ſolum proferat nec amplius aliquid. Hec ergo oīa (inquit Origenes) difficilem habent explanationem: angelus qui occurrit ei ille ſine dubio eſt: qui aderat filijs iſrael. Aperit os aſine: vt arguak per euz Balaā & muti

Origenes homelia xiiij. ſup numeros.

pecudis vocibꝰ cõfitetur is qui diuinus ⁊ ſapiens. Ex illo Balaaꝫ
fertur magoꝛum genus:et inſtitutio in partibus oꝛientis vigere. Ex
Auguſtinꝰ in lib. j. mirabilium.
quibus intelligimus (vt Aug. inſit) nihil in natura dominũ aſine cõ-
mutaſſe:ſed ꝑ aerem oꝛis eius illa etiã ignoꝛante ꝓphete ignoꝛantiã
cõpeſcuiſſe quatenus dñi ſpũs ⁊ in ſe loqueret̃ eleuatꝰ in ſuꝑbiã non
eſſet qui frequẽter ⁊ res inſenſibiles ⁊ brutũ et mutũ ⁊ ſubiectuꝫ ſibi
animal eundẽ loqui cõperiſſet:qm̃ ſpũs dei vbi vult ſpirat:etiã ſi vo-
luntati eiꝰ q̃ loquitur minus cõueniat:ſicut ⁊ Saul ꝓphetas occide-
re volẽs mala incitatus volũtate venerat et tñ ſpũ dñi arreptus inter
eos quos perſequebatur ꝓphetabat:vñ ipſe Balaã ad maledicen-
dum deductus:⁊ illud volens implere:nõ maledicere dei populo po-
tuit:ſed contra volũtatẽ ſuã a dñi ſpũ coactus eſt benedicere. His er-
go duabus cauſis Balaam venire a dño ꝑmiſſus vt per mutum aĩal
eius inſipientia cõfutaretur et aduẽtus chriſti per ꝓphetã gentilẽ:q̃
futurus erat gentiũ ſaluatoꝛ in lege dei ſcriberetur. In oĩ populi iſrł
itinere colũna nubis ꝑ diẽ defuit nunq̃ nec coꝛã populo colũna ignis
per noctẽ:vt in noctis frigoꝛe defenſi ⁊ a tenebꝛis illuminati ꝑgerent
cum igne et a caloꝛe ſolis pꝛotecti fuerunt in die ſub nube quã dñs cu-
ſtos iſrł vere ꝓtegit:nec ſol per diẽ nec vnq̃ luna per noctẽ exemit.

## ¶ De moꝛte Moyſi ⁊ ignota eius ſepultura. Cap. xxiiij.

Cum populus iſrael ad montem qui vocatur Abarim:
qui eſt excelſus et e diuerſo poſitus:hiericho terrã opti-
mam chananeoꝛum et amplam intuentibus ad viuen-
dum pꝛebens ſenioꝛes dimiſit Moyſes:et dum ſaluta-
ret eleazarum et ieſum:eiſq; adhuc loqueretur:nube ſu-
bito (vt Joſepho placet) ſuper eum aſtante in quadã cõualle ſublatꝰ
eſt:ſcriptũ eſt (inquit) in ſacris libꝛis:eum fuiſſe moꝛtuũ ꝓpter metũ
ne ꝓpter excellẽtiam virtutis que erat circa ad eũ diuinitatẽ abijſſe pu-
taretur vixit itaq; omne tempus annoꝛum. xx. et centuꝫ:ex quibꝰ par-
te tertia pꝛinceps fuit minus vno menſe. Defunctus auteꝫ eſt vltimo
menſe anni q̃ a Macedonibus vocatur diſtris:apud hebꝛeos auteꝫ
adan menſis initiũ eſt/nec motis dentibus/nec caligantibus oculis
integro coꝛpoꝛe totius humani generis commune debituꝫ ſoluit vir-
gam in qua ſigna fecerat vt plurimi putant:ne adoꝛaret̃ ſecũ abſtule-
rat quoniã et ſerpenteꝫ quẽ fecerat filij iſrael poſt modum adoꝛabãt.
Omnis autem illius etas (vt Auguſtinꝰ ſcribit) In tres quadrage-
narias diuiditur. xl. enim annis in Egypto in domo Pharaonis ab
infantia lr̃as didicit. xl. annis exul in Egypto in domo ſacerdotis ma-
diam fuit. ⁊. xl. annis per deſertum ducatum populo pꝛebuit.

## ¶ Tractatus ſecundus libri primi de mirabilibus ſacre ſcripture.

### ¶ De Joſue filio num: et de ſiccatione iordanis ⁊ de calciamentis et veſtibus filiorum iſrael et de ſubuerſione hiericho. Cap. j.

MOyſe itaqꝫ predicto modo ab hominibus abeunte ieſus Num filius omnibus iam in eo legitimis finē habentibus: et luctu q̄eſcente precepit: vt populus eſſet preparatus ad expeditū: miſitqꝫ exploratores ad hiericho: qui et virtutē eorum: et quā ipſi voluntatem habere viderētur/agnoſcerent. Ipſe vero diſponebat exercitum tanq̄ iordanem oportuno tempore tranſiturus. Ipſe confortatus eſt ſermone domini de campeſtribus ad iordanis fluuium caſtra moueri iubet: ac deinde cum arce onere teſtamenti decorare reliquam plebem primas vndas precedētes ſacerdotes ingrederentur: ab illo loco vbi ſteterunt vſqꝫ ad mare omnis fluminis alueus aquis ſuis cōfeſtim nudatꝰ ſuperiorqꝫ aquarum moles que de fontibus augebatꝫ ſurſum in aere montabat quouſqꝫ omnis iſrael ſiccis pedibus alueū fluminis tranſierat: in cuius mirabili teſtimonio duodecim lapides quātos duodecim viri portare poterant de ima glarea iordanis portati ſunt in loca caſtrorum: et totidem ex his quos terra ſicca continuerat: poſiti ſunt in eorum locū Certe ⁊ in hoc ſigno (inſit Auguſtinus) ꝓpoſiti operis requiritur qualiter arcam dn̄i fluuius naturaliter preterire nō permittit. Ita em̄ aliqua pars aquarum que ad mare perrexit nature ſue curſum ꝯſuetum ꝯſequitur: dū altiora deſerēs per prona proprio more fluminis paulatim inde labitur. At vero humana induſtria alueos fluminū nudatos legimus et audiuimus q̄n̄ Titus imperator ꝑ ſiccū exercitꝰ ſuper gangē fluuium qui ſecūde poſt euphratem quantitatis illa expeditiōe que Babiloniā expugnauit dicitur eſſe caſtrametatus. Unde chariſſimum virorum ⁊ equitum/equitē tranſmeandi fluminis audacia perſuaſum rapacis aluei vortex demerſit. Quo facto incredibiliter iracundie furore aduerſus fluuium permotus: velut in ſenſibilem creaturam vlciſci ſtatuit. Ac per immenſum annem perpeti anno totis viribus in quatercentas ſexaginta foſſas diuiſit: nudatoqꝫ alueo meabilem vix genua tingentibus feminis reliquit. Unde eodē exercitu et rege eadem expeditione babiloniā obſidente: excelſiſſimo muri obiectu ab expugnādi molimine expulſi ad euphratis fluminis ꝓfluenta ſuperiora vada conuerterant. Illi autem predicta arte ꝓdocti

per alienum limitem diuertentes:per eius nudatum babylonis muꝝ
Obiectio
ſubintrantes vrbē capiunt. Quod ergo humana induſtria laborioſo
certamine potuit hoc deus potentie ſue virtute facilius ꝑagit. Sed
forſitan quiſꝗ̄ diſpariter reſpondebit hoc factum eſſe dicēs. Illic em̄
Reſponſio
foſſure opus alueos aquarum per humiliora diuertit:hic vero ſtans
aqua nullo renitente ad aeris ſublimia conſcendit. Sed de hoc nōne
humana diligentia ſepe efficit:vt ab oppoſitis vallibus aquas in cel⸗
ſum montare:et ad fontes redire offenſas compellit. Et vere homi⸗
nes velut terreni de terrena craſſa materia frequenter faciunt quomo
do angeli tunc quorum officijs hec omnia mirabilia peraguntur per
amnem facere nō potuerūt:ſicut naturale aeris opus et propriuꝫ of⸗
ficium aquas retinere in nubibus:vt docti indoctiqꝫ pariter norunt:
quotidiana adminiſtratiōe retinet:ita tunc deo iubente fluminis cur⸗
Joſue.j.
De calciamentis ꝛ veſtibus filiorum iſrael.
ſum ꝓhibuit:vt per illi⁹ fluēta arca dei et ſacerdotes tranſirēt. Terrā
igitur poſt longi laborem itineris ingreſſi de fructibus chananitidis
regionis populi turba comedit:ꝛ manne de nubibus eſca miniſtran⸗
di deſinit. In hoc tn̄ longo itinere admiratiōe dignū accidit illud qđ
per quadraginta annos nullius ex omni populo calciamentū aut ve⸗
ſtis defecit:in quo dn̄s nō naturam nouam in calciamentis et veſtib⁹
Joſue.vj.
De ſubuerſione hiericho.
condidit:ſed olim conditam conſeruauit:inde iordanis ripā egreſſis
hiericho prima ex chananitidis ciuitatibus occurrit. Que luſtrata cir
cuitu dierum ſeptem quaſi arce dn̄ice exercitus expaueſcens aduentū
cito corruit in quo circuitur nullo armoꝝ ſuffragio vſus eſt victor po
pulus:ſed ad clamorē in Egypto ſonāte mur⁹ erat vſqꝫ ad fundamē⸗
ta dirutus. Ubi nihil extra naturā eſſe factū frequēter ſcriptura denū
Terremotus in lybia
Terremotus dn̄ice paſſionis.
Aug.iij.mirabilium.
ciat geſta res oſtēdit:ſiquidem ꝛ hoc terre motib⁹ eſſe factū freqn̄ter
ſcriptura denūciat. Quō ꝛ in famoſo illo terremotu cētuꝫ lybie vrbes
corruerūt:ꝛ in terre motu dn̄ice paſſiōis vndecim in thracia ſubuerſe
ſunt. Preterea quoqꝫ qđ humani act⁹ efficacia ꝯgerit:hoc alteri⁹ de⸗
ſtruētis vel etiā ſenectutis tp̄s ꝯſumit. Attn̄ (inquit Aug.) hoc dicen
tes nō caſu occidiſſe muroꝝ hiericho ruinā oſtendam⁹. Sed ne ꝯ na
turā ſicut aliq̄d ī miraculis factū oſtēdim⁹. Hoc em̄ ſicut ex cetera mi
niſtrari āgelico ope deſignauim⁹ dei iuſſu effectū fuiſſe nō dubitam⁹.

## ¶ De ſtatione ſolis et lune tp̄e Joſue. Cap.ij.


Um rex Hieroſolimorum Jebuſeus nomine graui⸗
ter ferret:eo quod gabaonite cuꝫ ieſu naue pacta feciſ⸗
ſent vicinarum gentium reges contra eos pugnaturos
ad ſolatia rogabat. Quibus eis prebētibus:quattuor
enim erant et cum eo caſtrametantibus circa quendam

fontem (vt Joſepho placet) non procul a ciuitate dum iam pararent obſeſſionem gabaonite auxiliatorē aduocauerunt ieſum. Ad hoc enī ventum erat vt a ſuis quidem perimi ſe putarent: et ab eis qui ad interitum chananeorum gentis caſtrametabantur ſaluari ſe ꝑpter amicitias exiſtimarent. Ieſus autem cum omni exercitu ad eorum ſolatia properare feſtinans: et die noctuqꝫ perambulās diluculo venit ad hoſtes: ⁊ fugientes ſequebantur: pergens in deſcenſu bethoron: vbi etiam dei quoqꝫ operatione cognouit ſignificatam ſibi tonitruis et fulminibus ⁊ grandinis demiſſione maiore quam ſolitum eſt. Inſuper etiam die creſcente ne nox ſuccedens hebreorum impetum refrenaret ieſus reges in quadam ſpelūca celatos circa maceda venit omneſqꝫ puniuit. Quod vero longitudine tunc dies extenſus eſt: et plus ſolito creuit: palā eſt ꝑ ſcripturas. Nam tūc ieſus vidēs diuinam ſecum dexteram preliantem et proſperis ſucceſſibus cuncta procedere nouam quandam et miram orationem extollit ad celum dicēs. Stet ſol ſuper Gabaon: et luna ſuper valle Elom: donec expugnem populum iſtum: et ſtetit ſol ⁊ luna in loco ſuo donec peruinceret dominus inimicos eorū. Et ſtetit ſol in medio celo: et nō eſt ꝓgreſſus ad occaſum in finē vni⁹ diei. Nō fuit dies talis ante hoc: nec ita exaudiuit de⁹ hominem quia dn̄s pugnabat pro iſrael in qua iuſſione non humani (inquit Auguſtinus) imperij autoritate luminaria requieſcunt: ſed dn̄i imperantis vt ſtarent iuſſui obediunt. Nihil enim propter iubētis hominis verbum dei creature faciunt: ſed quod dn̄s ſerui ſui ordinationi obediens precepit/ hoc faciunt. Hoc luminarium nihil nouū in natura cōmiſit et ſi in miniſterio aliquid nouum aliquando naturā oſtendit. Sed et illa varietas nihil in anni curſu et reliquorum dierū commouit: dum pariter ſol et luna vnum quodqꝫ in ſuo ordine quieuit. Non enim mora illa aut reuerſio aliquid in luminariū et temporum aſſueto curſu ꝑpeditum vel inſolitū reliquerūt: ſed quaſi ꝑ diem oēm in occaſus ſui limitē currūt poſtq̄ illi⁹ ſolito lōgioris diei ſpaciū ꝑegerūt ꝑ qđ videt̄ qđ nihil ad ſequētis noctis lōgitudinem tp̄is illa dies longa contulerit: cui⁹ p̄ceps pariter inde cū ſole diei prepoſite luna requieuit.

Joſephus antiquitatū lib.v.cap.j.

Sedulius
Sol ſtetit ad Gabaō medijſqꝫ cacumine celi Fixit anhelantē dilato veſpere lucem Inſolit⁹ frenare diem: nec luna cucurrit Ordine ple- gra ſuo donec populātib⁹ armis Feruid⁹ ingentē gladius conſumeret hoſtem Cōiurante polo: iam tūc famulata videbūt Sydera vēturum premiſſo noīe ieſum.

## ¶ De Gedeone ⁊ duobus ſignis ⁊ Sāſonis fortitudine et capillis. Cap.iiij.

INgens erat multitudo q̄ aduerſum iſrael fuerat cōgregata. ita vt locuſtis ꝓ multitudine ꝯferrētur. Et cameli inquit eorū ſicut arena que eſt ad oram maris innumerabilis. Tūc celeſtis nūci⁹ apparuit Gedeoni filio Ioas illumqꝫ deſtructo idolatrie ritu de plebis ſue liberatiōe

cõmouit: in cuius conſpectu dum Gedeon oblationem componeret: deſuper carnis ius fundens celeſtis ignis holocauſtu*z* aſſumpſit. Et iterũ poſtulanti ſignum: ſiccitas in oĩ terra ⁊ ros in ſolo vellere et ros in oĩ terra fuit. Sed hec quãuis ſociãtur numero mirabilium. Nihil tamen velut nouum oſtendere videntur in miniſtratione rerum: qm̃ ⁊ celeſtis ignis res terrenas frequenter deuorat: et alternatim in mundo per parte*z* nubibus rorat. Unde cũ hiſtorialiter in holocauſti hac concreatione non terreſtri igne ſed celeſti flamma hec oſtẽdebatur ꝙ futurum tunc bellum non humanis virib⁹: ſed celeſti auxilio perficietur: ⁊ ros prius demonſtrabat in ſolo vellere oſtenſus / ꝙ diuina miſeratio: que tunc in iſrael fragili et molli populo fuerat: ignitas gentium iras ſicut aqua ignem poſſit extinguere. ¶ Ite*z* cu*z* philiſteis ſeruiret iſraelitica plebs manne filiȷ̃ Saruch de tribu Dan ſterili vxori primo. Deinde ipſi manue dei angelus ꝓphetali habitu apparuit eoſq*z* de filio qui eis eſſet naſciturus qualiter fieret educandus edocuit ꝙ ve nunq̃ nouacula caput eius tranſiret: ⁊ ſiceram et vinũ ⁊ omne qđ inebriare põt non biberet. Cui cu*z* manue neſciens eſſe angelũ prandium voluiſſe prebere angelus inquit. De cibis tuis non comedam: ſed dño ſi vis holocauſtum cõpone. Quod cum manue illo p̃cipiente compoſuit cum igne holocauſti corã eis ſtatim angelus in celum aſcendens demonſtrauerat: ꝙ per naſcituri hominis fortitudinẽ deus populi liberationẽ parauerat. Natus igitur Sanſon iuxta imperium nutritus maximã fortitudinem in ſepte*z* ſui capitis crinibus habuit. Quod pro certo probatum eſt dum eiſdem nudat⁹ aliqñ etiã virtutẽ amiſit. Nam cũ Dalilã in valle ſorecti mulierem de rege philiſtinorum alienigenã adamaret: ⁊ illa pecuniã a philiſtinis principibus acceperat: pro quibus multa fecerat perditionis eiuſde*z* mercedem accepiſſet: ipſe poſcenti fortitudinis ſue miſteria in capillo*ꝝ* ſuorum cõſeruatione fieri indicauit. Et illa dormientis in ſinu ſuo vocato raſore caput totõdit. Perductuſq*z* Sanſon a philiſteis oculis orbatus molẽ manu vertebat: donec capilli illius ad priorẽ longitudinẽ creuerũt. Deinde philiſteis epulãtibus: vt inter epulas Sonſon illuderetur / adducit*ꝛ*: ⁊ ipſe puero retinẽti greſſus dixerat: vt ſe ad duas colũnas ꝑduceret: quib⁹ tota domus imminebat: quaten⁹ ſup illas veluti laſſus reclinaret*ꝛ*. Quib⁹ ambabus vtraq*z* manu apprehẽſis inuocato auxilio dñi totã domũ cõcuſſit. Que cito corruẽs tria philiſtinorum milia pariter cũ ipſo Sanſon ꝓſtrauit. Sed naturas inueſtigãtib⁹ (inquit Aug.) ſolutionẽ non minimã incutit quõ totum ſenſibile corpus in ſenſibili capillo motũ fortitudinis habuit: cui⁹ damnũ doloris Sanſon nequaq̃ intulit: cũ illũ tonſor a reliquo corpore ferramenti aculeo dimiſit. Reſpõdet Aug. ꝙ in capillis Sãſonis ei⁹ for-

Iudic. xiij.

De Sanſonis fortitudine.

titudo non erat:ſed mandati dñi obſeruatio eius fortitudinem obſer-
uabat. Sed quare illam fortitudinē creſcētibus capillis recuperauit
iterum reſpōdet ꝙ afflictus penitētia eam paulatim impetrauit quē
non ſponte amiſerat:illa ergo excellētia fortitudinis in Sanſone:nō
fuit naturaliter congenerata:ſed deſuper infuſa.

## ¶ De arce captiōe a philiſteis ⁊ reductiōe in bethſames:⁊ de terrore philiſtijm incuſſo precibus ſamuelis. Cap.iiij.

In regnorū libris ſcriptuꝫ legimus vbi arca dei ab allo-
phylis capta eſt:et deducta in Azotum:⁊ ibi introduxe-
runt eā in domū Dagon:et inuētus eſt Dagon cecidiſ-
ſe pron⁹ in terrā ante arcā teſtamēti dñi. Et grauata eſt
manus dñi ſup Azotos ⁊ diſſipauit eos:et pcuſſit eos:
in natib⁹ poſt hec (inquit) ingreſſa eſt arca in Accaron ⁊ miſerūt Ac-
caronienſes:⁊ cōgregauerūt oēs ſatrapas Allophylorū:⁊ cōgrega-
uerunt ſacerdotes ⁊ diuinos ſuos dicētes. Quid faciem⁹ arce dñi:in-
dicate nobis quō remittam⁹ eā in locū ſuū reſponderūt ſacerdotes ⁊
diuini:ſi remittitis arcā dñi dei iſrl' nolite eā dimittere inanē: ſed dā-
tes dabitis ei ꝓ delicto:⁊ tūc ſanabimini ⁊ innoteſcet vobis. Sin aūt
non diſcedet manus eius a vobis ⁊ poſt pauca. Et nunc (inquit) fa-
cite currū nouū duas vaccas fetas aſſumite quib⁹ iugū nō eſt impoſi-
tum:⁊ iungite vaccas ad currū et fetus earū retro abducite ad domū
⁊ aſſumite arcam dñi ⁊ imponite eam ſup currū ⁊ vaſa aurea que ob-
tuliſtis ei ꝓ delicto ſimul ponite ſup currū:⁊ oīa ſancta ei⁹ ⁊ dimittite
eam ⁊ vadat ⁊ videte ſiquidē vadit per viam ſuā ⁊ ad fines ſuos aſcē-
dit in bethſamis:ipſa nobis fecit mala hec magna. Si autē non vadit
illuc ſciemus:qꝛ manus ei⁹ non ꝯtigit nos:ſed fortuitu hec nobis ac-
ciderunt. Deniqꝫ in ſequentib⁹ refert:⁊ cuꝫ impoſuiſſent (inquit) ar-
cam dñi ſup currū direxerunt:boues in via contra viā: q̄ ducit bethſa-
mis:⁊ nō declinauerūt ad dexterā aut ſiniſtrā. Obſerua ergo (inquit
Origenes) in ijs quō ſacerdotes:⁊ diuini cauſam maloꝝ que occide- Origenes ſup nume-
rant Allophylis:vtrū in manu dei:et ꝓ arce iniuria venerit an fortui- ros home-
tu acciderit ꝓpoſitis ꝯtēplātur indicijs dicētes. Si per viā ſuā ad fi- lia.xvj.
nes ſuos aſcēdit in bethſamis:ipſa nobis fecit hec mala. Quis ergo
in ijs ſi diligenter inſpiciens preſcientiam hanc q̄ de boū directiōe p̄-
dicta eſt:vel fortuitā dicat vel aliqua arte compoſitā ⁊ nō operatione
quādā demonū miniſtratā: qui pertimuerint arce dñi virtutem. Eſt
ergo talis quedaꝫ in miniſterio preſcientie operatio demonū que ar-
tibus quibuſdā ab ijs qui ſe demōibus mācipauerint:colligit' et nūc
per eas:quas ſortes noīant:nūc per ea que auguria appellabāt nunc

etiam ex cõtemplatione fibrarum: que extiſpicia vocãt. Que artes in tantum ad decipiendũ genus hominum ꝑfecerũt: vt etiam iuſtiſſimi Ezechie fili⁹ manaſſe hoc errore decept⁹ edificauerit (vt ſcriptura dicit) altare om̃i exercitui celi in vtraq; domo domini. Talia ergo erãt que peccabat: de quibus dici poſſit: q2 in omni virtute ſignis / et ꝓdigijs mendacibus fierant: ita vt deciperentur etiam electi: hec oĩa religio noſtra diuina ⁊ celeſtis abiurat in leuitico quidẽ lege deſignans ⁊ dicens non diuinabitis: neq; augurabimini. Et poſt pauca non ſequimini (inquit) ventriloquos: nec adiungemini ad incantatiões: vt contaminemini: in eis ego dñs deus veſter. Iterũq; infinita philiſtinorum agmina quaſi arene maris innumerabilia: ꝑ plana ſe terre iſrl' effuderũt: q̃ dñs Samuele orante a facie filiorũ iſrael ingenti celi fragore ꝑterrebat: quatenus per hoc non propria virtute viciſſe intelligerent: ⁊ hoſtes dei protectionẽ ⁊ auxiliũ erga hunc populũ ſcirent. Ibidem quoq; Samuele inuocante dñm: cum populus ſibi regẽ peteret: ⁊ Saul filiuz eis de tribu beniamin in dei famine iuſſu ꝓpheta ordinauit: dñs per pluuias et horribiles voces intonuit: quib⁹ plebs que audierat ſe deum repuliſſe ita regnare ſibi regem intelligeret: quos fragores per Samuelis iterum dñs deprecationẽ compeſcuit poſtq̃ populi de hac re penitudinem intus aſpexit.

## De Saul ꝓphetante et quo ſpiritu ⁊ de Samuelis per phytoniſſam reſuſcitatione. Cap. v.

Cum Saul non eſſet recta voluntate manſurus: videns etiã Dauid ⁊ apud deũ ⁊ apud hoĩes approbari: ⁊ expauit eũ: ⁊ metum celare nõ valẽs timore magnarũ rerum. i. regni ſimul ac vite ne priuaretur: vtroq; cogitauit eum crudeli calamitate perimere. Cũq; nunciatum fuiſſet Saul eo q̃ Dauid eſſet apud Samuelẽ ꝓphetã miſit armatos eũq; ad ſe cõprehendẽdũ iuſſit adduci: Qui cũ veniſſent ad Samuel inuenietes eccleſiam ꝓphetarũ participãti ſancto ſpiritu ꝓphetare ceperunt. Saul aũt audiẽs hoc ſup dauid ⁊ alios deſtinauit: ⁊ illis idẽ facietib⁹: denuo miſit alios ꝓphetãtib⁹ aũt ⁊ ipſis q̃ tertio fuerant miſſi ad vltimũ irat⁹ ipẽ ꝑrexit. Cũ vero iam erat in ꝓximo añq̃ eũ videret Samuel prophetare cepit veniẽſq; ad eos (Ioſephus inquit) Saul. Spũ vehementi compulſus amens factus eſt: ⁊ exut⁹ veſte tota die canebat ⁊ nocte: Dauid et Samuele vidente. Diximus aũt cũ de Balaã ⁊ aſina ei⁹ diſſerui m⁹: qm̃ ſpũſſancti xba nõ dicẽtiũ merita penſant: ſed ipſius volũtate vbicunq; voluerit proferuntur: ꝑ qđ tñ ꝓferentiũ ea merita non in melius augent: ſed bona non habẽt

Ioſephus lib. vj. antiquitatum cap. xij.

opa: ſicut in Balaā ꝛ Saul ꝛ Caipha pontifice: vñ tales propbete (inqͭ Aug.) dicēt: nōne in tuo noīe ꝓpbetauim⁹. Dānati dño reſpō-debunt ꝛ tñ eterni ignis ꝯſortiū inter ceteros impios ſubibūt. Saul itaqꝫ rex bebreoꝝ audiēs paleſtinos iam eſſe preſentes: ꝛ iuxta ſuā ci uitatem in cāpo poſitā caſtra fixiſſe ad eos cū omni exercitu ſuo ꝓfe-ctus eſt. Cūqꝫ veniſſet ante montē quendā gelboe et vidiſſet ediuer-ſo boſtiū multitudinē/ timore fortuito conturbat⁹ eſt: dum eſſet eoꝝ exercitus potior: ꝛ multo melior. Deūqꝫ cōſuluit ꝛ ꝓpbetas vt ei de prelio et eius fine prediceret. Deo autem non reſpondente Saul ma gis expauit: ꝛ animo corruit: iuſſitqꝫ ſibi queri mulierē ventriloquā babentem ſpiritum (vt Joſepbus ſcribit) ꝛ vocantē aīas defunctoꝝ vt valerei agnoſcere: ſi in reb⁹ imminētibus preualeret. Genus enim (inquit) ventriloquorū euocando mortuorū aīas per eas ſolet poſcē tib⁹ futura ꝑdicere. Sūt eñ vētriloqui (vt ſcribit Origenes) q̄ de ter ra clamant/ et qui inania loquūtur/ et vaniloquos etiam nominauit: vnde ꝛ ventriloquorum demonium appellauit. Rex igitur ad ventri-loquam (alij pbytoniſſam vocant) perexit vt ex mortuis aliquem ſibi per ſue artis incantationes ſuſcitaret. Que cum quereret ex eo quem mortuū de ſomno cuperet reſolui. Jlle etiā Samuelē velle reſpondit ſuſcitari. Suſcitat⁹ ergo Samuel Sauli qđ eueniret nūciat bac in-quiens bora cras tu et filij tui mecum eritis: ſed et iſrael tradam te-cum in manum inimicorum eius. Qualiter ergo Samuel de ventri-loqua ſuſcitari dicitur dum ventriloqua demoniacis incātationib⁹ et preſtigijs vti videretur? Et quomodo Saul qui in viuentibus pro-pbetis dei reſponſum nō inuenit: reſuſcitatum a morte ꝓpbetam au-dire meruit. Si eñ (inquit Aug.) vere Samuel illi apparuiſſet nō vtiqꝫ vir iuſtus ꝑmiſiſſet ſe adorari qui ꝑdicauerat deū ſolū eſſe ado-randum. Et quomodo bomo dei qui cum Abraam in refrigerio erat dicebat ad virum peſtilentie dignum ardore gebenne. Cras mecum eris? bis duobus titulis ſubtilitatem fallacie ſue prodidit improui-dus ſatbanas: qꝛ et adorari ſe ꝑmiſit ſub babitu ꝛ nomīe Samuelis contra legem et virum peccatis preſſum: cum magna diſtantia pecca torum et iuſtorum ſit cum Samuele iuſtiſſimo futurum mentitus eſt verum (inquit) pōt videri ſi de Samuelis noīe taceatur: quia Saul cū diabolo futurus erat. Ad eū eñ trāſmigrauit quē adorauit. Sē-per eniꝫ diabolus ſub velamine latens: prodit dum ea confingit que abborreant ꝑſonis: ꝑ quas fallere nititur. Sꝫ ſi quis ꝓpter biſtoriā: vt ea que verbis expreſſa ſunt putet non pretermittenda: ne ratio bi-ſtorie inanis ſit recte faciet quidem: ſi tamen minime iſtud ad veri ra-piat ad rationē: ſed ad viſum et intellectū. Saul nāqꝫ reprob⁹ factus poterat bonū intellectū babere. Hiſtoric⁹ eñ mētē Saul ꝛ babitum

Joſephus lib. vj. antiq tatū. c. xiiij.

Origenes homelia. vij. in eſaiā

Regum xxviij.

Aug. in li-bro queſtio num veteris ꝛ noui teſta menti que-ſtione. xxv-ij. b.

ſamuelis deſcripſit ea que dicta ⁊ viſa ſunt exprimens p̃termittens ſi
vera an falſa ſint hec Aug. Et alibi ita vt in multis ſacre ſcripture lo-
cis imaginatis rebus verarũ rerum noīa ſepe aſcribũtur. Quomodo
Exod. xxv.v. ⁊ p̄dicta virga in ſimilitudinē ſerpentis imaginata ⁊ phantaſtica illa
magorum ſerpentuꝫ in Egypto ⁊ ille eneus ſerpens nominat᷑. Duo
quoqꝫ cherubim pro ſimilitudine obumbrare propitiatoriũ nunciã-
tur. Quinqꝫ mures vel quinqꝫ anuli de terra philiſtijm in capſella cũ
arca domini deferuntur. Cherubim quoqꝫ et palma et malogranata
et retia in templi edificio depicta deſcribuntur: cuꝫ hec ipſa omnia re
rum veritate: ſed ꝑ ſimilitudine iſta noīa recipiũtur ip̄e tamē ſcriptu
re ſine vlla incertitudinis regula quaſi res veras hic noiatim ponũt.

## ¶ De numeratione populi iuſſu Dauid ⁊ ſecuta plaga: et de terribilibus ſignis in dedicatione vitulorum aureorum in bethel. Cap. vj.

REx Dauid volens agnoſcere quot eſſent milia populi
totius eſt oblitus moniti moſaici: quo predictuꝫ fuerat:
vt ſi dinumeraret᷑ populus: pro vniuſcuiuſqꝫ capite deo
ſiclus preberetur. Precepit ergo Joab p̄cipi militie
vt pergens vniuerſum dinumeraret exercitum. Quo di-
cente non eſſe neceſſe hoc non quieuit: ſed iuſſit numerum hebreo-
rum inſigniter adimpleri. Joab vero ſumens tribunos ⁊ ſcribas et
peragrans iſraelitarum prouinciam conſiderataqꝫ multitudine quã-
ta eſſet hieroſolymam remeauit ad regem: poſt menſes nouem et vi-
ginti dies: obtulitqꝫ numerum regi abſqꝫ tribu beniamin. Hanc em̄
dinumerare nõ poterat: neqꝫ tribũ leui. Penituit autem Dauid ꝙ di
numeraſſet populum: eo ꝙ deliquiſſet in deum. Fuit ergo aliorum
iſraelitarum numerus nongēta milia virorũ arma ferētiũ ⁊ miliciam
exercere valentium: iude vero tribus per ſe ſolã habuit. xl. milia. ꝓphe
tis itaqꝫ declarantibꝰ Dauid: qꝛ deꝰ ei iraſceret᷑: ſupplicare cepit eũqꝫ
Joſephus antiquitatũ lib. vij. capitulo. xiiij. rogare vt propicius eſſet ⁊ veniã peccato cõcederet. Tunc Gad ꝓ-
phetam (vt Joſephus ait) miſit ad eum deus: tres ſupplicij conditio
nes portantem: vt earum quem probaret eligeret: verum vellet famã
in prouincia generari annis ſeptē: an tribus menſibus pugnãdo vin
ceretur ab hoſtibus: an certe morbus et languor accederet tribꝰ die-
bus hebreis: ille vero in anxietatem huius electionis omnium rerum
peſſimarum incurrens tribulabatur: ⁊ vehementer aīo videbatur eſſe
confuſus inter hec autē cõmunem potius paſſionem: et reguꝫ ⁊ ſub-
iectorum elegit: in qua timor omnibus ⁊ equalis dicēs: qꝛ multo me-
lius eſt in dei magis ꝙ̃ in hoſtiũ manus incidere. Hec audiens pro-

pheta renunciauit dño. Angelus enim dñi ſeptuaginta viroꝝ milia ex omni iſrael vſqꝫ berſabee occidit et hieroſolymam vrbem velut delere propoſuit: non ꝙ dñs ciuitatē quam nūc diſperdidit delere vellet ſed vt oſtenſus in precinctu vindicte angelus dignam videri regi penitentiaꝫ incuteret. Ex quo (inquit Auguſtinus) intelligitur Dauid minorem culpam commiſiſſe ꝙ plebs que peccatum ſuum per ſolam penitentiam deleuit. Populi autē delictū in autoribus ſuis mortis ſeueritatem promeruit: hec Auguſtinus. Et hic accipitur a Neotericis argumentum ꝙ vbi maior pena: ibi maior arguitur culpa.

Aug. ij. mirabiliū lib.

¶ Et deinde cum per peccatuꝫ Salomonis populi iſrael regnum vnum in duo dimiſit Hieroboam filius Nabath rex decem tribuum in parte aquilonis metuēs ne templi quod erat in hierl'm reſtauratio: rurſuꝫ populuꝫ roboam filio Salomonis iungeret: idola ⁊ altaria in Dan ⁊ in Beth poſuit: ſed in dedicatione altaris quod fuit in Bethel: vir dei et iuda: vt cōtra illud altare prophetaret a dño mittitur. Quo adueniente duo terribilia ſigna oſtenduntur. Nam in duas partes ſtatim in hora holocauſti ſcinditur integra ipſius arida manus ſiccat. Que duo ſigna rei et operi ſuo aperte cōuenerunt: dum quid in ipſo tunc rege ſic factum euidenter oſtendunt. Aptū enim videbatur vt q̄ dei cultum qui illud vſqꝫ in vnum et altari et templo diuiſiſſet ipſi⁹ altare quod ille ſibimetipſi fecerat ſic ſciſſum deſiccaret. Et qui populi dei manum ne dño ſuo oblationē et holocauſta immolaret aridam feciſſet in ſchiſmatico illo holocauſto man⁹ illi⁹ arida appareret. Poſt modicum deinde Dauid regnum obtinēte Arca teſtamenti de domo Aminadab ad hierl'm a rege ⁊ oī populo perducitur. Oza fili⁹ Aminadab ſequens arcā: cum illa velut ſubſtentans tangeret ſubito morte percuſſus et ſuffocatus eſt: in quo facto temeritas cum ipſo qui cū non eſſet de genere Aaron tetigerit: dānatur: ⁊ totus ppl'us q̄ caute in diuinis rebus ſe agere debet admonetur. Sꝫ quidam aliquid p̄cedēs peccatū in Oza per hanc culpā eſſe punitū exiſtimāt: qm̄ ſepe euenit vt minores culpe p̄cedētium pctoꝝ vindictā incutiāt.

De hieroboam idolatra.

Duo altaria in Dan ⁊ in Bethel

## ¶ De triū annoꝝ ⁊ ſex mēſiū ſiccitate: ⁊ de coruo miniſtrāte ⁊ de vidua Heliā paſcēte ⁊ Iezabel pſequente: et ſuſcitatiōe filij vnici vidue per Heliam. Cap. vij.

Quidā propheta ſummi dei nomine Helias de ciuitate thesbytes galaditidis regiōis veniēs ad achab dixit ei Quia dixerit deus: neqꝫ imbrē: neqꝫ ros illis annis in ea prouincia ſe miſſurū: niſi ipſe rurſus apparuiſſet. Et in his dictis cū iuraſſet acceſſit ad partes auſtrales: et

Sedulius
Heliā corui quondaꝫ pauere miniſtri.
Prebentes ſine more dapes: aleſqꝫ rapinis

Dedit⁹ atqꝫ nudo ſatu-
rans caua
guttura ro
ſtro
Tradidit il
leſam ieiu-
nis morſi-
bus eſcam
Nunc bon⁹
helie: q̄ pri-
dus antea
noe
Abluit in
terris quic-
quid deliq̄t
in. vndis.

Joſephus
lib. antiqui
tatū. viij.
capi. x.

Menander
hiſtoricus.

Aug. ſcd̄o
mirabilium
cap̄. xvj.

habitabat circa torrentē quendā vnde poculi habebat auxiliū. Nam corui cibum ei quotidie deferebant. Cumqꝫ fluminis ſiccitate nimia defeciſſet in ciuitatē ſareptam nō ꝓcul a ſydone tiroqꝫ deuenit: que ciuitas in harū medio cōſtituta eſt. Deus enim (inquit Joſephus) p̄ceperat cuidam illic mulieri vidue vt cibuz ei preberet. Cūqꝫ nō ꝓcul eſſet a porta vidit mulierē viduā ſibimet colligentem ligna. Cui cum deus ſignificaſſet hanc eſſe que ei cibum miniſtratura foret: accedens ſalutauit eam ⁊ ad bibendū aquā ſibi tribui poſtulabat. Que cuz p̄cederet denuo vocās illaz/ etiā panē ſibi poſcit afferri. Illa cū iuraſſet nihil ſe intus in domo habere: niſi modicum farine et paululum olei: ⁊ propterea ꝓrexiſſe ad colligenda ligna: vt ꝯſperſa farina: ſibi ſuoqꝫ filio panes faceret: quibus expēſis cum aliud nihil ſupereſſet vt fame morerentur: ait propheta. Confidens perge et ſpe meliori conſiſte: faciens primitus mihi paululū defer. Predico nāqꝫ ꝙ non tibi deficiet hidria farine/ neqꝫ vas olei donec dei gratia ymbrē fundat in terras. Hec ei dicente propheta veniens ea que dixerat fecit. Et ipſa habuit paululum: et ex hoc filio miniſtrauit pariter et prophete nihilqꝫ horum defuit eis donec ſiccitas defecerat. Meminit etiā ſiccitatis et Menander in geſtis valithiorum regis ita dicens. Et ſiccitas ſuper eos facta eſt a mēſe hiperueritheon vſqꝫ ad aliū annuz hiperueritheí. Qui cum deo ſupplicaret multa flumina ſunt emiſſa. Ne vero quem moueat quod ſydoniorum terra hanc eandem plagam pariter cum iſrael perpeſſa erat dū inde (infit Auguſtinus) Jezabel regis achab vxor perſecutrix prophetarum: et totius vindicte ⁊ facinoris cauſe ſydoniorum regis filia paterna originem ducebat. Certe etiam hoc ſigno non noua a dño: ſed condita natura in modica non modica ſubſtantia gubernatur. Quomodo de calciamentis et veſtibus filiorum iſrael predictum memoratur. Nam in ceteris predictis omnibus miraculis nil nature rationem refugit ſicut ipſe rerum euentus frequenter oſtēdit. Mulier itaqꝫ quā paulo ante diximus pabulum prophete prebuiſſe: cum cecidiſſet eius filius in languorem ita vt aiam dimitteret: deflens et manibus ſemetipſam valde deſerpens: voceſqꝫ quas dictabat luctus emittens accuſabat apud ſe deum ꝙ propheta apud ſe preſente factam iniuriam quaſi ipſe peccata eius argueret: et ideo puer fuiſſet extinctus. Ille vero eam equo animo eſſe precipiens ſibi filium contradicens: viuū ſe eū reſtituere promiſit. Huc vero Helias oratione ſua ad vitam iteruz reuocauit: de quo tradunt hebrei vt ſcribit Auguſtin⁹ ꝙ ipſe Jonas propheta poſtea fuerit: quem de vētre ceti glutiētis euolutis tribus diebus dominus abſoluit: quia de⁹ qui inimicum ſuum in quocunqꝫ tuto loco poteſt occidere ſeruuz ſuū quem vult eruere de qualicunqꝫ anguſtia liberare valet. At vero illa

ſamoſa queſtio que de mortuis reſuſcitatis agitur vſqꝫ ad Lazarum
a nobis reſeruetur.

## ¶ De holocauſto in mõte carmeli: et de ieiunio .xl. die-
## rũ ⁊ paſtu Helie: ⁊ de igne deſcẽdẽte ſuꝑ q̇ quagena-
## rios: ⁊ de trãſitu iordanis Helie et Heliſei. Ca. viij.

TRanſacto itaqꝫ paruo tẽꝑe: ex voluntate dei pergebat
ad regem Achab futurũ ei nunciãs ymbrẽ. Erũna eniꝫ
⁊ neceſſariorum inopia ꝓuinciã nimis inuaſerat: ita vt
non ſolũ hoies propter ſiccitatẽ: ſed etiã cetera anima-
lia fames afficeret: ꝓphetã igitur Heliã de⁹ in occurſum
regis Achab iuſſit exire dũqꝫ regi nũciaſſet quidaꝫ ꝙ vidiſſet Heliã
mox occurrit rex Achab: requirẽs cũ ira grãdi ſi ipe eſſet q̇ in ppl'o he
breoꝝ impietatis autor exiſteret. Tũc ꝓpheta in nullo formidãs ait:
eũ potius mala oia ꝑpetraſſe: eiuſqꝫ genus q̇ in illã ꝓuinciam deos
alienos ĩtroduxiſſet: ac deũ q̇ ſolus eſt reliq̇ſſet. Sed nũc inquit oẽm
populum ad mõtẽ carmeli ꝑcipe cõgregari: necnõ ꝓphetas tuos pa
riter et vxoris tue quodcũqꝫ ſũt nũero ꝓphetaſqꝫ lucorũ quaſi qua-
dringẽtos ⁊ quinquaginta in mõte carmeli ꝯgregauit. Quib⁹ con-
gregatis ſanct⁹ Helias duos boues: vnũ dño ⁊ alterũ Baal ꝑ ſe et
ꝓphetas idolorũ mactari in holocauſtũ rogauit: vt dñs qui ꝑ igneꝫ
exaudierit ipſe totius ppl'i de⁹ ſit. Quo impetrato ſacerdotes bouẽ
ſuũ Baal vt igni ꝯſumeret holocauſtũ rogabãt. Sꝫ Baal q̇ poſt-
ea igni in poteſtatẽ tradit⁹ eſt ſuꝑ holocauſtũ ignẽ dare non poterat.
Helias vero boueꝫ ſuũ in fruſta cõminuens ꝑ membra diuidens ſuꝑ
altare qď cõſtructum fuerat: ⁊ quod ipſe curauerat tunc ſtatuit. Eũqꝫ
aqua abũde ſuꝑfudit orãteqꝫ illo ſubito ignis de celo cecidit qui bo-
uem cũ altari ⁊ lapidib⁹ ⁊ aqua ſimul cõſumpſit. Ac deinde ſacerdo-
tes Baal in poteſtatem ſibi traditos in torrẽte ciſon interfecit: ⁊ om-
nis populus deum eſſe ꝯfeſſus credidit. In hoc (inſit Auguſtinus)
extra naturã ignis neqꝫ aqua aliquid fecit. Qui deſuper aeris ignito
ſpacio deſcẽdens cũ dei gubernãtis impio alimẽti ſui naturã quã in
terra recepit conſumpſit in ſuꝑiori enim illo ſpacio ignis in terra ar-
dens pronunciat: qui de ſuperiore vbi eſt natura illius ardenter con-
temnere tẽptat. Sicut aqua per ſemetipſaꝫ niſi per aliam ſubſtantiã
non aſcendit: ſic et ignis niſi per aliam ſuſtantiam inferius ſe non de-
ſcendit. Unde cum dominus ſuper quinqꝫ ciuitates igneos ymbres
plueret: hoc idem per ſulphur fiebat quatenus et in ſulphure ignis
arderet ⁊ per grauiorem ſulphuris naturam idem ad terram laberet-
tur. In hoc ergo loco (inquit) vbi ſuꝑ altare ad halocauſtum ignis

deſcendit per aerem/per ſulphur deſcēdit: quoniam ignis per ſemet- ipſum nō poteſt deſcendere niſi alicui materie grauiori deus iuſſerit immiſceri. Sacerdotes ergo idolorum ſine homicidij culpa Helias deis ſeruus interfecit. Quippe quia erat in illa lege que dicit blaphe- mum nō patieris viuere. Nullus hominu ergo idolum colit: niſi dei blaphem⁹ extiterit. Ac ꝓ hoc qui idolatrie cultores mactauerat blaſ- phemos et ſacrilegos de tera purgabat. Et poſt hec omnia qui im- bres: ac terre perfuſione tribus annis et ſex menſibus orādo ꝓhibue rat in modico temporis ſpacio eodē orationis ſuo officio ſitiēti terre habundantem pluuiam et placidā a deo impetrabat. Que in terram prius nequaꝙ̄ veniſſet: niſi eam a cultoribus Baal occidendo mun daret: quos cum Jezabel ab helia interfectos eſſe ſacerdotes Baal comperijſſet: illum de morte propria minantibus verbis prophetam terret: vnde pergens in terrā Juda Helias in vmbra iuniperi ſedens obdormiuit. Quem angelus domini tangens in ſomno ſuſcitauit: et pane et aqua eſurientem ſaturans et ſitientem refecit: quo cibo refe- ctus in eius fortitudine quadraginta diebus et. xl. noctibus nil cōme dens vſqꝫ ad Oreb dei montem ambulauit: vnde verbi dominici fre- tus conſortio rurſum in terram iſrael redijt. De iſto vero pane ⁊ aqua angelico officio miniſtratis: quorum fortitudo paſtum famis labore prophetam quadraginta diebus peruexit: ſcientib⁹: vnde ve fuit in- telligentiam differēdā patefacta referamus. In quo pane cum quaſi humane induſtrie totius ſic operis ſimilitudinem conſpiciamus: nō terreni panis virtutem ꝙ vna ſaturitate quadraginta dierum neceſſi- tatem impleuerit eſſe intelligimus: niſi forte angelico opere de qua- cunqꝫ terrena materia factus in terra degentis animam hominis pa ſtum validiorem hominū pane effecit. Sed hic panis etſi propriam occultando naturam ſollicitum lectorē fecit. De. xl. tamen dierum ie iunio quomodo illud tempus ieiunijs pertulerit: ſecurum reddit du per vnius virtutem nullo egens cibo tāto tempore vixit. ¶ Inde in- teruallo quodam temporis interiecto ipſe propheta in monte quin- quagenarium principem: cum his qui ſub eo erant: vt cum ad ſe duce rent rex iuſſit. Qui ſupcilio. i. ſupbo tumore inflat⁹ aīo dixit hō dei: vt ad illum nobiſcum exeas rex Othozias: id eſt filius achab iuſſit: cui Helias vt inquis: ſi homo dei ego ſum reſpondit propheta in te nūc et in eos qui tecum ſunt celeſtis flamma ardebit. Quo facto ⁊ alium eiuſdem ordinis virum cum tot comitibus ad eundē redire precepit quem conſona primo proferentem ſimili ſequentia eadē vindicta cō- ſumpſit. Quo facto tertius ad idem deſtinatus periculum quinqua- genarius: cum ſuis coram domini propheta ſuppliciter genu flexit: ⁊ per verba precatoria illum regis adire conſpectū rogauit. Sed huic

Leuiti. xxiiij. c.

De ieiunio xl. dieruꝫ ⁊ paſtu Helie

iiij. Reg. j.

De igne de ſcēdēte ſup quinquage narios.

aſſociare Helie angelus domini dicit. Qui cito ſurgēs ⁊ greſſum ſocians ſupbis cū humiliato ⁊ ſupplice ad regez perrexit. Ignis (inſit Aug.) in hoc loco ſicut ⁊ in predicto holocauſto dei dicto prophete verbi obediens qđ iubebatur impleuit. Et in his grauioribus forſitan ante cōmiſſi crimen peccati ſicut ⁊ in ora ⁊ numero: populi prediximus vltrix flamma numerum puniuit. ¶ Demum vero cū dñs Heliam eleuare voluiſſet ipſe ⁊ Heliſeus ſaphan miniſter ſuꝰ: iordanis flumen diuiſit pallio Helie pede ſicco ſicut in tranſitu filiorum iſrael factum prediximus tranſierunt. Ad cuius rei explanationem de libro ieſu predicta huic operi ſatis ſufficiunt.

De tranſitu iordāis helie ⁊ Heliſei iiij. Reg. ij.

¶ De aſcenſu helie in curru igneo ⁊ de quibuſdam virtutibus Heliſei. Cap. ix.

Cum data eſſet facultas Heliſeo vt peteret q̃d vellet priꝰ ꝙ ab eo reciperetur Helias petiuit vt duplex ſpiritus Helie fieret in ipſo. Tūc dixit Helias dure petiſti: ſed fiet tibi. O hereditas (inquit Ambroſius) precioſa in qua plus heredi relinquitur ꝙ habetur: plus cōſequit᷑ qui accipit ꝙ poſſideret qui largitur: precioſa plane hereditas: q̄ dū a patre tranſfertur ad filiū meritorum quodā fenore duplicatur. Igitur Helias cum ſimplicē ſanctitatis ipſe haberet ſpiritū Heliſeo duplicē dereliquit. Mirū ergo in modum plus Helias grē dimiſit in terris ꝙ ſecū portauit ad celos: ⁊ licet ipſe ad altiora totus tranſfert᷑ corpore apud filiuz tñ maiore manet ſctitate. Helias ergo magiſter Heliſei angelis ducētibꝰ raptꝰ ad celū eſt: ⁊ quadriga ignea impoſitus q̄ſi in quodā triūpho victor aſcēdit: victor em̄ extiterat nō gētiū barbararum: ſed ſecularium voluptatū. Si quidem grauiores inimici ſunt praui mores ꝙ hoſtes infeſti: vnde alibi Ambroſius inſit. Helias nullo corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus inuenitur. Ideo ergo curru raptꝰ ad celū: ideo cum dño apparet in gloria: ideo dñici venturus eſt precurſor aduentus. Heliſeus duplicem ſpiritum poſtulans non elationis affectu ſup magiſtrum ſuū voluit: ſed vidēs peccata populi inumera a propheta qui relinqueret᷑ nō ſimplici Helie ſpiritu: ſed duplici compeſci poſſe preuidit. Si etenim illud quod potuit vitio volentis ſe eleuare animo poſtulaſſet: nequaꝙ a domino ⁊ ab ipſo Helia quod petebat impetraret. Igitur his dictis iam iamq; Helias igneo curru receptum velut ad celuz conſiderante Heliſeo rapitur. Et hactenus ipſe ſicut et Enoch in teſtimonium nouiſſimi temporis adhuc ſine morte ſeruatur: vt ſcilicet (vt Auguſtinus ſcribit) horū in ore duorū teſtium nouiſſimi teſtimonij ſermo conſi-

Diuus Ambroſius ſermone. lxxxviij. de heliſeo.

Ambroſiꝰ in libr. j. de virginibus.

ſtat quando in extremo tempore pauloante ꝙ damnetur ſathanas qui humanum genus aperto bello deprimat: ſicut canit Malachias ſic enim quarto capite dicit. Ecce ego mittam vobis Heliam teſbitem nunꝗ veniat dies dñi magn⁹ et terribilis vel vt interpretati ſunt ſeptuaginta: illuſtris qui conuertet cor patrum ad filios ⁊ cor filiorũ ad patres: ne forte veniens percutiam terrã anathemate: vel vt tranſtulerunt ſeptuaginta penit⁹. Ad quid vero peculialiter premittatur

Augu. xx. de ciuitate dei.

Helyas: declarat Auguſtinus vigeſimo libro de ciuitate dei capite xxix. dicens eum exponendo legem ſpiritualiter ac miſtice conuerſurum: corda patrum ad filios et filiorum ad patres: hoc eſt opere impleturum.

De q̇buſdã virtutib⁹ heliſei.

¶ Interea labentia in terra veſtimenta Helye meſtus heres Heliſeus colligebat: ⁊ iordanem item dominum Helye inuocãs pede ſicco tranſierat veniẽs in hiericho amaras et ſteriles aquas immiſſo in fontem ſale: ſicut per lignum in heremo Moyſes ſanabat: inde veniens in Bethel a pueris paruis caluus heliſe⁹ illudebatur. Quibus cum in nomine domini malediceret duob⁹ vrſis de ſilua venientibus quadragintaduo pueri lacerantur in hocloco (Auguſtin⁹ ait) non propter proprium conuitium propheta in iracundia promotus pueris maledixit: ſed auerſatos a domino et lege patrum filios qui in Bethel idolis immolabant cum fortaſſe et ipſi parui pueri: vt moris tunc erat idolis ſunt conſecrati iuſta vindicta plexit in Bethel nanq; vnus ex duobus vitulis quos Hieroboã filius Nabaoth fecerat qui peccare fecerat iſrael rex fuit cõſtitutus. Deinde in illa expectatione qua Joram rex iſrael et Joſaphat rex iuda ⁊ rex Edom ad filios Moab exierant: cum in deſerto totus exercitus ſiti labore fuit fatigatus: Heliſeus aquas per ſiccatum torrentem ſine pluuia venire a deo impetrauerat. Ubi foueas et puteos populũ facere iuſſit ꝓpter iſraelitas et gentiles qui in eadem erant Cumq; ex illa expeditione reuerſo in terram iſrael veniſſet mulier vidua vnius ex prophetis lachrymabiliter ad eum clamauit. Ecce inquiẽs creditor meus duos filios quos ſeruo tuo viro meo genui ad ſeruiendum ſibi: quia redde re aliud vltra non habeam tollere cupit: cui heliſeus. Dic inquit quaꝫ rem in domo tua potes hebere: parũ reſpõdens olei quo vngar recõditum penes me habeo in vaſe: pete ergo inquit heliſeus mutuo a vicinis tuis vaſa vacua nõ pauca. Quod cum feciſſet de paruo illo oleo creſcente ipſa repleuit omnia hec exigua olei particula per virtutem in maius creſcere (inquit Auguſtinus) non contra naturam potuit. Omnem enim magnitudinem creaturarum de paruitate ſemper creſcere conuenit: cuꝫ preſertim ſpecialius hoc in liquoris natura pincernaria arte fit vt quedam poculorum genera de parua materia in abũdantiam liquoris exundare et feruere ſane comprobantur per ſimam

iiij. Regũ. iiij.

Multiplicatio olei.

quoqꝫ ciuitatem ſepe idem vir egrediens cum a quadam diuite femi-na: ſed ſterili bono frequenter hoſpicio receptus fuerat predixitqꝫ ꝙ de viro ſuo proprio conciperet. Sed ille natus et nutritus graui ⁊ ſolita doloris egritudine adhuc puer ꝑcuſſus obijt. Quē tñ Heliſe⁹ figurali ordine reſuſcitans matri viuum aſſignauit. Quodam etiā tempore coacti filij prophetarū inter ceteras herbas agreſtes coloquintidas mortiferas non cognoſcentes in pulmento coxerunt. Quod cū vnus quiſqꝫ guſtaſſet in olla mortem eſſe clamauit. Sed dum Heliſeus farine parum in eandem ollam manu propria miſit illius virtus per illius farinule ſapidum et ſuauem ⁊ ſanum ſaporem inſipidum ⁊ mortiferum coloquintidarum agreſtium vicit. Uiginti quoqꝫ panes in centum viros diuidi precipiens turbam ſaturauit: ⁊ ſuperabundātem copiam fragmentorum colligentes miniſtri habuerunt. Sed de huius virtutis intelligentia diligentius explanabimus: cum de quinqꝫ panibus et duobus piſcibus in ſecundo libro ſi dominus permiſerit diſſeremus.

Reſuſcitat mortuū Heliſeus.

Coloquintidas emendat heliſe⁹.

¶ De Naamā curatione in aquis iordani ad iuſſum Heliſei ⁊ de lepra Giezi ⁊ de ferri ſupernatatione. Cap̄.x.

Naamam leproſus erat: puella quedā ait vxori illius dominus meus ſi vult mundari vadat in terraꝫ iſrael: ⁊ ibi inueniet eū qui poſſit ei lepram tollere. Dixit illa domine ſue: vxor marito Naamam regi ſyrie. Qui euꝫ quaſi acceptiſſimum ſibi miſit ad regem iſrael. Audiuit rex iſrael: quod miſiſſet ad eum cuius lepram mundaret et ſcidit veſtem ſuam. Tunc Heliſeus propheta mādat ei. Quid eſt quod ſcidiſti veſtem quaſi non ſit deus potens ꝗ mundet leproſum: mitte illū ad me. Miſit illum: cui aduenienti ait propheta: vade deſcende in iordaneꝫ merge: et ſanaberis. Ille cepit cogitare ſecum et dicere hoc eſt totū: veni de ſyria in terram iudeam: et dicitur mihi. Uade in iordanē: merge et ſanaberis: quaſi flumina meliora non ſint in patria mea. Dixerunt ergo ſerui: Domine quare non facis verbum prophete. Magis fac ⁊ experire. Tunc ille iuit in iordanē: merſit et ſurrexit ſanus eiuſqꝫ cutis tota mollis: et tenera quaſi pueri ſanata redditur. Unde pro ſalutis beneficio viro dei munera offerre tētabat. Que ille recuſans qđ gratis acceperat: gratis impartiri malebat. Ex hac re (inquit Auguſtinus) manifeſtiſſime declaratur quod in ſermone impantis dei ſꝫm imperium prophete non in re aliqua virtutis ſacramentum continet. Cogitās ergo apud ſe Giezi miniſter viri dei: ꝙ quaſi ſine cā Naamam dn̄s ſuus Heliſeus pepercerat: duobus aſſumptis ſecū pueris

iiij. Reg.

Aug. iij. mirabiliū libr.

feſtinātius poſt eum exire: ac ſi a dño ſuo miſſus properat: acceptāq; ab eo compoſito mēdacio pecuniā in equis ex parte reportabat quā Heliſeus totā accipere ⁊ nequaq; habere voluerat. Deinde vero interrogatus giezi a dño ſuo quo iſſet: nō quoq; ſe iſſe falſo ſimulauit. Sed occultum mendaciū euidēti iudicio propheta cōuincēs. Nōne inquit ſpiritus meus tibi pñs erat qñ homo occurſuz tui de ſuo curru deſcendit? Dum igitur infelix te cupiditatis cogitatio vt hoc ageres ⁊ diceres fefellit: lepra Naamā cum ſua pecunia tibi ⁊ ſemini tuo in ſeculum adhereat. Ecce eadē poteſtate Heliſeus propheta leprā Naamā corpori depoſuerat q̄ giezi eadem adherere carni et domui imperabat. Unde prouidenduz eſt (inquit) iſtas omnes virtutes nō rerum temporaliuz effectibus: ſed imperātis precepto peragi q̄uis contra naturā nihil in illarum vel harū effectione certum eſt perfici in quarum tamen perfectione ipſa deſperantis volūtas ſeu per ſe ſeu per angelos ſeu per homines illas requirit quas futurorū figuris apte ⁊ per omnia cōuenire prenouit. Quodā quoq; tempore filijs pphetarum coram Heliſeo facientibus ſibi locū: manu vnius ex illis ſecuris ferrum manubrio lapſum excidēs in iordanis fluuiū cecidit. Qui amiſſo ferramento quod mutuatum acceperat oīno grauiter doluit. Unde Heliſeus viri clamore motus: affectu dolentis locum vbi ferrum ceciderat demerſuz requirebat. Quo aduocato ⁊ a ſe illuc ligno immiſſo ferrum de profundo ad ſupiora aque natās reuocat. Grauē vero ferri naturaz tenuis aque ſubſtantia ferre nō valet. Sed tm̄ qui poſtmodum ſub petri pedibus maris ſolidauerat naturam ante illaz de profundo ferrum leuare iubet. Aque em̄ natura q̄uis terra fragilior tamen aere ſolidior videtur hic enim habere de terra minus virtutis oſtenditur q; ab ea metalla et lapides minus ſufferuntur: apte vero plus retinet qđ hominuz et ceterorum animalium corpora ⁊ ligna ſupnatantia ſufferre valet: vnde et ſi metallum ad integruz aqua non ſupportat: ex parte cum portantibus tolerat quoniam lapidem vt ſepe probatur quam vix duo viri in aere poſſunt leuare in aqua cum de fune pependerit vnus homo poterit retinere: vnde (Auguſtinus inquit) apparet aquam ⁊ ſi non per totū: ex parte tamen ſufferre poſſe et quod ex parte res habet deum per totuz poſſe et quod ex parte res habet deum per totum vt ſequatur naturaliter imperare. Propter quod aque natura natans ferrum ſufferre poterat: quia deus quod ex parte per ſemetipſam creatura conſueſcit: vt ad integrum faceret imperabat.

De ferri ſupernatatione. iiij. Regum. vj.

Auguſtin' vbi ſupra.

¶ De victoria regis iſrael contra regem Syrie prophetante Heliſeo. Cap. xi.

Sepe dixiſſe me memini (inquit Ambroſius) q̃ hoſtiũ tumultus bellicoſos timere minime debeam⁹ nec quẽlibet copioſam hoſtium multitudinẽ formidare q̃m ſicut ait dñs maior eſt qui in nobis eſt: q̃ qui in hoc mundo. Ait enim propheta immittet angelum dñs in circuitu timentium eum et eripiet eos. Mira res: plures e celo defenſores meretur ſanctitas: quã in terris oppugnatores adduxit improbitas: belli quoq̃ tempore regi iſrael in multis locis rex ſyrie inſidias componebat. Quas heliſeus ꝓpheta regi iſrael ſemper vt ſe caute in his ageret manifeſtabat. Sed dum hoc rex ſyrie per heliſeũ fieri ꝓ certo dinoſceret ad totam ciuitatem heliſei miſit copioſum curribus et eq̃s inſtructum exercitum: quod cum viri dei miniſter nocte ſurgens videret: territ⁹ et pauore confuſus ad heliſeum venit. Quem confortans propheta plures inquit auxiliatores noſtri q̃ hoſtes. Et vltra modũ pueri mens perterrita fuit videntis inimicorum multitudinem copioſam ei angelorum igneis curib⁹ et equis inſtructas per totum mõtem in eius circuitu aſtãtes phalãges fecit eſſe viſibiles: vnde ad hoſtes digrediens hoc a domino impetrabat vt illam gentem ſicut antea in foribus Loth cecitate percuteret. Hoſtes igitur obcecatos demonſtraturum ſe virum quem quererent promittens in ſamaria vrbẽ perduxit eorũq̃ oculos aperiens ibi. Quos rex iſrael videns de heliſeo queſiuit vtrum occideret eos an non: cui vir dei non vt interficeret imperauit: ſed verſa vice inimicos cibis reficeret et abirent. Non ita igitur (inſit Auguſtinus) vt lucem diei non videret his populus cecitate percutitur: ſed preſentis heliſei et locorũ quos ambulabãt agnitio ab illorũ oculis occultatur. Ipſa igitur cecitate percuſſi ſunt dum quem viderunt nullo modo intellexerunt: interea poſt mortem heliſei famuli dei: cum quadam die familiares eius mortuum quedã portantes latrunculos videntes pertimuiſſent in ſepulchrũ heliſei quod prope erat: mortui cadauer proiecerũt. Quod dum tangeret oſſa heliſei reuixit et ambulauit. Unde quidem per ſcriptum ſermonem dicunt. Hic eſt ſpiritus qui in te eſt: fiat duplex in me: quod neceſſario impleri debuit. Helias ergo reſuſcitaſſe vnum ſcribitur: quod ſimiliter et Heliſeus feciſſe iam cernitur. Sed et alium: id eſt iſtum poſt mortem videlʒ in ſepulchro reuiuificaſſe videt᷑. Sed hec duplex grã facto eſſe non apparet. Quippe quod enim helias ſemel fecerat bis ac ter ſi neceſſe eſſet iterare poſſet: ſed poti⁹ hic duplicẽ gratiam helie eſſe heliſeo ꝓnunciat: q̃ heliſeus imperando q̃ helias orando et poſtulando impetrabat: ſiue q̃ heliſeus imperando q̃ helias cũ multo honore ⁊ ſeculi dignitate virtutũ ⁊ ꝓphetie donũ q̃ helias ⁊ ꝓfug⁹ in montibus ⁊ ſpelũcis degens et exutus ab hominibus retinebat.

Diuus Ambroſius ſermone.lxxxvij.de barbaris nõ timendis.
Pſ.xxxiij.b.
iiij.Reg.vi

¶ De captiuitate populi iſrael ⁊ pcuſſione Sennacherib: et de īfirmitate Ezechie regis iuda ⁊ ſolis retroceſſiōe. Ca. xij.

Populus iſrael per lōgum tempus poſt hec cum dei legem et prophetaruꝫ dicta tranſgrediens idola colendo dominū contēneret in manus gentiū tradit⁹ eſt. Tribuꝫ aūt iuda ⁊ ciuitatem hierl'm quaꝫ elegit dn̄s adhuc de⁹ tunc reſeruauit: cuius regnū ip̄o tempore Ezechias rex iuſtus deniq꜄ gubernauit. Sed Sēnacherib rex aſſyriorū videns ꝙ pr̄es ſui ſamarie regnū et impiuꝫ iſrl' deſtruxiſſent: ⁊ ipſe ad terrā iuda duce rapſace quē hebrei vt Aug. ſcribit Eſaie prophete filiū dicūt ꝓ fugit iudā ad aſſyrios commigraſſe exercitum conuocat: ⁊ hieruſalem vrbē expugnare iubet: ſed in ipſo conamine de⁹ populi defenſor ⁊ ſuperborū humiliator de celeſti exercitu militē angelū: videlicet ad aſſyriorū caſtra miſit: qui opere vni⁹ noctis cētūoctogintaquinq꜄ milia ab exercitu Sēnacherib interfecit. Qui ſic fugat⁹ de terra iuda cū paucis ad niniuē vrbē ſuā fugiēs vix euaſit vbi ī idolorū ꝓbano rept⁹ ab vno filioruꝫ ſuorū: quos ipſe genuit interfectus eſt. ¶ Paruo tp̄e interiecto Ezechias rex iuda ne de tanta victoria eſſet eleu[a]t⁹ in grauiſſimi lāguoris morbū īcidit. Ad quē ipſo lāguore viſitādū: Eſaias ꝓpha veniēs dixit. Diſpone domui tue: qꝛ nō viues vltra ſꝫ morte morieris. Quo triſti admodū nūcio protin⁹ rex ipſe permot⁹ ad parietē faciem ſuam conuertit lachrymabilemq꜄ pro vita ſua in conſpectu clementiſſimi dn̄i precē fudit: rurſus Eſaias ꝓpheta puro agitat⁹ lumine mittitur vix medium atrij digreſſus qui ſanitatē ⁊ pacem regi ipſi ⁊ ciuitati fore denunciat: ⁊ quindecim annos vite ſue ab ipſo dei ſermone addi confirmat. Unde vt rex quod dicebatur indubitāter crederet ſolis in ortum ab occaſu per decem horas curſum recidiuo de⁹ tramite retorquebat: quatenus inde veluti mane iterum feſtinare inciperet: qui diei totius exceptis duabus horis ſpacium cōſummaſſet quo miraculo neſcio an maius vnq꜄ audiuerim quid mirabili⁹ eſſe pōt ꝙ quod ille celeſtium pherarum diuinus ordo mutaretur.

De ſolis retroceſſione tp̄e ezechie Sedulius
Ultima labentis miſeratus tēpora lucis.
Terquinos quondā regi de⁹ addidit ānos
Ulus iure ſuo pateſactaq꜄ lumina claudēs
Mortis ab occaſu vitā cōuertit in ortum.

¶ De captiuitate iudeorū babylonica ⁊ de Daniele ſomnia interpretante. ⁊ trib⁹ pueris in ignē ꝓiectis. Cap. xiij.

Anno tertio Joachim regis iuda qui illuc vſq꜄ nathaoni adheſerat Nabuchodonoſor rex babilonis per exercitum hieruſalem velut Egypti coloniaꝫ obſederat: cui ſe Joachim ſponte tradens datis obſidibus Daniele: videlicet anania / azaria / miſaele / et parte vaſoruꝫ templi

p̄li domini adhuc regno ſuo relinquitur donec grauiſſime ſeruitutis onere depreſſus ad Egyptiorum regem iterum diuertens miſſo rurſum exercitu comprehenſus et tractus priuſq̃ ad vrbem in campo babylonis venit vndecimo anno regni ſui interficitur. Daniel vero in babylone ex iudeorum ſtirpe illuſtri fama clarebat. Quoniã cuȝ eſſet ſpiritu dei plenus et prophetie munere condonatus: que hominibus fuerunt incognita ipſi deus demõſtrabat. Unde accidit vt Nabuchodonoſor ſomnium videret vigilanti etiam ex parte aliqua ſomnij memoria in illo remaneret. Deus Danieli non ſolum ſomniũ ipſum: ſed etiam ſomnij ipſam occaſionem que eſſet anteq̃ rex dormiret indicauerat. Hoc vero factum eſt vt regi Daniel ſummi creatoris noticiam inſinuaret: ⁊ plebs in ſeruitute et captiuitate poſita aliquid: quãuis paruũ auxilium et ſolatium haberet. Sed rex ille ita iudei obliuionẽ animo effectus incidit: vt ſtatuam auream altitudinis nimie in campo duran prouincie babylonis erigens proprio nomine conſecrari diuino cultu preceperit. Unde accidit vt prepoſiti babylonice regionis tres viri / Sidrach / Miſac / Abdenago / ex iudeoruȝ ſtirpe progeniti a Chaldeis accuſati ſunt coram rege: quod nec deos nec conſecratam nuper voluiſſent imagineȝ adorare. Unde incredibiliter rex ira ſuccenſus fornacem plus ſolito ſuccẽdi preceperat: vt hos per fortiſſimos de ſuo agmine viros cum veſtimentis et ornamentis in ignẽ proijci feroci ſententia iubebat. Sed ipſi in fornacem iacti cum in flãmarum medio ceciderant nullo modo ignis ardorem ſibi in aliquo auerſantem ſentiebant. Unde angelus domini deſcendit cum Aſaria et ſocijs in caminum: et excuſſit flammam ignis de camino et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Ex aere enim (vt Auguſtinus ait) ſpirituȝ et ex aqua in noſtro igne inuenit rorem ſicut et cetera mirabilia per angelum effecit: qui pariter cum ſeruis dei in ignem deſcendit.

De Daniele ſomnia interpretante Daniel. ij.

De tribus pueris in ignẽ proiectis. Daniel. iij.

## De Daniele in lacum miſſo leonum ⁊ de Eſdra legem innouante. Cap. xiiij.

Daniel conſtituta lege medorum atq̃ perſarum rege dolente et animo meſto deuorãdus in lacum leonibus deijcitur. Sed a dei angelo ne in lacu inſons periret ora leonum clauduntur. Unde rex tranſacta inſomni nocte mane lachrymabilis ad lacum venit vbi incolumem cubantem inter leones ſecura mente Danielem reperit. Imperante ergo rege iam iamq̃ Daniel de lacu leonum abſtrahitur quo perditores illius protinus deuorandi pro eo mittuntur. Et quos inedia

Sedulius
Nec minus et darij furierũt iuſſa tyranni Hebreuq̃ decus Daniel decernitur inſons Ieiunis cibus eſſe feris: ſȝ belua iuſto Mitis facta viros ſctõs ne lederet art⁹

Cepit amare famē rabies mollita furorem Depoſuit ſeuis q̄ in faucibus ira quieuit. Et dedicere truces p̄dam ſeruare leones.

Daniel eſurientes fecerat reoruz ſanguinis illius criminoſa corpora leones recipiebant. Unde (Auguſtinus ait) certum eſt quod non cōtra nature ſue terminos illam creaturam dominus aliquid facere: ſed naturarum partes qualiter cum neceſſe habetur: aut in defenſionem in ſolatium eorum quos protegit aut in detrimentuz eorum quos p̄mit gubernare diſponit. Hiſtoria vero de tranſlatione Abacub in lacum leonum: quia non inuenitur in canōe hebreorum et tempore Auguſtini non erat in canone noſtro recepta hiſtoria. Idcirco in hoc ordine non ponitur. ¶ Interea captiuitatis tempore completo: quod dominus per prophetas implendum eſſe predixerat reuerſionez populi ſui et captiuitatis ſolutionem per tyri regis clementiam preparabat. Quo tempore Eſdras dei ſacerdos combuſtā a chaldeis in archiuis templi reſtituit legem nempe qui eodem ſpiritu: quo in ſcriptura fuerat: plenus fuit.

## ¶ An deus hic aliquando viſus ſit ⁊ quō deū poſſe videri: ſcimus ex fide ſcripturarum. Cap. xv.

Magna queſtio eſt quomodo non ſit contrarium: quia q̄ð antiqui viderūt deū: ſi deū nemo vnq̄ vidit et quem nemo hominuz vidit nec videre poteſt: pauca ergo iſta attende ſi placet. Cum euuangelium exponens diuus Joānes damaſcenus in principio libri ſui de Orthoxa fide ab eo loco inciperet. Deum nemo vidit vnq̄: vnigēitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Ex hac occaſione vide qualia de dei viſione diſſeruit. Ineffabilis inquit diuinitas: atq̄ incomprehenſibilis: neq̄ enim vllus nouit patrem niſi filius: neq̄ filium niſi pater. Ceterū ſpirituſſanctus ita nouit ea que dei ſunt: vt ſpiritus hominis ea nouit que in illo ſunt Poſt diuinam itaq̄ beatiſſimamq̄ naturaz nullus vnq̄ deum nouit niſi cum ipſe reuelauerit: non hominum modo ſed ne ſupramundanarum quidem virtutum: ſupramundanarum (animo) vt ipſorū Cherubim atq̄ Seraphin: hec damaſcenus. Ponit ergo diuus Damaſcen⁹ diuinitatē eſſe cuiquā creature rationali cum humane tum angelice incomprehenſibilem: vt quam ſolam norint abſolute et plene tres diuine hypoſtaſes: pater et filius ⁊ ſpirituſſanctus. Quod et beatiſſimi Pauli ſententie eſt conſentaneum dicentis de deo: qui ſolus habet immortalitatem et lucez habitat inacceſſibilem: quem nullus hominum vidit ſed nec videre poteſt. Ex quibus (infit ipſius Damaſceni interpres) conuincitur ⁊ ipſe Paulus non vidiſſe deum: cum raptus fuit vſq̄ in tertium celuz: ⁊ audiuit

arcana verba que non licet homini loqui: quandoquidē illo ſermone generali ſeipſum includit numero eorum: qui deum non viderint nec videre poſſint. Conſimiliter (inquit) nec Moſes credendus eſt vidiſſe deum cum legem accepit: ꝛ frequens habuit cum deo colloquiū tametſi duodecimo numeri capite tale perhibeat deus de illo teſtimonium. Si quis fuerit inter vos propheta domini in viſione apparebo ei vel per ſomniū loquar ad illum. At non talis ſeruꝰ meus Moſes: qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. Ore enim ad os loquar ei palam et non per enigmata et figuras deum videt. Inſuper exodi trigeſimotertio capite dicatur. Loquebatur dominus ad Moſem facie ad faciem: ſicut ſolet loqui homo ad amicū ſuum. Nēpe Moſes (inquit) magni muneris loco ꝛ in pignus atq indiciuz gratuiti amoris diuini petiuit a dño: ſi inueni (inquit) gratiam in conſpectu tuo oſtende mihi faciem tuam: vt ſciā te et inueniā gratiā ante oculos tuos. Quod ſi deuz lympide (inquit Damaſceni interpres) vidiſſet vt pleriq contendūt non petiuiſſet diuine faciei oſtenſiōez ſibi indulgeri: vt qui eam iam pro voto obtinuiſſet. Sed quid inquit reſpō ſi a deo ibidem acceperit attendamus. Non poteris (inquit dominus) videre faciem meam. Non enim videbit me homo et viuet rurſum: eodem loco ſubiungit dominus. Tollam manum meam et videbis poſteriora mea. Faciem aūt meaz videre non poteris: cum itaq (inſit) petenti Moſi diuinam ſibi gloriam oſtendi dictum ſit faciem meam videre non poteris: qui fiet vt diuine viſionis particeps effectus fuerit: et celeſtis glorie cōſors: neq locum habet cauillatio obijciens Eſaiam et pleroſq prophetas vidiſſe dominum ſedentem ſuper ſolium: etiam ante tempus aſſumpte pro nobis humane natur . Nempe (inquit) huiuſmodi effigiatio per ſubiectaz creaturam facta eſt. Quod beatiſſimus quoq Dionyſius quarto capitulo libri de celeſti hierarchia comprobat hec ille. Sed quid diuꝰ Auguſtinus cui magis adhereo ſuper Geneſim ad litteram capitulo vigeſimoſeptimo comprobet attendamus: niſi (inquit) concupitam et deſiderataz dei claritatem: Moſes videre meruiſſet non in libro numerorum diceret deus ad Aaron et mariam fratres eius de Moſe os ad os loquar ad illum in ſpecie et non per enigma: et claritatem domini vidit. Neq enim hoc ſcōm ſubſtantiam corporiſq carnis ſenſibus preſentatur intelligendum eſt: nam vtiq ſicloquebatur ad Moſem facie ad faciem contra in contra: hec Auguſtinus. Neq locum habet cauillatio obijciens deum dixiſſe Moſi: non poteris videre faciez meā Non enim videbit homo et viuet. Nempe quando dixit ei non videbit me homo et viuet tunc erat Moſes in monte. Sed poſtea con-

cupierat Moſes videre deum: non vtiq; ſicut viderat in monte vel in tabernaculo: ſed in ea ſubſtantia que deus eſt nulla aſſumpta corporali creatura: ſed per ſpeciem ſuam quantū eam poteſt capere creatura rationalis et intellectualis: vnde inquit cap. eo. Aug. Quando dixit ei dominus. Oſtende mihi temetipſum: et nunc etiam ad ipſos quos obiurgabat. Et quibus Moſi meritum ita preferebat: ſic loquebatur per creaturam corporalem preſentatā ſenſibus carnis. Illo ergo modo in illa ſpecie qua deus eſt longe ineffabiliter ſecretius et preſentius loquit̄ locutione ineffabili vbi em̄ nemo eum videns viuet vita iſta qua mortaliter viuitur in iſtis ſenſibus corporis. Sed niſi ab hac vita qui' q; quodam modo moriatur ſiue omnino exiens de corpore: ſiue auerſus et alienatus a carnalibus ſenſibus: vt merito neſciat ſicut apoſtolus ait: vtrum in corpore an extra corpus ſit cū in illam rapitur et ſubuehitur viſionem et per hoc ſoluitur quod dixit ad Timotheum ſexto capite Paulus cum ait quem nullus hominū vidit: ſed nec videre poteſt. Nempe vt inquit Auguſtinus in libro de videndo deum capitulo decimotertio. Neceſſe eſt abſtrahi ab hac vita mente: qn̄ in illi' ineffabilitatē viſionis aſſumit̄: et nō ſit incredibile q̄buſdā ſctīs nōdū ita defunctis.: vt ſepelienda cadauera remanerent etiā iſtā excellentiā reuelatiōis eius cōceſſam fuiſſe. Qd̄ exiſtimo cogitaſſe illū qui noluit dicere. Certe ꝑpter beatū Paulum qui de ſua illa ineffabili reuelatione non tacuit: et Moſez cui cōceſſum eſt quod petiuit illi qui partem diui Ambroſij et Damaſceni tenēt: coacti ſunt dicere quod deo dilectus Moſes et ſacratiſſim' Paulus per anguſtiora perfectioraq; ſigna ad huiuſmodi viſiones dei ſublimius ceteris et altius euecti ſunt: atq; per diuinam ſimilitudinē in ipſorum mētibus angelico miniſterio clarius efformatam propinquius ad diuinitatis aditum valuaſq; acceſſerunt. Hinc palam vidiſſe deum et citra enigmata ad illius obtutum admiſſi fuiſſe dicuntur. Illi enim famulo dei fideliſſimo Moſi: vbi in hac terra laboraturo: populumq; illum adhuc recturo cōceſſum eſt quod petiuit vt claritatē dn̄i videret cui dixerat: Si inueni gratiam ante te oſtende mihi temetipſum maniſeſte. Accepit enim tunc (inquit Auguſtinus) congruū reſponſum quod faciem dei videre non poſſet: quaz nemo videret et viueret: hoc modo ſignificante alterius potioris vite illam eſſe viſionem. Deinde in verbis dei future chriſti eccleſie miſterium figuratum eſt. Geſtauit (inquit) Moſes typum populi iudeorum in chriſtum paſſuz poſtea credituri. Ideo dictum eſt illi: cum tranſiero poſteriora mea videbis: Et cetera que ibi dicuntur mirabili ſacramento prenunciant eccleſiam poſt futuram. Quod autem dicere inſtitueram. Deſiderio ei'

Exo. xxxiij. Aug. de videndo deū cap. xiij.

etiam illud quod petierat fuiſſe cōceſſum in libro numerorum poſtea monſtratum eſt: vbi dominus arguit contumeliam ſororis ipſius et dicit alijs prophetis in viſione ſe apparere et in ſomno. Moſi autem per ſpeciem: non per enigmata: vbi etiam addidit dicens. Et gloriã domini vidit. Quid ergo eſt quod eum ſic fecit exceptum: niſi forte quia illa contemplatione dignum etiam tunc habuit populi ſui talem rectorem et miniſtrum in tota domo ſua fidelem et quemadmodum concupiuerat videret deum ſicuti eſt: que contemplatio cunctis filijs in fine promittitur. Hec Augu. preterea cũ dicitur quod ſolus deus immortalis inacceſſibilis inuiſibilis impoſſibiliſq; videri ad ſacram de eo pertinent ignorantiam ſacrumq; non ſolum in terra ſedet in celo ſilentium et ad Theologiam quam ſacre philoſophantium dux vnus Dionyſius appellat apophaticam. Et hec vniuerſa vt clariſſime declarat ſtapulēſis in epiſtolã primam Pauli ad Timotheũ capitulo ſexto dicens quod abſolute et incontracte deo conueniunt Ceteris autem ſi qua conueniunt vt beatitudo potentia maieſtas dominatio immortalitas inuiſibilitas participatiue et contracte conueniunt: et ſic participantia cum abſolutis et contracta cum incōtractis conſentiunt vt finita cum infinitis. Eſt enim viſus in corpore: intellectus contractus et ſenſualis appetitus contracta voluntas: atq; corporeus viſus non eſt intellectus: et ſenſualis appetitus non eſt voluntas: tam angeli et homines ſi ad deũ in abſolutione conferas immo infinito plus: neq; beati: neq; potentes/neq; ſunt/neq; eſſe poſſunt. Sunt tamen et poſſunt ſuo modo. Nam cuiuſq; modus cōtractio eſt. Ergo deus abſolute talis ſine modo ſupraq; omnē modum. Et vt varie intellectus in varijs contrahitur: nam aliter in viſione aliter in imaginatione: ita beatitudo et potentia et reliqua id genus que non niſi contracte creaturis tribuuntur/varie in angelo/et varie in homine contrahuntur. Sed (vt par eſt) hec omnia incontracta ſoli deo tribuit apoſtolus. Ecce iam adducti ſunt diuerſi modi quibus pleriq; ſolent dicta ſanctorum de viſione dei quem habuerunt Moſes ⁊ Paulus interpretari: preter quos et alij adhuc ſuperſunt eoſdem exponendi ſcd̄m aliorum placita ſenſus vt tractatu ſecundo capitulo .vij. huius ſecūdi libri latius declarabitur. Sed reuera operoſum foret et huic loco minꝰ accomodũ: recenſere in preſentiarũ oēs autorũ ſnīas de viſionibꝰ illis Moſi ⁊ Pauli: neq; ſatis cōſtare nobis poteſt: quenã illarũ ſit ceteris preferenda. Nã de deo nihil dicendũ preter id quod ſacra ſcriptura dicit: cui plane ſentētie accedit beatiſſimus Dionyſiꝰ in primo diuinorum nominum capite dicens. Nulla ergo ratiōe preſumēdũ eſt aliquid de superſubſtãtiali ſecretiſſimaq;

deitate aut dicere/aut cogitare:preter illa q̄ nobis ſacra eloquia p ad modum caſteq̃ tradiderunt. Si enim apoſtolus qui huiuſmo in deum extaſim paſſus eſt non explicuit illius viſionis myſterium quis ſufficiet ad rectam illius expreſſionē:niſi ſpiritu ſancto reuelāte id fuerit edoctus:itaq̃ veram eſſe ſcripturam fateri debemus:eiꝰ autem intelligentiam/aut lectione conſequi/aut precibus a deo impetrare. Jam vſq̃ ad hunc articulum perductus liber iſte claudendus eſt et quod ſequitur in volumine ſequenti vidēdum eſt:et hic dādus huius prolixitatis modus. Et vere vite et omnium beate viuentiū faciat nos deus participes:qui nos oēs ad ſummū bonū ꝑducat.

¶ Finis libri primi.

## ¶ Domini Simphoriani champerij de mirabilibus ſacre ſcripture. Liber ſecundus.

### ¶ De ſeptem apparitionibus Gabrielis archangeli. Cap. j.

Orige. lib. ſexto cōtra celſum.

Angelos dicimus miniſtrantes ſpiritus quoſdam:et in miniſteriū eorū gratia miſſos qui vt inquit Origenes hereditariam ſunt habituri ſalutem: ⁊ hos quidem aſcendere vt hominū vota preceſq̃ et obſecrationes ad ea loca iam preferant: que de celeſtia ſunt ⁊ puritate mundum penitus antecedunt:vel ad ſuper celeſtia illa: que conſtat eſſe terrenis his puriora:⁊ inde rurſum deſcendere eorū cuiq̃ pro meritis iuſſos aliquid ſubminiſtrare:qui dei affecti ſint beneficio:quos vtiq̃ angelos pro eorum miniſterio fuiſſe et nomen ſortitos didicimus et diuos vel deos plerunq̃ in ſacris litteris vocitari cū alioquim nobis nihil iniūgit:vt qui miniſtrādo ad nos q̄ dei ſunt: deferant ꝑ diis colamus. Vota nāq̃ ⁊ preces oēs:⁊ gratiaꝝ inſuper actiones ad deū ſunt per angelū trāſmittenda:qui per pontificē et viuens verbū et deus angelus prefectus eſt ceteris. Hec Orige. qui et ſi in figura hominum ſepe(inquit Ambroſius)ſunt viſi:tamen aliud non ſunt q̄ quod ſe eſſe norunt neq̃ ſubſtantiā mutant cum formam

Diuus Ambroſius in libro de fide contra Arrianos.

humani corporis ſumunt: quanto magis ipſe dñs noſter qui omnia fecit: qui ipſis angelis vt hec poſſent ſua inſtitutione conceſſit: zacharias enim cum angelum vidiſſet expauit. Noua quippe (inquit Origenes) facies humanis obtutibus ſe prebens: turbat mentem animūq; conſternat. Natiuitas em̄ Joannis plena miraculo fuit. Quomō em̄ domini noſtri ac ſaluatoris aduētū archangelus nūciauit: ita ⁊ Joānis ortum archangelus nunciat. Spiritusſancto replebitur adhuc de vtero matris ſue populus iudeorum facientē dn̄m noſtrū ſigna atq; portenta: ⁊ curantem infirmitates eorum nequaq̄ videbat. Joannes vero adhuc in vtero matris conſtitutus exultat: Joānes plurimos cōuertit: dominus autem non plurimos: ſed omnes hoc opus illius vt omnes conuertat ad deum patrem. Et precedet coram ipſo in ſpiritu et virtute Helie. Non ait in anima Helie: ſed in ſpiritu et virtute Helie fuit in Helia virtus et ſpiritus ſicut in omnibus prophetis: et ſcdm̄ diſpenſationē corporis in ipſo quoq; domino ſaluatore de quo ad mariam dicitur. Spiritusſanctus ſuperueniet in te et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Spiritus ergo qui fuerat in Joanne et virtus que in illo erat in hoc quoq; apparuit ille tranſlatus eſt: hic vero precurſor domini fuit. Et mortuus eſt ante eū: vt ad inferna deſcendens illi⁹ p̄dicaret aduentū. Nō illo tm̄ tpe p̄parate ſunt vie ⁊ directe ſemite: ſed vſq; hodie aduētum domini ſaluatoris ſpiritus Joānis virtuſq; precedit. O magna miſteria domini et diſpenſatiōis ei⁹: angeli precurrunt ieſum. Angeli quotidie aut aſcendunt aut deſcendunt: ſuper ſalutem hominum in chriſto ieſu omnes annunciationes vnus Gabriel archangelus ad chriſti pertinentes ortum fecit. Septies enim apparuiſſe Gabriel circa ortū chriſti perhibet ſcriptura. Primo quando zacharie annunciauit Joannis baptiſte natiuitatē. Secundo quando annunciauit marie virgini Luce capitulo primo. Tertio quando apparuit Joſeph. Matthei capitulo primo. Quarto quando paſtoribus euangelizans chriſti ortū: Luce capitulo ſecundo. Quinto quādo magis apparuit: Matthei capitulo ſecūdo. Sexto quando admonuit Joſeph vt tranſiret in Egyptum. Septimo quando monuit eum vt ab Egypto rediret. Et additur octauo quando eum iterum monuit vt in Galileam declinaret: Matthei capitulo ſecundo. Gabriel igitur de ꝯcepto puero et naſcituro et accipienda virgine commonuit. Quod ergo poſtmodum inſtante tempore filiū quē ſine virili ſemine et carnalis oblectamento voluptatis conceperit: ſine damno ſue virginitatis reperit in qua re (inquit Augu.) q̄uis cunctorum hominū conceptionis conſuetudinē abſq; viri ſemine factum opus oſtendit non tamen extra naturam de mulieris vtero ſumpta ſubſtātia carnis naſcebat. Ex natura naturaliter natu-

Origenes homelia q̄rta in lucam

Joan. opa.

Spūs Helie.

Spūſſctūs

Mors Joānis baptiſte

Anūciationes oēs chriſti per Gabrielem.

Sedulius

Hec ventura ſenes poſtq̄ dixere p̄phete
Angel⁹ intacte cecinit p̄perata marie
Et dictū ⁊ comitata fides vterūq; puelle
Sydereum mox implet on⁹ rerumq; creator

Naſcendi ſub lege fuit ſtupet innuba tenſos Virgo ſinꝰ gaudetqꝫ ſuū parituꝛa parentē.

ram ſuſcepit: qui cooperante ſpiritu ex materia q̄uis ſola carne verā carnis ſubſtantiam humane exceptis vitiorum paſſionibus integraꝫ contulit. Quod in multis rebus conſueto more dominus operatur q̄d nature contrarium dicendū eſt ſi, quādo ipſe voluit ꝛ in virginali vtero ſpiritusſancti diſpenſatione filius ſine viri coitu naſceretur.

## De magis ductu ſtelle ſaluatorē q̄rentibꝰ. Cap. ij.



Agi omnium primi chriſtum ſtatim natum adorauerūt eo nāqꝫ tempore quo natus eſt ieſus ab oriente hieruſalem profecti ſunt aſſerentes certo ſe admonitos ſydere eo tempore eaqꝫ regione natū eſſe pueruꝫ qui rex iſrael futurus eſſet atqꝫ adoratione dignus. Ex Balaam fertur (Origenes inſit) magorum genus: et inſtitutio in partibus orientis vigere qui deſcripta habētes apud ſe omnia: que prophetauerat Balaam etiam hoc habuerūt ſcriptum q̄d orietur ſtella ex Jacob: et exurget homo ex iſrael. Hec ſcripta habebāt magi apud ſemetipſos et ideo quando natus eſt ieſus agnouerūt ſtellā: ꝛ intellexerūt adimpleri prophetiam magis ipſiꝰ q̄ populus iſrael: qui ſanctorum prophetarum audire verba contempſit. Illi ergo ex hijs tātum: que Balaam ſcripta reliquerat agnoſcentes adeſſe tempus venerunt requirentes eum ſtatim adorauerunt: ꝛ vt fidem ſuam magnam eſſe declararent paruum puerum quaſi regem venerati ſunt. De ſtella iſta magorum (inquit Auguſtinus) dubitatur vtrum ſtella ſimplex an angelus an ſpiritusſanctꝰ accipiatur. Et ſi catholico ſenſui nihil repugnat cum de ſingulis diſputatum fuerit arbitris maioribus eligendo liberam voluntatem ingenioli noſtri menſura concedet. Si enim ſimpliciter ſtellam accipiendaꝫ eſſe quis maluerit a ceteris ſtellis in hoc ducatu quomodo deuiauerit. Quarum natura ab initio cōdita in firmamento celi conſtituta fuiſſe dinoſcitur: ſicut libri geneſeos autoritate manifeſtatur. Si ergo in firmamento celi maneret inter bethleem ꝛ hieruſalem dux fieri ambulantibus qualiter poſſet. Et ſi per aera ſagitte more q̄uis paulo lentiore curſu propter frequentes peruolaret aſſuetum in firmamento locum et curſum interim deſereret. Qd nec maioribus quidem luminaribus acceſſiſſe ſcripture deſcribūt aꝫ in ſignis aut ſteterunt aut reuerſa ſunt. Niſi forte aereus ille ignis q̄ tale miniſteriū accepit propter ſimilitudinē ſtelle vocabulum accepit. Aut ſi angelus habitu ſtelle hoc miniſteriū fecit: q̄d nō repugnat: dū ſe angeli quando ſe hominibus oſtendunt in multos transformāt habitus: quomodo Moyſi in oreb de rubo angelus ignita facie: et velut miles armatus Joſue filio Num extra caſtra in Galgalis oſten-

Orige. i homelia. xiij. ſuper numeros.

Magi ſtellam agnouerunt.

Varie opiniones de ſtella magorum

Exo. iij. a.
Joſue. v. d.

ditur. Sicut currum et equos igneos aſcenſiõe Helie angeli fungũ
tur: et quando Heliſe⁹ pueri ſui oculos aperuit. In eiſdem habitudi iiij. Regũ
nibus angeli manifeſtantur in forma hoſpitum Abrahe et Loth cõ ij.b.
ſpectibus ſe prebuerunt: et manue et vxori eius prophetali habitu lo iiij. Regũ
quentem ad eos angelum viderunt: nimirum et iſta vice angelus dux ij.d.
magorum efficitur: qui aſtrologis in ſtelle ſimilitudinem ⁊ clariſſimum fulgorem traſformatur: licet enĩ per imaginem rerũ que Ioanni in apocalipſi ſua per viſionẽ dicuntur. Huic tamen intellectui non contra facit: ſtelle ſeptem eccleſiarum angeli vnde chriſtus in ſpiritu: dũ tñ ſtelle angeli dñi: qd repugnat ſi in hoc loco ſtella angelus dict⁹ eſſe ſentiat: vel certe ſi neq; angelus neq; ſtella fuiſſe: ſpiritus ergo ſanct⁹ hec ſtella fieri concedatur. Qui ſicut poſt modum corporali ſpecie columbe deſcendit ſuper ieſuz dominum in iordane: ſic gentes adoratrices/ſtelle ſpecies duxit ad cunabula domini naſcentis in carne. De quo ſpiritu ꝑ parabolaz Balaam aſtrologus loquebatur. Orietur ſtella ex Iacob: rutilum ſcilicet lumen ſpiritalis gratie qua vox infidelitatis gentium illuminatur. Sicut ergo in igne ſuper apoſtolos poſtea in cenaculo ſyon deſcendit: ita et in ſpecie ſtelle magos ad dominum ſpirituſſanctus deduxit. Hec Augu. Si quis vero ſtellaz illam fuiſſe ex illis: que cum raro videantur ingentes portendunt calamitates nobis obiecerit Calcidium platonicum eum interrogabimus qui varias adducit hiſtorias de ſtellis que cum raro videantur ingentes portendunt calamitates: deinde ſubdit. Eſt quoq; alia ſanctior et venerabilior hiſtoria que perhibet ortu ſtelle cuiuſdam non morbos morteſq; denunciatas: ſed deſcenſum dei venerabilẽ ad humane ſeruationis rerum que mortalium gratiam quam a Chaldeis obſeruatam fuiſſe teſtatur: qui deum nuper natum muneribus venerati ſunt: hec Calcidius.

Homero cẽtra. Ut ſtella autẽ affulgebat iacebat autẽ poſtremus aliorũ Pulchritudine illucenſvt inde feſſus hyperion Splendor autẽ celum venit: riſit autẽ omnis vndiq; tra Cũ ſyd⁹ ſuperſtitit clariſſimuz qd maxime Splendẽs illucet lot⁹ aceto. Oſtenditq; ſignũ mortalibus clari autem ipſi fulgores.

## De baptiſmo chriſti ⁊ apparitionibus. Cap. iij.

Quia vero dominus baptizatus eſt: et celi aperti ſunt et ſpirituſſanctus deſcendit ſuper eum: voxq; de celis intonuit dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacuit. dicẽdum eſt (inſit Origenes) in baptiſmo ieſu: celum eſſe reſeratum: et ad diſpenſationem remiſſionem ꝑ peccatorum: non illius qui peccatum non fecerat: neq; inuentus eſt dolus in ore eius: ſed totius mundi apertos eſſe celos et ſpiritumſanctũ deſcendiſſe: vt poſtq̃ dominus aſcendiſſet in excelſuz et captiuam duxiſſet captiuitatem tribueret nobis ſpiritum qui ad ſe venerat quẽquidem dederat et reſurrectionis tẽpe dicens: accipite

Hoc quidē manifeſtuz effecit deus qui oſtēdit filiuz ſuū vero cum odoranti excepit ſinu. Mater que ipſuz pepit ⁊ nutrijt ꝑuū exiſtētē. Veſteſqʒ induit flagrātes: ⁊ abluit Quare et admirata ē naturam et ſpeciem mirādā. Hūc ſeruabat vt aleret atqʒ educabat. Diuus Ambroſius ſermone. xlj. Mat. iij. d.

ſpiritumſanctuz. Si cui dimiſeritis peccata dimittentur eis: ſi cui tenueritis tenebuntur. Deſcendit autem ſpiritusſanctus ſuper ſaluatorem in ſpecie columbe: auis manſuete innocentis et ſimplicis. Unde et nobis precipitur: vt imitemur innocentiam columbarum. Talis eſt ſpiritusſanctus mundus ⁊ volucris et ſublime conſurgens. Quaobrem orantes dicim⁹. Quis dabit mihi pennas: vt colūbe ⁊ requieſcam: id eſt quis dabit mihi pennas ſpiritusſancti. Et in alio loco ſermo propheticus pollicetur ſi dormieritis inter medios cleros pēne columbe deargentate: ⁊ poſteriora dorſi eius in virore auri. Si eniz inter medios cleros veteris et noui teſtamenti requieuerimus dabūtur vobis penne columbe deargētate: id eſt ſermones dei ⁊ poſteriora eius auri fulgore ⁊ virore radiantia: vt ſenſus noſter ſpiritusſancti ſenſibus cōpleatur: id eſt ſermo ⁊ mens illius compleatur aduentu ⁊ non loquamur aliquid nec intelligamus: niſi quod ille ſuggeſſerit: ſz omnis ſanctificatio tam in corde ꝙ in verbis et in opere a ſancto ſpiritu veniat in chriſto ieſu: hec Origenes. Ergo fratres tingi debemus eodem fonte quo chriſtus: vt poſſimus eſſe ꝙ chriſtus: nam ꝙ ſalua fide dixerim: (inquit Ambroſius) licet baptiſmū vtrunqʒ ſit domini: tamen gratius puto hoc baptiſmum eſſe quo nos abluimur: ꝙ illud quo ſaluator baptizatus: hoc enim celebratur per chriſtuz: illud celebratū ē per Joannem: in illo ſe magiſter excuſat: in iſto nos ſaluator inuitat in illo iuſticia ſemiplena: in iſto trinitas eſt perfecta. Ad illud ſctūs venit ſanct⁹ egreſſus: ad iſtud peccator venit: et ſanct⁹ abſcedit in illo bn̄dictio ꝯfert̄ miſterijs: in iſto miſterijs delicta donantur. Scim⁹ aūt ꝙ Joā. baptiſta typum legis gerebat iuſtuz: ergo erat vt ipſe baptizaret dn̄m: ſcʒ vt quemadmodum ſ̄m carnem de iudeis ſaluator eſt genitus ita ⁊ ſ̄m ſpirituz de lege euuāgeliū naſceret̄. Utrunde ſucceſſionem ducebat originis exinde et traditionem conſecrationis acciperet. Hoc eſt igitur quod ait. Sic em̄ decet nos implere omnem iuſticiam iuſtum enim erat vt mandata legis que ipſe cōdiderat ipſe compleret: ſicut alibi dicit. Non veni legem ſoluere ſed adimplere: hec Ambroſius. Et ne quiſꝙ baptiſmi ſacramentū negligeret: dū qui ſine pctō fuerat baptiſmi aq̄s iniuit: et ne quiſꝙ ab inferiori baptiſari ꝑuipēderet: dū de⁹ dn̄s a ſeruo ſuo mergi vndis appeteret. Et quaten⁹ (vt Augu. placet) adhuc a diabolo ſe donec tēptatio ꝑficeret occultaret: q̄ illū velut lauacro indigentē inter pollutos peccaminib⁹ ablui aq̄s cōſpiceret. Spiritū vero ſctm̄. ſup ſe in baptiſmo deſcēdētē vidit. Nō ꝙ ante baptiſmū ſuū hec omnia dei filius non haberet: ſed vt baptiſmi ſacramentum quid valeat oſtenderet: nō enim tūc ſpiritum ille cepit accipere qui eandem cum ſpiritusancto ſubſtantiā habere creditur. Nec tunc illū pater filiuz profeſſus eſt eſſe cui dixit. Et

Diu⁹ Aug. libro tertio mirabilium ſacre ſcripture.

vtero ante luciferum genui te: ante videlicet omnem angelicam creaturam: quam luciferi appellatiōe per ſcripturas ſepe tenet. Neqꝫ tūc illi aperiri ceperat thalam⁹ celorum qui ait. Celuꝫ mihi ſedes eſt terra autem ſcabellum pedum meorum. Et quāuis corporali ſpecie ſpiritusſanctus ſuper dominum deſcendere dicitur: non tamen de auibus ſumpſiſſe columbam ſed ex aere minime dubitatur. Sed quod filij perſona corpore carnis humane induebatur: conueniens erat vt ſpiritusſancti perſona per corporalem ſpeciem ſuper eum deſcēderet. Et vox patris corporalis de nube per aerem corporeis auribus audiretur. Dum enim in terra filius ad baptiſmi miſteriuꝫ aque creaturam elegiſſet neceſſe fuit vt et pater per aquaticam nubem intonaret: ⁊ ſpiritusſanctus illud corpus quod eſt de aqua in p̄cipio factū eſt ex illa nube acceptum ſimularet: vt ſit tota trinitas eandem voluntatem ſicut haberet: oſtenderet.

Vox p̄ris ex nube

Corpus columbe.

Aer ex nube.

## ¶ Qualiter chriſtus rogatus ad nuptias aque ſubſtantiam in vini ſpeciem cōmutauerit. Cap. iiij.

Plerīqꝫ a domino mirabilia facta eſſe in eadē die cōmemorant: vt rogatus ad nuptias aque ſubſtantiaꝫ in vini ſpeciem commutaret: ac liquorem fontium in meliorem vſum ſui bn̄dictione trāſferret miniſtros hauſiſſe aquā de puteis: vinum in hydrijs inueniſſe atqꝫ in vtiliore diſpēdio perdidiſſe: qd̄ impleuerāt rep̄iſſe qd̄ deerat: tūcqꝫ primū hoc mirabili ſigno diuinitatis ſue declaraſſe virtutem. Nonnulli autē (vt diuus Ambroſius refert) in hac ſancta die ab Joanne baptiſta eū in iordane baptiſatum teſtātur atqꝫ in lauacri eius gratia interfuiſſe loquendo deum patrem ſanctum quoqꝫ ſpiritum deſcendiſſe. Nec mirum ſi in domini lauacro miſterium nō defuit trinitatis cum in noſtrū lauacrum trinitatis compleat ſacramentum. Neqꝫ enim poterat dominus non primum circa ſe exhibere: quod erat poſtea humano generi precepturus cum omnia non ſui cauſa: ſed noſtre gratia ſalutis efficeret: aut nunq̄d propter ſe baptiſari voluit: cum peccatum non haberet ſicut dixit propheta. Qui peccatuꝫ nō fecit: nec dolus inuentus eſt in ore eius. Sed propter nos vtiqꝫ qui multorum criminum peccatis obnoxij opus habeam⁹ vt in chriſti baptiſmo purgaremur atqꝫ ideo venit dominus ad lauacrum: non vt purificetur ipſe aquis: ſed vt in nobis aquarum fluenta purificet. Plerīqꝫ igitur teſtātibus (inquit Ambroſius) illa die in iordane dominum baptiſatuꝫ. Quod licet a diuerſis alterutrum factum eſſe credatur. Ego tamen (inſit) vtrunqꝫ factuꝫ eſſe confirmo et aliud ſignum de alio contineri: vtrūqꝫ

Eſaie. liij. c

Diu⁹ Ambroſius

enim factum eſt. Nam cum baptiſatus eſt dominus et miſterium la-
uacri inſtituit ⁊ humanum genus velut vilem aqua in eternam ſub-
ſtantiam diuinitatis ſapore conuertit. Similiter ⁊ cum hydrias ple-
nas liquore fontium vertit in vinum/vtrunqꝫ operatus eſt: ⁊ ſpeciem
magis neceſſariam nuptijs preſtitit et demonſtrauit corpora homi-
num per lauacrum ſpiritusſancti replenda eſſe ſubſtantia. Quod ali-
Matt. ix. b. bi ipſe dominus manifeſtius declarauit dicēs. In vtres nouos vinū
Primū chri nouum eſſe condendum. In nouitate enim vtrum lauacri puritas ſpi
ſti miracu- ritusſancti gratia ſignificatur: in vino dicitur hoc primum feciſſe mira
lum. culum: vt aquam mutaret in vinum. Magnum plane ſignū et ad dei
credendum ſufficiens maieſtatem. Quis eniꝫ non miretur in aliud q̄
erant elementa eſſe tranſlata. Nemo eniꝫ poteſt mutare naturam: ni-
ſi qui dominus eſt nature. Credēdum eſt iam ex hoc mortalem homi
nem in immortalitatem poſſe conuerti quando vilis ſubſtantia in pre
cioſam eſt conuerſa ſubſtantiam. Nolo enim auditor nomina tantuꝫ
perſpicias vini et aque: ſed ſi vis potentiam comprobare virtutem re
rum aſpice. Facto eniꝫ hoc altius (Ambroſius inquit) Neſcio quid
demonſtratur. Nam cum dominus aquam vertit in vinum: non tam
hoc operatur ne diſcumbentibus deſit ebrietas: ſed vt credentibus ſit
eternitas. Nam hoc ſignum totum vtiqꝫ reſurrectionis miſterium
cōtinet. Aqua enim vilis pallens et frigida: in vinum verſa: ſcilicet p̄-
cioſum rubrum vel ignitum hoc ſignificat hominis ſubſtantiam con
ditione: vilem imbecillitate: pallentem morte: in reſurrectione in glo-
riam committendam: que eſt eternitate precioſa/gratia colorata: ſpi-
ritu immortalitatis ignita. Et ſi glorioſum eſt aquam in vinum mu-
tare quanto eſt glorioſius peccata in iuſticiam commutare: et mores
potius temperare q̄ pocula. Audeo dicere illas hydrias non ſolum
illi conuiuio: ſed vniuerſo mundo precioſam illam miniſtrare ſub-
ſtantiam: niſi quod nobis melius adminiſtrant. Conſtat enim ex
ipſis vaſculis illos hauſiſſe ebrietatem: nos haurire iuſticiam: illos
percepiſſe vini poculum: nos calicem ſalutis accipere: ⁊ ſi dici fas eſt
apud illos pertranſiſſe: quod liberāt. Apud nos vero permanere qđ
ſumpſimus.

## ¶ De tentatione diaboli et ieiunio quadrageſimali. Cap̄. v.

Accepto baptiſmo ſaluator plenus ſpiritusſancto qui ſuper eū
in ſpecie columbe de celis venerat: ducebatur a ſpiritu. Quia

enim quotquot ſpiritu dei ducuntur hi filij ſunt dei. Iſte autē (inquit Origenes) extra oēs proprie fili⁹ dei erat: ideo et ipſum oportebat ſpirituſancto duci: Siquidem ſcriptuz eſt. Ducebatur autem in deſertum a ſpiritu. Quadraginta dieb⁹ tentatur ieſus et que fuerint tentamenta neſcimus. Que ideo forſitan pretermiſſa ſunt: quia maiora erant q̄ꝑ vt litteris crederentur. Sufficiat nobis hoc tātum ſcire quod quadraginta diebus in deſerto fuerit et tentabatur a diabolo et non cōmederit quicq̄ꝫ in diebus illis: mortificabat enim ſenſum carnis iugi continuoq̄ꝫ ieiunio. Et cum completi fuiſſent dies eſurijt. Dixit autem ei diabolus. Si fili⁹ dei es dic lapidi huic vt panis fiat. Dic (inquit) lapidi huic: cui lapidi vtiq̄ꝫ monſtrabat diabolus quem vult panem fieri. Quenam eſt iſta tentatio vt rogato patre a filio panem: nec lapidem pro pane (quod ne ipſe quidem aduerſarius voluit verſipellis) fallat det lapidez pro pane. Hoc eſt enim quod diabolus voluit vt lapis panis fieret: et non potius vt non in panem lapidem: ſed hominem in lapidem verteret: quem diabolus pro pane monſtrauerat. Omni tentatione qua tentandi erant homines. Primus ſcd̄m aſſumptionem carnis tentatus eſt dominus. Tentatur autem ob id vt nos quoq̄ꝫ illo vincente vincamus et quaſi de homine reſpondet. Scriptum eſt. Non in ſolo pane viuit homo. Ex quo manifeſtum eſt non deum inquantum deus: ſed vt homo fuiſſe tentatum. Scripture ſenſum diligenter euentilans: reor inuenire me cauſam: quare Joannes tentationem domini non deſcripſerit: ſed tantuz Mattheus / Lucas et Marcus. Joannes enim qui a deo exordiū fecerat: dicēs. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: nec poterat diuine generationis ordinez texere: ſed tantummodo qđ ex deo et cum deo eſſet expreſſerat / adiecit: Et verbū caro factum eſt. Porro quia deus vt deus tentari non poteſt (de quo ei erat ſermo) ideo tentari illum a diabolo non introduxit. Quia vero liber generatiōis ieſu chriſti de eo in Matthei euangelio narratur et in Luca generatio eius deſcribitur: et in Marco. Homo eſt qui tentatur propterea eius fertur ſimile reſponſum. Non in pane ſolo viuit homo. Si igitur filius dei / deus pro te homo factus eſt et tentatur qui natura homo es: non debes indignari ſi forte tentaris. Duo igit reges certatim regnare feſtinant peccati rex peccatoribus / diabolus. Juſticie rex iuſtus / chriſtus. Sciensq̄ꝫ diabolus / ad hoc veniſſe chriſtum vt regnum illius tolleret: ꝛ hi qui ſub eo erant inciperent eſſe ſub chriſto: oſtendit ei omnia regna mundi ꝛ hominum huius ſeculi: quō alij regnētur a formicatiōe alij ab auaricia illi populari rapiant cura: hi forme capiantur illecebris. Neq̄ꝫ em̄ (inquit Orige.) arbitrandū eſt

Origenes ſup Lucaz homelia xxviij.

Tētatio ſaluatoris prima.

Digniū notatu: quare tentatio ſaluatoris nō ſcribatur a Joan. apl̄o Mattheus Lucas Marcus

Tētatio ſaluatoris ſecunda.

Origenes in homelia xxx. ſuper Lucam.

qđ regna ei mundi oſtendens perſarum (verbi gratia) regnumqꝫ iudeorum monſtrauerit: ſed oſtendit ei omnia regna mūdi: id eſt regnū ſuum quō regnaret in mundo: vt cohortans euz facere quod volebat inciperet etiam chriſti habere ſubiectū. Uis (inquit) in hominibꝰ his regnare. Oſtendit innumerabiles hominū multitudines: que ſuo tenebantur imperio. Et reuera ſi miſeriam ⁊ infelicitatem noſtram ſimpliciter volumus confiteri pene totius mundi rex diabolus eſt. Unde et princeps iſtius ſeculi a ſaluatore vocatur. Dicit ergo ad dominum diabolus. Ideo veniſti vt aduerſus me dimices: et tollas de imperio meo: quos nunc ſubiectos habeo. Nolo contendas / nolo nitaris: ne habeas vllam in certando moleſtiam. Unū eſt quod precor procidēs adora me: et accipe regnum omne quod teneo. Ueruz dominꝰ noſter atqꝫ ſaluator vult quidez regnare: et omnes gentes ſubiectas eſſe: vt ſeruiant iuſticie veritati ceteriſqꝫ virtutibus. Unde loquitur ad eū ieſus. Scriptū eſt. Dominū deum tuum adorabis et ipſi ſoli ſeruies. Hos inquit om̄es propterea volo mihi eſſe ſubiectos: vt dominum deum adorent et ipſi ſoli ſeruiant: hec eſt cupido regni mei. Tu autez a me vis incipere peccata que diſſoluturus veni: que etiā a ceteris auferre deſidero. Scito atqꝫ cognoſce me in hoc manere qđ dixi vt adoretur dominus deus ſolus: et hos omnes ſub meam faciem poteſtatem meoqꝫ regno ſubijciam. Adducit iterum diabolus ieſum in hieruſalem hoc incredibile eſt vt vult Origenes: vt diabolus duceret filiuz dei et ille ſequeretur ſequebatur plane quaſi athleta ad tentationem ſponte proficiſcens. Non formidabat tentantem: neqꝫ incidias callidiſſimi pertimeſcebat inimici: ⁊ quodāmodo loquebať. Duc quouis: tenta: vt placet ad tentādum ſponte me tribuo / ſuſtineo que ſuggeſſeris prebeo me in quibuſcūqꝫ tētaueris inuenies me in omnibus fortiorem. Adducit ergo eum in hieruſalem: et poſuit ſupra pinnam templi et dixit ei. Si filius dei eſt: mitte te deorſuz. Adduxit em̄ in culmen ad ſummitatem templi: et hortatur vt ſe inde precipitet. Diuinus Cyprianus martyr in libro de cardinalibus operibus chriſti ad diuum Corneliū papam ait. A multis ambigitur: vtrum fuerit hec tranſlatio corporalis et ſi de loco ad locum ſe chriſtus transferri permiſerit: eo modo quo Abacuc de iudea in chaldeam delatus eſt: et Philippus de azoto in occurſum eunuchi: qui reuertēs de hieruſalē non intelligens Eſaiā codicem reſoluebat. Sed quod corporaliter eum diabolus tulerit: videtur inconueniens quod humeris eius ſaluator inſederit et pro vehiculo vſus ſit quez precipitatorē ſciebat vel ei ferendum ſe commiſerit cuius inſidias agnoſcebat: ſuo itaqꝫ ſpiritu eum credendum ductū et in deſerto et ſuper templum: vt vtrobiqꝫ eum diabolus aſſumeret ad tentandum. Et localiter quidem in de

Origenes in homelia xxxj. in Lucam. De tertia tētatione ſaluatoris

Diuus Cyprianus

ſerto prima fuit tentatio:ſed ceteras eo modo circunduxit tentatoris aſtutia vel cirunduci paſſa eſt patientia ſaluatoris: quomō Ezechiel cum ſuper fluuium chobar ſederet hieroſolimā raptus in ſpiritu ciuitatem edificat et metitur:et muros et templum inſtaurat. Cyprianus in eodem hoc modo ſuper culmen templi:chriſtus erat in ſpiritu ſciēs quod ante ſpiritꝰ affectaret ⁊ hoſti ſe de vana gloria pulſaturo oportunitatem parabat. Quod cum ille fraudulenter proponeret: et ſub oſtentatiōe glorie nitereť dicebat ſaluator. Scriptū eſt. Nō tētabis dominum deum tuū. Simulq; conſidera quomodo tentet diabolus. Non aliū de tentare audet: niſi de diuinis libris ⁊ de pſalmis ſumēs teſtimonium ait. Si filius dei es:mitte te deorſum. Scriptuz eſt em̄ qua angelis ſuis mādauit de te:et in manibꝰ tollent te:ne forte offendas ad lapidem pedem tuuz. Videamus ergo quid de ſcripturis diabolus loquatur ad dominum. Scriptum eſt enim. Angelis ſuis mādauit de te:et in manibus tollent te ⁊c. vide quomodo et in ipſis teſtimonijs verſipellis eſt:vult eniz imminuere gloriam ſaluatoris: quaſi angelorum indigeat auxilio:offenſurus pedem:niſi eorum manibus ſubleuetur. Aſſumit teſtimoniū et interpretatur illud de chriſto:quod nō de chriſto:ſed de ſanctis generaliter ſcriptuz eſt. Libere quippe et tota confidentia contradicit Origenes diabolo ſuper chriſti perſona hoc non poſſe intelligi:neq; enim indiget angelorum auxilio:qui maior angelis et melius ipſis hereditatem conſecutus. Et nomen nulli vnꝗ angelorū dixit deꝰ filius meꝰ es tu:ego hodie genui te. Ad nullum eorum quaſi ad filiuz locutus: qui facit angelos ſuos ſpiritus et miniſtros ſuos ignem vrentem:ſed ad filium proprie ſuum:de quo innumerabilia loquitur in prophetis. Non indiget inquam angelorum auxilio filius dei:quin potius diſce diabole. Qđ niſi ieſus adiuuerit angelos:offendent pedem ſuuz. Ut autē ſcias quod male interpretatus eſt:et non de chriſto:ſed de ſanctis intelligi que ſequanť:auſculta. Anima et demonio meridiano nō ieſum chriſtum liberat deus ſed ſanctos lege nonageſimum pſalmum:cuius principium eſt. Qui habitat in adiutorio altiſſimi in protectione dei celi commorabitur:⁊ inuenies hec magis iuſto viro ꝙ dei filio conuenire:cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis:ad te autē non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis videbis:et retributionem accipies peccatorum et reliqua ſuper perſonam iuſti interpretans. Cum enim dixiſſet. Angelis ſuis mandauit de te:et in manibus tollent te/ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Tacuit diabolus illud quod ſequitur. Super aſpidem et baſiliſcum ambulabis et conculcabis leonem et draconem. Quare diabole ſiles/niſi quod tu es baſiliſcus:⁊ tu es omnium ſerpentium regulus nocentiora habens venena ꝙ ceteri.

Qui ſtatim vt videris aliquem interficis: ⁊ aliam fortitudinem con-trariam ſociaꝫ tui aſſumis q̄ aſpis appellatur: et viro iuſto ſubiecta eſt: et idcirco omnia taces. Tu es draco: tu es leo: de quibus ſcribitur. Super aſpidem et baſiliſcum calcabis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ dracon̄. ſed ſcimus habere nos poteſtatem conculcandi te: et dataꝫ nobis hāc ditionem a ſaluatore dicente. Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes et ſcorpiones et omnem virtutem inimici: et nihil vobis nocebunt. Sicut ergo qui peccator eſt cōculcatur filio dei: ſic ecōtrario: qui iuſtus eſt conculcat leonem ⁊ draconem: et omnem virtutē inimici conculcat in nomine ieſu chriſti. In diaboli tribus propoſitionibus (infit Auguſtinus) tota iniquitas: in chriſti vero tribus reſpōſionibus quibus diabolus repugnatur: tota iuſticia fuit. Cum inimicus damnatur et vincitur: et humano generi libertas et redemptio reparatur. In hoc namq̄ conſpectu ſathanas dum ſupra autorē ſe eleuare voluit qui ſub eouſq̄: id eſt homo per domum victoris auxiliuꝫ vltra ipſum excreuit: et dum illum qui ab omni impedimēto liber fuerat allegare tentabat: iterum victus vinctus ille quem ipſe tenebat in carcere in quibus tenebatur vincula deponit: et dum contra ſe fortiore repugnante nititur initium qui ipſe erat infirmior aduerſus roboratur. Et eum qui huculq̄ de celo tantum in terraꝫ eiectus fuerat errore: etiam de terra ad inferna eum migrare dominus iubebat: quadraginta dierum inediam domini incarnatio ſuſtinere ſine vite periculo poterat: quoniaꝫ ſermo dominicus qui Moſem per aera per quadraginta dies bis renouauerat. Nec chriſti art⁹ et neruos intus irrigabat. Quare igitur cōſummatis quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus. Dominus ieſus eſurire deſcribitur: cum Moſes et Helias tanti temporis ſpacio per ieiunium famem vero et laborem redēptor noſter cōſummato tanto dierū numero ſuſtinet quatenus et tentatori occaſionē auferret et non noſceretur ꝙ veram humane carnis ſubſtātiā geſtaret: vnde non extra humanū opus et in hoc ieiunio aliquid egit noui teſtamenti tale temporis quod prius homines ieiunauerunt ſpacium non exceſſit.

Diuus Auguſtinus. in tertio de mirabilib⁹ ſacre ſcripture, c. vj.

## De muto ſurdo leproſis paralitico et quinq̄ panibus. Caput. vj.

ADuerſario deuicto et quadraginta dierum perfecto ieiunio maximas virtutes cepit operari non preſtigijs magicis: que nihil veri ac ſolidi oſtentant: ſed vi ac poteſtate celeſti que etiā pridē prophetis nunciātibus canebatur. Que opera tam multa ſunt: vt vnus liber ad

implenda omnia ſatis non ſit. Enumerabo igit̃ illa breuiter et generatim: ſine vlla perſonarum ac locorum deſignatione virtutes eius fuerunt: quas (autore lactantio) appollo portentificas appellauit ꝙ quacunq; iter faciebat alios perfuſa per totaʒ corporis ſuper faciem lepra ſedauerat nonnullos pedũ fruſtra habita forma curauit: egros omnes ac debiles et omni morborum genere laborantes vno verbo: vnoq; momento reddebat incolumes: adeo vt membris omnibus capti receptis repente viribus roborati: ipſi lectulos ſuos reportarant in quibus fuerant pauloante delati. Claudius vero ac pedum vitio afflictis: non modo gradiendi: ſed etiam currendi dabat facultatem. Tum quorum ceca lumina in altiſſimis tenebris erant eorum oculos in priſtinum reſtituebat aſpectum. Mutorũ quoq; linguas in eloquium ſermonemq; ſoluebat. Item ſurdorum patefactis auribus inſinuabat audituʒ pollutos ac aſperſos maculis repurgabat. Et omnia non manibus aut aliqua medela: ſed verbo ac iuſſione faciebat: ſicut etiam ſybilla predixerat dicens. Omnia verbo agens: omnem infirmitatem curans: Nec vtiq; mirum quod verbo faciebat mirabilia: cum ipſe eſſet dei verbum celeſti virtute ac poteſtate ſubnixum. De paralitico autem a quattuor viris portato quattuor (vt Auguſtinus refert) diuina opera cernuntur: dum dimittuntur ei peccata et preſentis egritudinis plagis verbo tunc ſoluitur in cogitationibus in ore dei omnia ſcrutantis reſpondetur: et in hoc viro oſtenditur quoſdam propter anime maculas dolore graſſari. Mutus loqui non poterat verbum vt dei prophetis reſponſa ab illo poſtularet qui more aſine facundiam repeteret quomodo humanam linguam quamuis muta ad verba non ſolidaret. et cum iuſticie lux que in mundum venit appa ret qualiter cecus non videret: et qua poteſtate diabolus in homine permaneret: ad quem eijciendum quomodo illum peccantem de celo expulerit chriſtus veniret: in quinq; panibꝰ ⁊ duobus piſcibꝰ/ quinq; milia ſaturantibus continentur miratione digna: tria ſcilicet materie paucitas et populi ſaturati multitudo iſrael: et fragmentorum copia. Hec Auguſtinus. Ob has eius virtutes et opera diuina cuʒ magna illum multitudo ſequeretur vel debilium vel egrotorum: vel eorum qui curandos ſuos offerre cupiebant: aſcendit in montem quēdam deſertum: vt ibi oraret patrem: vbi cum triduo moraretur ac fame populus laboraret vocauit diſcipulos q̃rens ꝙtos ſecũ cibos geſtarēt. At ille q̃nq; panes: ⁊ duos piſces in pera ſe habere dixerunt. Afferri ea iuſſit ac m̃ltitudinē ꝑ quinq̃genos diſtributā diſcũbere. Et cũ apponere illa populo diſcipulis impaſſet ſaturata ſũt. v. milia hominuʒ: ⁊ inſup. xij. cophini de reſiduis fragminibꝰ impleti. Quid aut

Lactātius firmianus diuinarũ inſtitutionum lib. iiij. c. xv

Curātur leproſi

Claudi ſanantur.

Ceci vidēt.

Muti loquuntur.

Macke mũdantur.

Sedulius

Alta de hic ſublēs mōtis iuga plebe ſequēte
Milia cecorũ: claudorum milia paſſim
Leproſoſq; ſimul populos: ſurdaſq; cateruas
Inualidaſq; manus ⁊ quicq̃d debile vulgi
Venerat: in priſcum cōponit motibus vſum
Et reuocata ſuis attēperat organa neruis.

dici aut fieri poteſt mirabilius. Ad id Sybilla (autore Firmiano) futurū cecinerat olim his verbis. Panibus ſimul quinqȝ et piſcibus duobus hominuȝ milia in heremo quinqȝ ſanabit: et reliquias tollēs duodecim cophinos implebit in ſpem multoruȝ. Queſo quid hic potuerit ars magica moliri: cuius peritia ad nihil aliud ꝙ ad circunſcribendos oculos valet.

### ¶ Jeſus ſupra mare ambulat et petruȝ mergentem apprehendit et ventis imperat. Cap. vij.

DEceſſurus ieſus orandi gratia ſicut ſolebat in montem precepit diſcipulis vt nauiculam ſumerent: ſeqȝ ꝓcederent. At illi vrgente iam veſpere profecti contrario vento laborare ceperunt. Cum iam medium fretum tenerent tum pedibus mare ingreſſus conſecutus eſt eos tanꝙ in ſolido gradiens: non vt poete Orionem mentiuntur in pelago incidētē qui demerſa corporis parte humero ſupereminet vndas Et rurſus cum ventus vſqȝ ad extremū periculum ſeuire cepiſſet protinus ventum iuſſit et fluctibus qui maximi ferebantur conquieſcere ſtatimqȝ ſub verbo eius tranquillitas inſecuta eſt: tantam fuiſſe in eo poteſtatem ſacre littere docent: vt imperio ſuo cogeret ventos obſequi maria ſeruire / morbos cedere / īferos obedire. Quid quod ⁊ idē (vt lactanti⁹ auctor eſt) carminibus ſuis ante docuerunt: quarū vna ſicut ait vētos compeſcet: ſternet autē inſanum mare pedibus fideqȝ calcans: Et rurſus alia que dicit. Fluctus perambulabit morbos hominum reſoluet viuificabit mortuos / arcebit dolores a multis. Et viuo autē fonte potus ſatietas erit multis viris. His teſtimonijs quidam reuicti ſolent: eo confugere vt aiant non illa eſſe carmina ſybille ſed a noſtris ficta atqȝ cōpoſita. Quod profecto non putabit q̄ Ciceronem Varronemqȝ legerit alioſqȝ veteres: qui Eritbream ſybillam ceteraſqȝ commemorant: ex quorum libris iſta exempla proferimus: qui autores obierunt anteꝙ chriſtus ſcd̄m carnem naſceretur. Utrū domini ⁊ Petri corporum leuigata eſt natura / vt illa aqua ſuſtineret an que ſubſtātia ſolidata eſt: vt corpora humana fulcire poſſet? Quāuis ergo (Auguſtinus inquit) hoc faceret non contra naturam domino precipiente eſſet: ſi aut aquaȝ ſolidaret / aut humanā domini iuſſu carnem leuigaret: vbi militantes inſtitoruȝ foris: vt antiqui ferūt ⁊ ſuper equorum aurib⁹ proludāt: natandi arte quoqȝ imbuti merſo medio in profūnda vix ſubeunt hominibus: ergo illud valentibus quid mirum ſi domino imperante caro leuigaretur preſertim cum reſurrectionis corpora in tanto leuigabuntur: vt non craſſa aqua: ſed etiam

Diuus Auguſtin⁹ tercio mirabiliū ſacre ſcripture

nubibus et aere ſuſtineantur: vt apoſtolus ait rapiemur ad occurrendū chriſto in aera. Aliterqꝫ ſi aque naturā ſolidatā eſſe q̇ſq̄ elegerit: quoniam aqua terrenam habet craſſitudinem: vt cum ſe gelu perſtrinxerit in duriorem q̄ terre illius ſoliditatē riget vt multitudinē ſufferre valeat: ⁊ poſtea calida aura reſoluat. Vel certe ſi liq̄das vndas nō pſtrinxerit natura q̄ aquis inſerta eſt ligna: q̄uis grādia ⁊ humana ⁊ ceterorum animalium corpora et naues liburnicas ſupportantes ſuſtinere conſueuit illa ſoliditas domino imperante facta: nec mirum ſi etiam Petrum diffidentem non ſuſtinet: cum infideles domino volente/et terra non ſuſtentabat: vt Dathan ⁊ Abiron in naturali rerum adminiſtratione bine rationes deprehenduntur. Deinde inferior ratio quotidiana rerum miniſtratio intelligitur: vt de aqua in animalibus ſanguis fit ⁊ vnda ſalſa: per nubes autē terre: infuſione dulceſcit. Et ratio ſuperior inſita gubernatio ſit que in miraculis rerum dinoſcitur: vt in ſanguinem aquam in Egypto in momento et in tincto ligno in dulcedinem deus cōmutauit.

## ¶ De tranſlatione domini et apparitione Moſi et Helie. Caput. viij.

Aſſumpſit ieſus Petrum et Jacobum et Joannem fratrem eius in montem excelſum ſeorſum et tranſfiguratus eſt ante eos. Quidam ſic intelligunt: quoniam non guſtauerunt mortem: hi tres apoſtoli priuſq̄ viderent filium hominis venientem in regno ſuo: ⁊ in gloria ſua videntes enim ante ſe ieſum tranſfiguratum: ita vt fulgeret facies eiꝰ tanq̄ ſol et veſtimenta candeſcerent ſicut lumen viderunt regnum dei veniens in virtute. Nam quemadmodum ſi conſiſtant circa imperatorem quidem armati ſic Moſes et helias viſi ſunt circa chriſtū eis qui aſcenderent ſuper montem excelſum apparentes in maieſtate: et loquentes cum ieſu dicebant exitum eius: quem impleturꝰ erat in hieruſalem. Hec autē expoſitio (vtꝫ Origeni placet) quam diximus cōuenit eis: qui tales ſunt quales noīat Petrus: facti ſicut mō generati infantes deſiderātes rōnabile: ⁊ ſine dolo lac. Ad quos etiā Paulus loq̄bat dicēs. Lac vobis potū dedi: non eſcā. Nondū eīm poteratis: ſed nec vſq̄ adhuc poteſtis. Et oēm expoſitionē q̄ ſcōm textū exponitur: et poteſt edificare eos qui expoſitionem non capiunt fortiorē arbitror recte lac appellari quod fluit de ſancta ſcripturarum terra. Diuerſas autem habet verbum dei formas. Apparens vnicuiq̄ ſm̄ quod videri expedire cognouerit: et nemini ſupra quod capit ſemetipſum oſtendit. De viſione illa domini in mōte cum Moſe ⁊ Helia

Origenes in homelia iij. ſuper Mattheum

colloquentibus (Auguſtinus ita inquit) licet in hac oſtenſione domi
ni facies ſolari ſpendore fulſerit non ipſa caro ſplēduit: ſed diuinitas
latens in corpore luminis ſui portiunculam foris videntibus quantū
poterant conceſſit. vnde ergo veſtimenta candorem niuis habuerunt
dum neqꝫ de carne / neqꝫ de diuinitate erant? Niſi forte vt per carnem
diuinitatis foris illuxit: ſic et caro illuminata de diuinitate per veſtimē
ta radiauit. Moſes autem ꝛ Helias ſpecialiter ad talem viſionē: ve
lut legis ꝛ ꝓphetie principes ad finem conducunt. Vel ideo vt Mo
ſes cornuta facie: in quam non poterāt filij iſrael intendere: ꝛ Helias
curru igneo raptus cōparato chriſto obſcurarētur. Et tamē iſti qua
draginta diebus ieiunaſſe ſcripture vocibus memorātur. De ieſu tan
tum domino his preſentibus patris ſe illis pronunciātis teſtimoniū
ſed dum Helias manens in corpore vel ad talem conductionem ve
nerati quid de Moſe dicendum eſt vtrum in corpore iterum ad hāc
oſtenſionem aderat: an ex aere ſimulatur ſicut Samuel viſus eſt ha
bitum fingebat: ꝛ ſi ſuo corpore venit indutus ſi hac vice reſurrectio
nem ſuam que ceteris non niſi in nouiſſimo eſt futura / compleuit. De
qua queſtione autores vna eademqꝫ ſententia prolata non differēter
dicunt quod dominus cum tribus diſcipulis ſuis: ꝛ Helia non cum
imaginatis: ſed veris corporibus cōueniſſe non dubitat ꝛ ipſe Mo
ſes in ſuo vero corpore de ſepulchro reſumpto videtur. Sed dominꝰ
ieſus primogenitus mortuorum recte creditur Moſi iteruꝫ poſt hāc
viſionem corpus ſepulture commendatuꝫ: vt ipſum in nouiſſimo die
quando reſurgent mortui aſſumere ſperetur. Hec Auguſtinus ex te
xtu iſto Auguſtini accipitur documentuꝫ quod illa corpora ſanctorū
de quibus dicit euangeliſta que ſurrexerunt in paſſione domini aut
ſurrexerunt poſt eius reſurrectionem: aut ante ſi ante dicitur ſicut de
Moſe quod in terre puluerē redierunt: quia chriſtus dicitur primo
genitus mortuorum. Sed queres forſitan quando tranſfiguratus
eſt coram eis quos duceret ieſus ſuper montem excelſum ſi apparuit
eis in forma dei in qua fuerat prius: vt his quidem qui erant deorſuꝫ
haberet formam ſerui: ſequentibus auteꝫ ſe poſt ſex dies ſuper mon
tem excelſum iam non haberet formam ſerui ſed dei. Sed audi ſi po
teſt (inſit Origenes) quaſi ſpiritalis quia non dicit ſimpliciter tranſ
figuratus eſt coram eis: ſed cum quodam neceſſario additamēto: qd
ſcripſerunt Mattheus et Marcus ſcđm ambos enim ſic eſt dictuꝫ:
tranſfiguratus eſt coram eis. Scđm hoc (inquit) ergo dices poſſibi
le eſſe chriſtum coram quibuſdam quideꝫ tranſfigurari iſta tranſfigu
ratione: coram alijs autem in ipſo tempore non tranſfigurari: ſed eſſe
in forma ſerui. Si autem vis tranſfigurationeꝫ chriſti videre factam
coram eis qui aſcenderunt ſupra montem excelſum: ſecrete cum eo cō

ſidera mihi in euangelijs ieſum quomodo ſimpliciter intelligitur ab eis qui non aſcendunt per aſcendentia opera: ⁊ per exercitationem verborum ſpiritalium ſuper excelſum ſapientie montem. Eis autem qui aſcendunt iam non ſecundum carnem cognoſcitur: ſed deus verbum intelligitur ⁊ creditur et colitur: ſecūdum dei formā. Corā his ergo tranſfiguratur ieſus: et non coram illis qui ſunt deorſum: in cōuerſatione terrena viuentes. Si quando autē fuerit tranſfiguratur ⁊ facies eius fulgebit ſicut ſol: vt clarius inueniatur filijs lucis qui ſpoliauerunt ſe opera tenebrarū: et induerunt ſe arma lucis: et iā non ſunt filij tenebrarū et noctis. ſed facti ſunt filij dei: ⁊ ſicut in die honeſte ambulant: ⁊ manifeſtus fulget eis non ſimpliciter ſicut ſol: ſʒ oſtēditur eis ſol eſſe iuſticie. Et non ſolum tranſfiguratur coram talibus diſcipulis ſuis: ſed etiam veſtimēta ipſius fiunt candida ſicut lumē: que ſunt ſermones et littere euāgeliorum quibus ieſus eſt indutus. Putat etiam Origenes illa que ab apoſtolis dicūtur de eo veſtimēta eſſe ieſu: que fiunt aſcendentibus ſuper montē excelſum cū ieſu cādida: ſed quoniā candidorū differentie ſunt: non fiunt qualitercunq̄ candida: ſed candida ſicut lumen. Si quando ergo videns aliquem nō ſolū erga diuinitatē chriſti cautū/atq̄ pfectū ſʒ ⁊ dicta euangeliorū oīa manifeſtatē/non dubites dicere ꝙ ei tali veſtimenta chriſti facta ſunt candida ſicut lumē. Hec et alia plurima ſcripſit Origenes eo in loco ad quē lectorem mittendū exiſtimam⁹ ſi ꝑ ocium illi liceat.

## De lazaro et ceteris reſuſcitatis mortuis. Cap. ix.



Mortuos tres chriſtus ſuſcitauit. Prim⁹ i domo ſua ſuſcitatus eſt: iſte hos ſignificat qui malis cogitationib⁹ allecti veneno peccati intra conſciētiā admiſſo ad extrinſecuʒ opus vel verecundie freno vel alia q̄uis cauſa prepediti non exeunt. Secund⁹ qui extra ciuitatis portam vite reſtitutus eſt: illos oſtendit qui cogitationem opus duxerunt tanto infeliciores effecti: q̄to magis voti compotes extitere. Tertius qui in monumento fetens ⁊ quatriduane mortis detentus ergaſtulo iam amicos in vite deſperationem adduxerat: illos ſignat qui cogitationem in opus et opus in conſuetudinem habituq̄ verterunt quorū vita plena flagitijs celo infernoq̄ deteſtabilis eſt: illud obſcurū et illaudabile genus hominū dum fas et iura ſubuertit: dū neq̄ modum neq̄ modeſtiam ſeruat dum omnis diſcipline ſeueritatem abijcit: ꝙꝙ multis preſit lateq̄ dominetur: vitio tamen ac diabolo ſeruit dicēte apoſtolo ad Romanos ſerui eſtis ei⁹ cui obediſtis De lazaro ⁊ ceteris mortuis: ita refert Auguſtin⁹ immobili ergo vo

luntate deus vniuerſorum vitas certo fini et termino preordinauit:
quorum igitur vita vt non moriantur morte interfici videtur. Sed vt
per hec qui reſuſcitantur clariores vtpote deo cum hominibus etiam
Joã. xj. a. habeantur. Unde de ipſo lazaro diſcipulis a domino dicitur: hec infir
mitas non eſt ad mortem: ſed vt filius hominis per eam clarificetur.
Quarto die reſuſcitatur qđ nõ ſpaciuz vite eius poſuit: ſed quod ſine
mutatione dominus diſpoſuit facere/ſepe retrahere ſimulat vt par-
tum vxoribus Abraaz et Jſaac diſtulit vt gratius foret. Et dominus
occaſiones preſtat: vt quod ipſe aliter donare cupit indulgere roget.
Deutero. Si etenim ea que non diſpoſuit aliquis ſanctorum rogauerit nullo
xxxiiij. b. modo fieri permittit: vt ꝙ Moſes terram repromiſſionis ingredere
Cori. xij. b. tur ⁊ Paulus vt ab eo angelus ſathane recederet: ⁊ petẽtes non im-
petrauerunt. De omnibus ergo generaliter mortuis tale quidem ſen
titur ꝙ de prima vice moriuntur: vt per illos digni clarificentur in his
octo mortuis: quos diuina ſcriptura veteris et noui teſtamenti reſu-
ſcitatis commemorat. Hoc conſiderandum eſt ꝙ de eorum primo. i.
filio vidue quem Helias ſuſcitauerat ita refertur: reuertatur obſecro
iij. Regum anima pueri. De nouiſſimo id eſt de Eutycho in actibus apoſtoloꝝ.
xvij. b. Et ſublatus repertus eſt mortuus: ad quem cum deſcendiſſet Pau-
lus incubuit ſuper eum et cõplexus dixit. Nolite turbari: anima enim
in eo eſt. Caute vtrunqꝫ intelligendum eſt: quod vidue filius mor-
tuus eſt: atqꝫ anima eius reuerti a propheta poſtulatur. Alter vero
mortuus et in eo eius eſſe animam Paulus dicit in vtroqꝫ nanqꝫ ſcri
ptura vera eſt: quia mentiri non poteſt. Sed qua ratione recipi-
poteſt vbi in mẽbris occultari corporis poſſet mortui anima: niſi for-
te aĩa que incorporalis corpori ineſſe occulte creditur. Sꝫ quidã in-
telligendi laborẽ vitãtes dicũt de Eutycho ꝙ emittens aĩam ita mor-
tuus eſt vt poſt modicum interuallũ anima reuertente Paulũ dixiſſe
putant aĩa illius in eo eſt. Sed tñ ſcriptura tacet ſi egreſſa eſt/aut re-
uerſa anima. Ceteri vero ſex mortui quibꝰ nec egreſſe aĩe nec reuerſe
nunciantur ſine vlla hic ambiguitate preſtant ꝙ mortui ſint et diuina
operatione reſuſcitati ſint: hec Augustinus.

## ¶ De obſcuritate ſolis in paſſione dñi. Cap. x.



Defectio ſolis a ſeculo ſemper fuit in ſuo tempore fa-
cta. Sed defectio ſolis que ſecundum conſuetudinem
temporum ita currentium fieri ſolet: non in alio tempo
re fit: niſi in conuentu ſolis ⁊ lune: quando luna ſub-
tus currens ſolis impedit radios occurrens ei ⁊ occur-
ſu ſuo lumen eius obtundit: in tempore autez quo paſſus eſt chriſtus

manifeſtum eſt quoniam conuentus non erat lune ad ſolem:quoniam tempus erat paſchale. Quod conſuetudinis eſt agere: quando luna ſolis plenitudinem habet et in tota eſt nocte. Manifeſtum igitu reſt quoniaz ⁊ illa defectio ſolis ſcd̃m cetera ꝓdigia: noua ↄ̄ cōſuetudinē facta eſt. Queadmodū ſane conſtat cetera ꝓdigia que tunc facta ſunt non ſcd̃m conſuetudinem facta fuiſſe: ſed noua et miranda. Nam et velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſurſum vſqꝫ deorſum: et terra contremuit: et petre dirupte ſunt et monumenta aperta ſunt: et multa corpora dormientium ſanctorum reſurrexerunt. Pone quia extra conſuetudinem facta eſt illa defectio ſolis in tempore non antiquo ſub principatu romanorum: ita vt tenebre fierent ſupra omnem terram vſqꝫ ad horam nonam: quomodo hoc factum tam mirabile: nemo Grecorum: nemo Barbarorum: factum conſcripſit in tempore illo. Maxīe qui chronica cōſcripſerunt et notauerunt ſicubi tale aliquid nouum factum eſt aliquando: ſed ſoli hoc ſcripſerunt veſtri autores: ⁊ flegon quidem in chronicis ſuis ſcripſit in principatu Tyberij Ceſaris factum: ſed non ſignificauit in luna plena hoc factum. Ad hec reſpondit Origenes quod quando dicitur. Terra tremuit: ſolum refertur ad terram hieruſalem: aut ſi latius voluerit quis extendere ad terram iudeam: ſic et tenebre facte ſunt ab hora ſexta vſqꝫ ad nonam ſuper omnem terram intellige quod ſuper omnem terram iudeam ſunt facte: aut certe ſuper hieruſalem tantum. Sic ergo (inſit Origenes) qui intelligit ſine culpa: intelligit et non magnitudinem miraculi oſtendere volens: incidat in riſum ſapientium ſeculi huius et magis infidelitatem in hominibus ſapientibus operetur quam fidem: hec Origenes. Hanc Origenis opinionem non ſatis probo Euſebij autoritate motus qui in ipſis gētilium hiſtorijs aſſerit ſe legiſſe defectum ſolis prodigioſum eodem quo et nos tempore contigiſſe. Idem et ante Euſebium lucian⁹ antiochenus atqꝫ Tertullianus. Quod autem prodigioſus et vltra iudeam fuerit diu⁹ Dionyſius areopagita apolophaneſqꝫ philoſophi iuxta heliopolim vna deambulantes et oculis ipſis aperte viderunt: ⁊ diſputationes ſubtiliter probauere. Quodquidem in epiſtola Dionyſij ad ſapientem policarpum legimus. Qua de re Amos propheta teſtatur et erit in die illo. Dicit dominus occidet ſol meridie et tenebrabit dies lucis: et cōuertam dies feſtos veſtros in luctum et cantica veſtra in lamentationem. Itē Hieremias. Exterrita eſt que parit et reduit animā ⁊ ſubiuit ſol ei: cum adhuc medius dies eſſet confuſa eſt et maledicta reliquos eorum in gladium dabo in coſpectu inimicorum eorum. ⁊ Sibylla ait. Templi vero ſcindetur velum: et medio die nox erit tenebroſa nimis tribus horis.

Sedulius
Nec tellus ſine clade fuit: que talia cernens
Fundit⁹ intremuit dubioqꝫ in fine ſupremū
Expauit natura modū ne cogeret omnem.
Summus aper inferna petens ſuccūbere mollem
Autoreqꝫ ſequens per tartara mūdus abiret.
Sꝫ pietas imēſa vagas ꝓperabat ad vndas
Perdita reſtituens nec cōſiſtētia perdens

Euſebius
Lucianus
Tertullian⁹
Dyoniſius
Appollophanes.
Amos ꝓpheta de defectu ſol
Hieremias ꝓpheta

## ¶ De ſepulchrorum apertione ⁊ reſuſcitatorum apparitione. Cap. xj.

CUm emiteret ſpiritum chriſtus: vt oſtēderet pro noſtra reſurrectione ſe mortuum ſeriem ipſaꝫ reſurrectiōs exercuit. Simul enim vt clamans iteruꝫ voce magna emiſit ſpiritum: terra mota eſt ⁊ petre ſciſſe ſunt et monumēta ſunt aperta: ⁊ multa corpora ſanctorum dormiētium reſurrexerūt et exeuntes de monumēto poſt reſurrectionē eius venerūt in ſanctā ciuitatem ⁊ multis apparuerūt. Quis monumenta aperuit manum ſurgētibꝰ dedit: viam qua ciuitatem ſanctam peterēt demōſtrauit: fuit vis diuina que operaretur in corporibus mortuorū: non egent humanis diuina miſteria. Celuꝫ deus fieri iuſſit: et factum eſt: terram creari ſtatuit/et creata eſt. De corporibus ſanctorū venientibꝰ de monumentis ſuis (infit Auguſtinus) poſt reſurrectionem dñi: ſed rurſum in monumenta quō ⁊ de Moſe memini reintrarūt vbi reſurrectionē oīm nouiſſimā expectant vt apoſtolꝰ ait. Ni oēs teſtimonio fidei probati inuēti ſunt: nō acceperūt repromiſſioneꝫ a deo ꝓ nobis meliꝰ aliud ꝓuidente: vti ne ſine nobis conſummarent̄. Si igitur iſti ⁊ Moſes bis reſurgere in hac oſtēſione: vtiqꝫ ⁊ in nouiſſima cunctorum reſurrectione credendi ſunt. Sed hoc abſit a catholica fide vt ſemel morientē bis credat quis reſurgere. Niſi forte bis mori Moſeꝫ ⁊ iſtos aliquis dicat. Sed nuſqꝫ de his ſcribit̄ q̇ ſic apparuerūt reſurrexiſſe: ſed aut viuere/aut apparuiſſe: vel de ſepulchris exiſſe. Nomē aūt reſurrectiōis in his q̇ poſt mortē in vita hac cōuerſati ſunt: aut in cōi/aut in futura omni reſurrectiōe ponit̄. Talis aūt apparitio iſtorum nec ad vitā humanā/neqꝫ ad reſurrectionē futurā ꝑtinet: ſꝫ ad cōſummationē dominice reſurrectiōis et ad credulitatem reſurgentium aīarū ex inferis. Talis apparitio animos mouet: ſicut in reſuſcitatis mortuis ſimilitudo tantum non mors cōtinua fieri cernitur. Ita et in his ſimilitudo reſurrectionis non ipſa reſurrectio oſtēdebatur de cōtinua morte nullus ad vitā niſi dominus vſqꝫ ad nouiſſimū diē reuertitur ⁊ a vera reſurrectione nūqꝫ in mortem iterum aliquis detrahet̄. Hec Aug. ſed orit̄ dubiū: qꝛ tūc beata virgo fuiſſet incinerata: cuiꝰ oppoſitū tenet idem Augu. in libro de aſſumptione. Dici ad hoc pōt qꝫ Auguſtinus ibi temperauit ſentētiam.

Diuus Auguſtinus li. iij. de mirabilibꝰ ſacre ſcripture.
Apoſtolus

## ¶ De cibo dñi poſt reſurrectionē. Caput. xij.

DE cibo dñi poſt reſurrectionē: hunc aūt carnalē cibū qualiter reſurrectiōis caro ſuſceperit: docti requirūt: dū reſurrectura corpa ſpiritalia eſſe cuncti fideles ſciūt vt dꝛ reſurget

corp⁹ ſpiritale. Quapropter (inq̄t Aug.) reſurgēt corpa nō guſtatura ſano ſenſu credit̄ poſſibilitatē edicēdi cibos ſi neceſſe foret habitura. Hec dei exēpla minime denegāt: vt angeli iuxta ilicez mēbre: ſed hō nō vt nos ruminatos cibos ſtomacho ⁊ inteſtinis cōferūt: ſed ſtatim vt accepta velut vident̄ deguſtāt in ſpiritalē naturaʒ non ex parte: ſed tota trāſformāt: hec Aug. Cib⁹ ergo quē dn̄s poſt reſurrectionē ſuaʒ ſumpſit nō ſicut nr̄ cibus ad ſtomachuʒ ⁊ inteſtina trāſiuit: ſed ſtatim vt ſumpt⁹ fuit in ſpiritalē naturā trāſformat⁹ fuit. Iſtud aūt ſane intelligendū eſt vt ſpūs accipiat̄ ꝑ corpore ſubtili in quod ille cibus virtute diuina ſtatim reſoluebatur: ſicut exemplificat hic Auguſtin⁹ de angelis comedentibus ad ilicem membre.

## ¶ De apparitiōe ſpūſcti i colūbe ſpecie ⁊ liguis igneis. Ca. xiij.

Quodā em̄ miſterio dn̄ fili⁹ dei filiū hoīs ſuſtulit ad celum: ipſa captiuitas portat̄ ⁊ portat. Qd̄ aūt ait. Dedit dona hoīb⁹: hoc victoris inſigne eſt: poſt triūphū em̄ victor ſemꝑ dona largit̄: ⁊ ꝑprio regno reſidēs ſeruuloꝝ gaudia muneratur. Sic chriſtus dn̄s victor diabolicuʒ poſt triūphū reſidēs ad dexterā prīs in die pētecoſtes diſcipulis dona largitus eſt nō auri talenta: non argēti metalla: ſed ſpūſancti celeſtia munera ⁊ inter cetera (Ambro. inſit) Apl̄i linguis varijs loquerent̄: hoc eſt vt hebree natiōis hō chriſti gloriā romane facundie eloquētia ꝑtonaret: et redēptionē generis humani ꝑegrine aures: q̄ iudea ꝑ̄dicante lingua nō caperent propria loquela cognoſcerent. Oīs lingua in ꝑ̄dicatione chriſti reſoluit̄: vt maieſtatē ei⁹ oīs loq̄la fateat̄: ſicut ait ſctūs Dauid. Non ſunt loquele neq̄ ſermones quorū nō audiant̄ voces eorū. Unde credēdū ē ad p̄rēz ꝑueniſſe chriſtū: cū videm⁹ ad apl̄os deſcēdiſſe paracletū in pētecoſte: aut apl̄i baptiſati ſunt: ſicut ait dn̄s diſcipulis ſuis aſcēſurus ad celū. Joan. baptiſauit aqua: vos aūt ſpūſctō baptiſabimini: quem accepturi eſtis nō poſt multos hos dies. Et iō dicit lucas. Cū autē cōplerentur dies pētecoſtes factus eſt ſubito ſon⁹ de celo tāq̄ adueniētis ſpūs validi ſeditq̄ ſuper ſingulos. De cōueniētia de ſpū ſctō in colūba ſuꝑ chriſtū: ⁊ in igne ſuper apl̄os (vt Aug. refert) ꝑ ſcripturam ſunt ⁊ quādo diximus de diuiſione linguarum et de virtutibus apoſtolorum poſt acceptuʒ ſpm̄ in excuſatione elemoſyne et paupertatis profeſſione: quare Petrus paralitico dixit. Surge ⁊ ambula. Magiſtri p̄ceptū ſeruās. Nolite habere aurū/neq̄ argentū: dum ſoli deo ſeruiēs de iniquo mām̄ona expedit⁹ fuerat verbo imperij morbo ligatum cito ſoluebat. Hec Auguſtin⁹. Ex dictis Aug. elici p̄nt ꝑpoſitiōes quattuor. Pria q̄ pau-

Diuus Ambroſius ſermone. lxiij. de penteco ſte.

Aug. li. iij. mirabilium ſacre ſcripture.

pertas eſt virtus apoſtolica: quia diuus Auguſtinus interſerit eam ſub virtutibus apoſtolorum poſt acceptum ſpiritumſanctum. Secunda. Melius eſt excuſari de elemoſyna facienda propter paupertatem ꝙ facere abſꝫ paupertate. Nam Petrus illam excuſationem preelegit impẽſioni. Tertia. Apoſtoli profeſſi ſunt paupertatem: qꝛ hic Auguſtinus adiungit profeſſionem paupertatis: cum excuſatione elemoſyne. Quarta. Illa que ad cõſilia pertinẽt ceteris apoſtolis erant precepta: quia dicit non poſſidere aurum quod ceteris eſt conſilium apoſtolis vero preceptũ. Sed ſi aliquis querat ſi apoſtoli habuerint pecuniam in communi: dici poteſt quod non: quia dicit quod Petrus de mãmona iniquitatis expeditꝰ ſe excuſauit de elemoſyna: que excuſatio fuiſſet nulla ſi eam in communi habuiſſet: cuꝫ princeps omnium aliorũ eam erogari voluiſſet. Hec Franciſcꝰ maroneus.

## ¶ De miraculoſis petri operationibus. Cap. xiiij.

Ananiam fraudaſſe apoſtolos de agrorum precio vxore conſcia: ⁊ ꝓpterea ſinere ambos pari pena punitos. Ecce (inquit Aug.) quãta eſt apoſtolica virtus in chriſto ſanũ Ananiã dum petrus arguit per ſermonis tantum imperium morte ligauit: et habitam mortis vinculo ligatam eadeꝫ imperij poteſtate diſſoluit. Ideoqꝫ prius Ananias et Saphira in conſpectu eccleſie cito mortui ſunt vt apoſtolica autoritas quanta eſſet oſtenderetur: ⁊ ꝙ magnum peccatũ eſſet qđ oblatum iterum ab eccleſia retraheretur: monſtrareť ⁊ ceteri exemplo huius caſtigarentur: hec Augu. Ex iſto textu Auguſtini vt refert Franciſcus de marronis accipiunt aliqui argumentum validum quod apoſtoli habuerunt aliquid temporalium in communi: quia predia dabãtur eccleſie vel precia ⁊ apoſtoli tũc erant principales in eccleſia: vnde ſic (inquit) formeꝫ rationẽ. Quandocunqꝫ aliquis eſt caput alicuius collegij impoſſibile eſt quin habeat bona illiꝰ collegij: eo modo quo collegium habet: ſed Petrus fuit caput eccleſie. Ergo habuit talia bona eo modo quo eccleſia. Iſta autem ratio Franciſco non placet: nam dupliciter (inquit) peccat primo: qꝛ concludit contra factorẽ ſuũ quia ſi eo modo habet prelatus quo totum collegium: cum non totum collegium habeat prope eodem modo ille prelatus eſſet ꝓprietarius. Quod autem totum collegiuꝫ habeat proprie patet: qꝛ bona vnius collegij nulli alteri cõmunicãtur. Secundo (inſit) peccat quia aſſumit vnum falſum: ſcꝫ quod eo modo ſemper habet prelatus quo et vniuerſitas ſibi ſubiecta. Conſtat enĩ ꝙ chriſtꝰ vere eſt caput eccleſie: ⁊ tamen non habet temporalia eo modo quo eccleſia: qꝛ cuicunqꝫ

repugnat: vſus repugnat ⁊ dominiũ qđ eſt propter vſum: chriſto (inquit) repugnat/ pro ſtatu in quo nũc eſt vſus talium rerũ. ergo ⁊ tale dominiũ ſicut iſti argumẽtãtur. Propterea dicit frãciſc⁹ ad rationẽ ꝙ qñcũqꝫ aliquis habet principatuꝫ in aliqua cõitate: illud quod eſt cõitatis per modum poſſidentis et habentis verum dominiũ. eſt capitis per modum diſpenſantis habentiſqꝫ officiũ: et iſto modo habuerunt apoſtoli vt clare ⁊ expreſſe ſcribitur. In actibus apoſtoloꝝ qđ diſtribuebant bona eccleſie et non in ſuum dominiũ vẽdicabant: hec franciſcus de Maronis quẽ illuminatũ doctorem ſui appellãt.

## ¶ Tractatus ſecundus libri ſecundi.

### ¶ De noĩe pauli cur is qui ſaulus dictus eſt nunc paulus dicatur. Caput primum.

Queſtio nobis prima de noĩe ipſi⁹ pauli videtur exurgere, cur is qui ſaulus dictus eſt in actibus apoſtolorum nũc paulus dicatur. Inuenim⁹ in ſcripturis diuinis q̃buſdã veteꝝ cõmutata vocabula vt ex abrã vocat⁹ ſit abraã. Et ſaray ſara ⁊ ex Jacob iſrael ĩ euãgeliĳs quoqꝫ ex ſimone petr⁹ ⁊ filĳ zebedei filĳ tonitrui ſunt nũcupati: ſed hec ex precepto dei legimus facta. Nuſq̃ vero erga paulum inuenimus tale quid geſtuꝫ. De qua re quibuſdã viſum eſt (vt Origenes refert) ꝙ pauli ꝓcõſulis quẽ apud Cyprũ chriſti fidei ſubiecerat: vocabulum ſibi apoſtolus ſũpſerit. vt ſicut reges ſolẽt deuictis (verbi gratia) parthis ꝑthici: ⁊ gothis gothici noĩari: ita et apoſtolus ſubiugato paulo paul⁹ fuerit appellatus. Quod ne nos quidẽ vſqꝫquaqꝫ euacuandum putamus. Tamẽ quia nulla talis in ſcripturis diuinis conſuetudo deprehenditur: magis ex his que in exemplo noſtris ſunt abſolutionẽ queram⁹ Inuenim⁹ igitur in ſcripturis aliquantos binis alios etiã trinis vſos eſſe noĩbus. vt ſalomonẽ eũdemqꝫ Jdida dici Sedechiã eũdẽqꝫ ioachim Oziã eũdemqꝫ azariam. Alioſqꝫ plurimos in regũ vel iudicũ libris binis noĩbus inuenies vocitatos: ſed nec euãgelia quidẽ hunc eundẽ tennerunt morẽ. Nã ⁊ Matheus ipſe refert de ſe cum tranſiret ieſus inuenit quendã ſedentem ad theloneũ noĩe Matheũ. Lucas vero de eodeꝫ dicit: q cum tranſiret ieſus quendã vidit publicanũ noĩe leui. ⁊ dixit ei ſequere me. Scđm ergo hãc ꝯſuetudidem videtur Origeni Paulus duplici vſus eſſe vocabulo: et donec quidem genti proprie miniſtrabat ſaulus eſſe vocatus: quod magis

appellationi prime vernaculum videbatur. Paulum autem appellatum eſſe cum grecis ⁊ gentibus leges ac precepta conſcribit. Nam ⁊ hoc ipſum qđ ſcriptura dicit. Saulus aũt qui et Paulꝰ euidenter nõ ei tũc primum Pauli nomen oſtendit impoſitum: ſed veteris appellationis id fuiſſe deſignat. Diuus autem Ambroſius dicit ꝙ primo dictus eſt Saulus propter inquietudinem. Aliȷ̈ vero voluerunt quia hebreus erat: nomen hebreũ habuiſſe Saulũ: quia vero ciuis romanus etiam natus nomen romanũ illi primo ⁊ hebreo ſatis vicinũ habuiſſe Pauluz: vt de Joanne / Marco euenit: immo de vtriſqꝫ in actis apoſtolorũ legitur. Sunt em̃ inquit Joannes ⁊ Saulus hebrea. Marcus vero et Paulus gẽtilicia: vt Marcus regulus marcus Antoniꝰ Paulus Emilius / Paulus ſergius. Sic em̃ in actis habet Lucas aſſumpto inquit Joanne qui cognominatus eſt Marcus ⁊ rurſum Saulus aũt qui et Paulus repletus ſpirituſancto. Igitur cũ Paulus apl'm ſe cognoſceret eſſe gentiũ ad eam ſcribẽs recte (inquiunt) nomen gentile preponit ⁊ Paulum ſe nominat qui etiaz nominabatur Saulus paulum binomiuz fuiſſe ſenſit Origenes. In ſacris em̃ eloquiȷ̈s ille eſt adoleſcentulus iumentis exceſſu.

Ambroſiꝰ

## Quod apoſtoli non ſunt aſpernati nuptias. Ca. ij.

ORigenes ſane ille adamãtius in epiſtolaz ad romanos ſcribens libro primo: inter cetera etiam hec dicit. Liber vero eſt qui ſine vxore per puritatẽ continentie venit ad chriſtum. Qui tamen ſeruus chriſti efficitur: dum ex integro virtutibus ſeruit. Paulus ergo (ſicut quidam tradunt) cũ vxore vocatus eſt: de qua dicit ad philippenſes ſcribens. Rogo te etiam germane compar adiuua illas que cum ipſa ſunt. Ex conſenſu igitur liber eſt effectꝰ ſeruũ ſe noĩat chriſti. Hec ille clemens ſane Alexandrinus ⁊ Euſebius refert libro tertio hiſtorie Eccleſiaſtice capite. xxiiij. Inter cetera inquit An ⁊ apoſtolos improbant: Petrus etenim / ac Philippus et vxores habuerunt et filias etiam viris nuptum dederunt. Sed et Paulum non tedet apoſtolum in quadaz epiſtola ſua mentionem vel ſalutationem facere comparis ſue: quam ſe ideo negat circunducere: vt ad predicationem euangeliȷ̈ expeditior fiat verum quoniam clementis fecimus mentionem abſurdum non erit aliam quoqꝫ eius memorabilem narrationem proferre: quam in ſeptimo eiuſdem operis libro ita inſernit. Aiunt inquit beatum Petrum cum vidiſſet vxorem ſuam duci ad paſſionem gauiſum eſſe electionis gratia et reuerſionis ad propriam domum ⁊ exclamaſſe poſt eam cum duceretur ad proprio nomine compellantem dixiſſe. O con

ſunt memento domini talia erāt ſanctorum coniugia tam pefecta fuit affectio beatorum: hec ſunt argumenta aduerſus eos qui Paulo adimebat matrimonium. Quod vero ſubiungit. j. ad Corinthios capitulo nono: dum inquit. Nonne habemus poteſtatem ſororem vxoreꝫ circunducendi quemadmodum ⁊ reliqui apoſtoli ⁊ fratres domini ⁊ Cephas: Beatus Ignatius Petro et Paulo coetaneus Paulū habuiſſe vxorem teſtatur et fidelem quidem/et ideo ſororem. Sꝫ ob euangelium chriſti in opus euangelij ſeparatam reliquit. De qua et ſuper epiſtolam ad philadelphieſes ſi induſerit deꝰ: non nihil adhuc adijciemus. Alios apoſtolos ⁊ ſi non omnes (nam Joannes virgo permanſit in euum) etiam diuino ignatio teſte: ⁊ eos qui dicebantur fratres domini/ Jacobum Joſeph iuſtum Simonem Thadeū habuiſſe vxores pariter et Petrum ex hiſtorijs cōſtat/ q̄uis aliquibus ſufficere videat' preſentis loci apoſtoli autoritas. Aliquibꝰ tn̄ videtur Paulū ſine vxore fuiſſe. Nā vt Ambroſio placet. Apl'i omnes excepto Joan. ⁊ Paulo vxores habuerūt: qui eloquētes nō erāt: q2 ſine litteris: pleni tn̄ ſpū ſancto gratiaꝫ maiorē habentes q̄ pphete. Hec Ambro. que autem fuerit verior opinio in Ambiguo eſt. Nūc iā ꝑut viam nobis dominꝰ aperire dignatur ad explanationē ipſius q̄to citius properemus. Tamē q2 nulla in ſcripturis ſacris de hac materia deprehēditur certitudo. Magis ex his que in exemplo noſtris ſunt abſolutionem queramus. Inuenimus igitur in epiſtolis Pauli vt iam dictum ſuperius eſt mentionē de vxore ſepius feciſſe: vt primi ad Corinthios cū inquit. Nonne habemus poteſtatē vxoreꝫ circunducendi queadmodū ⁊ reliqui apoſtoli: ⁊ fratres dn̄i ⁊ cephas. Tales inq̄ vxores habuerūt: igitur videtur ⁊ Paulum vxorē habuiſſe. Secundo ad philippenſes ita ſcribit. Rogo te etiam germane compar adiuua illas que cum ipſa ſunt. Scd̄m ergo primaꝫ opinionem videtur Paulum cun vxore vocatum ad euāgelium: et hec opinio grauiſſimos habeat autores/ Ignatium Clementem alexādrinū/ Origenem ⁊ Euſebium/ Ceſarienſem in traductione greca ad Philippenſes capitulo quarto ſic habetur. Enodiam rogo etiam Synthycem rogo: idē ſentire in domino etiā, rogo te ingenua cōiunx adiuua eas que certauerūt mecū in euangelio cum Clemēte et ceteris in vulgata vero editione habet'. Etiā rogo te et germane compar: adiuua illas que mecū laborauerunt in euangelio. Dicimus ergo Paulū forſitan cum vxore vocatum ad euāgelium: ⁊ tn̄ in virginitate permāſiſſe. Cū eñ initiatur coniugium: tunc coniugij nomē aſciſcitur. Nō eñ defloratio virginitatis facit cōiugiū: ſed paſſio ꝯiugalis. Deniq3 cū iūgit' puella ꝯiugiū eſt: nō cū virili admittiōe cognoſcit'. Quod autem fuit deſponſatꝰ cōnubio Paulus apud multos legitur: de eiꝰ virginitate

Diuꝰ ignatius in q̄nta ſuarū epl'arum que eſt ad philadelphienſes.

Diuus Ambro. par. ij. fol. xxv. g. a. in explanatiōe epl'e ij. ad Cori. cap. xj. a.

Polycrates epheſi epiſcopus

nō legitur. Philippum ⁊ Petruꝫ filias habuiſſe legim⁹. Pauli vero nec filios nec filias legimus. Policrates victori epiſcopo vrbis Rome ſcribens et ipſius et philippi Apoſtoli ad filiarum eius pariter meminit dicens ſicut iam ſuperius inſeruimus quod magna lumina in Aſie ꝑtibus dormierāt que reſuſcitabit dn̄s in nouiſſimo die aduentus ſui cum venerit in gloria et req̄ret oēs ſanctos ſuos. Dico autem de Philippo (inquit) qui fuit vnus ex apoſtolus qui dormiuit apud Hieropolim ſed et due eius filie mihi virgines conſenuere: ⁊ alia eius filia ſpirituſancto repleta permanſit apud epheſum. ſed et Gaius in dialogo ſuo quem cum proculo diſputans ſcribit de filiabus philippi ſimul ⁊ obitu ipſius cōſonis vocibus memorat dicens: poſt hoc auteꝫ prophetiſſe quattuor fuerant Philippi filie: cuius ſepulchrū eſt apud Hieropolim aſie vrbem vna cū filiabus ſuis. De his autem et Lucas in actibus apoſtolorū meminit cuꝫ adhuc apud Ceſaream degerent de paulo autem nuſq̄ legimus filios vel filias genuiſſe et ideo putarūt quidam in virginitate ꝑmanſiſſe quā q̄ et legatur vxorem habuiſſe ⁊ q̄ ille maluerit aliquos de ſua virginitate (ſi qua ſit) q̄ de vxore dubitare. Docemur itaqꝫ (inſit Ambroſi⁹) triplicem caſtitatis eſſe virtutem: vnā cōiugaleꝫ: aliam viduitatis: tertiaꝫ virginitatis. Non enim aliam ſic predicamus vt excludamus alias. ſuis quibuſqꝫ profeſſionibus iſta conducūt. In hoc eccleſie opulēs diſciplina q̄ quos preferat habet: quos reijciat nō habet: atqꝫ vtinaꝫ habere nūq̄ poſſit ita igitur virginitatē predicamus vt viduitatē nō reijciamus ita viduitatem honoramus vt ſuus honor cōiugio reſeruetur: nō noſtra hoc precepta ſꝫ diuina teſtimonia docēt. Reminiſcamur itaqꝫ quemadmodū maria: quēadmoduꝫ anna: quēadmodū ſuſanna laudētur. Et qm̄ nō laudes eaꝝ tantūmodo predicande ſunt: ſed diſcipline etiam ſunt ſequende: q̄ reminiſcamur vt vbi ſuſanna: vbi anna: vbi maria ſint reperte. ⁊ aduertam⁹ quēadmodū ſingule aptis laudibus predicentur: et vbi nā cōmorātur nupta in paradiſo: vidua in templo: virgo in ſecreto: ſed in illis tardior fructus in virgine maturior. Illas ſenect⁹ ꝓbat: virginitas laus etatis eſt nec adiumēta querit annorū que omniū eſt fructus etatuꝫ. His igitur a nobis de apoſtolorum nuptijs et precipue Pauli prout potuimus ex ſcripturis veterum cōgregatis diſſeruimus: neqꝫ ſatis conſtare nobis poteſt: quenam illarum ſit opinio preferenda.

## An fuerit verum quod dicitur de Joanne baptiſta ipſe eſt helias. Cap. iij.

Quidā quidem opinanē ex eo qđ dictū eſt. Ipſe eſt Me
lias qui vēturus eſt aīam helie eandē fuiſſe quā Johis
Quod em̄ dixit (vt Origenes ait) ipſe eſt helias nō ad
aliud: ſed ad aiam referendū putauerunt: ꝛ ex hoc pene
ſolo ſermone dogma introduxerunt trāſmutationē aīa-
rum quaſi etiā ipſo hoc ieſu cōfirmante. Sed oportuerat intueri: qꝛ
ſi h̄ verū ēēt: in multis vtiqꝫ ꝓphetaꝝ vel euāgelioꝝ ſcriptis ſil'e aliqđ
inueniri deberet. Tū deinde etiā ille ſmo q̄ huic adiūgit oſtēdit ſecre
tiorē quendā ꝛ archanum ſenſum in his que dicta ſunt requirēdū ma
gis quod illi ſcđm littere ſolius intelligentiā ſuſceperūt cū dicit. Qui
habet aures audiendi audiat. Addēdum autē et illud eſt: qꝛ ſi ꝓ pec-
catis ſm ꝙ ipſi ſentiūt trāſmutatio fiat aīarum ꝓpter que peccata he
lie aīa trāſmutata ē in Johez qui ab ipſo angelo naſci ꝓnūciaē a quo
ꝛ in hoc ſaluator noſter. Quō ergo nō euidētiſſimum mādatū eſt hoc
vt ille qui tam ꝑfect⁹ fuit: vt nec cōmunē quidē iſtā mortē guſtaret / ve
niret ad tranſmutationē aīe que ſm illorum aſſertionē nō poteſt acci
dere niſi ex pctis. Deniqꝫ quō hoc exponere qđ dictū eſt ad Johem
Tu Melias es: et dicit non ſum. Sed vt oſtendaē cōuenire hoc etiaꝫ
illi verbo quod dicit dn̄s. Si vultis ſuſcipere ipſe eſt helias qui vētu
rus eſt: hoc quod dixit (inquit Origenes) helias ip̄e eſt: referēdū eſt
ad ſpiritum ꝛ virtutē ipſi⁹ Melie. Joā. em̄ ꝓceſſit in ſpū ꝛ virtute he-
lie cōuertere corda patrū ad filios. Sed dicit aliquis eoꝝ: ſi nō helie
fuit aīa Johis quare ſaluator heliā appellauit Joan. Reſpōdit Ori
genes ꝙ Gabriel in verbis que locutus eſt zacharie demōſtrauit: q̇d
helie tranſlatū eſt in Joan. Dicit em̄ ita et ipſe p̄cedet ante euꝫ in ſpi-
ritu ꝛ virtute helie cōuertere corda patrū ad filios: ꝛ incredulos ad ſa
pientiā ſanctoꝝ: et nō dicit ipſe precedet ante eum in aīa helie.

¶ An ſcriptura manifeſte tradat aliud eſſe animam
aliud autē eſſe ſpiritum. Caput.iiij.

Tria eſſe in homine deſignat Paulus ad Theſſalonicē
ſes ſcribēs cum dicit vt integrū corpus nr̄m ꝛ aīa ꝛ ſpi-
rit⁹ in die dn̄i nr̄i ieſu chriſti ſerueē. et Dauid dicit. Lau
date ſpūs ꝛ aīe iuſtoruꝫ dn̄m. Eſaias aūt omiſſa parte
infima duaꝝ meminit. Aīa (iquit) mea deſiderabit te in
nocte: ſed et ſpū meo in p̄cordijs meis de mane vigilabo ad te Augu-
ſtinus de eccleſiaſticis dogmatibus inquit. Non eſt tertius in ſubſtā
tia hominis ſpiritus ſicut Didym⁹ contendit: ſed ſpiritus ipſa eſt ani
ma pro ſpiritali natura. Anima vero vocatur ꝙ ad viuificandum ani
met corpus. Tertium vero ab apoſtolo cuꝫ anima et corpore induci-

tur ſpiritum gratiam ſctiſpiritus eſſe intelligim⁹: quā orat apoſtolus vt integra pſeueret in nobis ne noſtro vitio/aut minuatᷓ/ aut fugetur a nobis: qꝛ ſpūſſanctus effugiet fictum. Quibus ex locis nō abſurde colligit triplicem hominis portionē. Corpus ſiue carnē infimam noſtri partem: cui per genitalem culpam legem inſcripſit peccati: ſerpēs ille veterator quacꝫ ad turpia prouocamur: ac victi diabolo connectimur. Spiritum qua diuine nature ſimilitudinem exprimimur: in qua conditor optim⁹ de ſue mentis archetypo eternā illam honeſti legem inſculpat digito: id ē ſpū ſuo. Hec deo cōglutinamur: vnūcꝫ eo efficimur. Porro tertiā ꝛ inter iſta mediam aīam ꝯſtituit: que ſenſuaꝫ ac motuum naturaliū ſit capax. Ergo ſpūs nos deos reddit: caro pecora: aīa cōſtituit hoīes/ſpiritus pios/caro impios/aīa neutros. Spiritus querit celeſtia/caro dulcia/aīa neceſſaria/ſpirit⁹ euehit in celuꝫ caro deprimit ad īferos/anime nihil imputatᷓ. Quicquid carnale eſt turpe eſt: quicquid ſpiritale perfectum: q̄cquid aīale mediuꝫ ꝛ indifferens. Manifeſte em̄ ſcriptura (inquit Orige.) cognoſcit aliud eſſe aīam: aliud autē eſſe ſpiritum: ſicut teſtatᷓ Paulus dicens. Deus aūt ſanctificet vos ad perfectum ꝛ integer ſpirit⁹ veſter: ꝛ aīa ꝛ corp⁹ cōſeruetur in aduentu domini ieſu chriſti. Et apd̄ Danielē. Bn̄dicite ſpiritus ꝛ aīe ſanctoruꝫ dominum. Helias ergo Joānes non ꝓpter animam eſt appellatus: ſed (inquit) ꝓpter ſpiritum ꝛ virtuteꝫ q̄ non cōtriſtant virtutem ſcripture ſi primum fuit in helia ſpirit⁹ ꝛ poſtea in Joāne factus eſt: ſicut apoſtolus ait. Spiritus ꝓphetarum ꝓphetis ſubiect⁹ eſt: nō aīe ꝓphetaꝝ ꝓphetis ſubiecte ſunt. Adhuc ad confirmationē eorum q̄ angelus dixit. Et ipſe p̄cedet in ſpiritu ꝛ virtute helie: accipiam⁹ de quarto libro regnoꝝ: quod eſt tale. Et factū eſt cum trāſiſſet dixit Helias ad Heliſeū. Pete quid faciā tibi priuſq̄ͣ tollar a te: et dixit Heliſeus. Fiat ſpirit⁹ tuus duplex in me: ꝛ dixit Helias Dure petiſti: tn̄ ſi videris me aſcēdētē a te: fiat tibi ſic: ſi aūt nō: nō fiat: volens ſcriptura oſtendere: qꝛ factum ſic Heliſeo ſicut ipſe petierat: ſic addit ꝛ aſcēdit helias in commotione quaſi vſcꝫ in celum. ꝛ Heliſeus ītuebatᷓ: ꝛ ipſe exclamauit, ꝛ dixit. Pater pater agitator iſrael et nō vidit eū ampli⁹ qm̄ ergo vidit: ꝓpterea requieuit ſpiritus nō aīa helie in heliſeo. Item poſtq̄ͣ percuſſit aquas iordanis heliſe⁹ ꝛ ſciſſe ſunt inde ꝛ inde tranſiuit heliſeus: ꝛ viderunt eum filij ꝓphetarū qui erant in hierico ꝛ dixerunt. Requieuit ſpirit⁹ helie in heliſeo: ꝛ venerunt obuiā ei: ꝛ adorauerunt eum in terra. Hoc dixim⁹ (Inquit Origenes) vt intelligam⁹ Joannē dictum heliā non ꝓpter eandē aīam: ſed ꝓpter eundē ſpirituꝫ ſicut et diſcipuli intellexerunt chriſti: qm̄ aūt ſpūs helie in heliſeo quidem tantū requieuit. Joānes autē p̄ceſſit an̄ chriſtum: non ſolum in ſpiritu: ſed etiā in virtute helie. Ideo heliſeus

Spūs prophetarum.

Heliſeus

Helias

Heliſeus

Origenes

quidem non eſt dictus helias. Joannes autē dict⁹ eſt ipſe eſſe helias. Beatus Ambroſi⁹ in libro de dignitate humane conditiōis ita inq̄t ad imaginē ergo ſuā cōditor fecit aīam hoīs que tota dr̄ aīa. Nō aūt aliud ſignificat hoīs quā aīam cum mētez dico: ſed ꝑpter aliud aīam ⁊ ꝑpter aliud mentē. Nā totum ꝙ viuit hoīs aīa eſt. Cū autez aīa in ſe agit ſe et ex ſe ⁊ per ſe ſola mēs dici ſolet. Senſus vero ad ſua miniſteria implēs cōſuet⁹ aīa dicit. Mēs ergo ſcire gignit: et amat ſcire qđ ſcit: ⁊ in ep̄la. xxiij. ad horatianuz de ſpū inq̄t. Nō tibi videt ſpirituſſctūs q̄ adiutor noſter ē: ſicut ille cui dicit. Adiutor me⁹ es tu: ne derelinquas me: neq̄ deſpicias me de⁹ ſalutaris me⁹. Quis eīn alius ſpirit⁹ q̄ poſſit docere Paulum q̄d oraret. Docet autē ſpūs chriſti ſicut ⁊ chriſt⁹ orare diſcipulos ſuos. Quis autē pōt chriſtū docere: niſi ſpirit⁹ ei⁹ quē ipſe miſit vt doceret: ⁊ dirigeret nr̄as orōnes. Oram⁹ eīn ſpiritu oram⁹ ⁊ mēte: vt bene poſſit orare: p̄cedit ſpirit⁹: ⁊ deducit eam in viā rectā: ne obrepāt carnalia: ne minora/ ne etiā maiora/ viribus vnicuiq̄ dat manifeſtatio ſpirit⁹ ad vtiltratē. Hec ille. Damaſcenus vero mentē dixit eſſe in aīa vt ps illi⁹ puriſſima: vnde (inq̄t) quēadmodū oculus in corpore: ſic mēs in aīa. Nō tn̄ eſt pars cōponens ſicut oculus cōponit corp⁹: ſed q̄r ꝑticularis eſt aīe virt⁹ ⁊ potētia peculiari addicta ꝑatiōi. ſ. intellectiōi: ſicut ocul⁹ viſiōi in quo vtriuſq̄ ſit comparatio.

Ambroſi⁹

Ambroſi⁹

j. Corinth. xiiij. c.

Sacer Damaſcenus in libr. ij. de ortodoxa fide, cap. xlj.

## De ſpiritu blaſphemie q̄ non remittet hic: neq̄ in futuro: ⁊ an ſint aliqua facinora que non poſſunt gratie arcere domum. Cap. v.

Solent nōnulli illud obijcere: qđ ſcriptum apud Mattheum inuenit. Oē pctm̄ ⁊ blaſphemia remittet hoīb⁹: ſpirit⁹ autē blaſphemie non remittet. Et quicūq̄ dixerit verbuz cōtra filiū hoīs remittet ei: qui autē dixerit cōtra ſpm̄ ſanctum nō remittet ei: neq̄ in hoc ſeculo/ neq̄ in futuro. Joānes apoſtolus ep̄la. j. cap. v. ait qui ſcit fratrē ſuuz peccare peccatum non ad mortez petat ⁊ dabitur ei vita peccanti non ad mortem: ⁊ peccatum ad mortem non pro illo dico vt roget quis. Itez Paul⁹ doctor gentiū ad hebreos ſcribēs capite. vj. ita cecinit impoſſibile eīn eſt eos qui ſimel illuminati ſunt: guſtauerunt etiā donum celeſte ⁊ ꝑticipes facti ſūt ſpūſſcti. Guſtauerūt nihilomin⁹ bonū dei verbū: virtuteſq̄ ſeculi venturi: et prolapſi ſunt rurſus reuocari ad penitētiam recrucifigentes in ſeipſis filium dei et exemplum ignominie facientes: Itē Herma diſcipulus Pauli ap̄li: de quo apoſtolus ad romanos ſcribens meminit. Salutate phlegōta hermen ꝑbam hermā

Herma diſcipul⁹ Pauli apoſtoli.

et qui cum eis ſunt fra tres in libro eius qui appellatur paſtor qui au
tore Hieronimo apud quoſdam grecie eccleſias publice legiẗ. Mā
dato quarto ita ſcribit: Dico tibi quoniam poſt vocationem illā ma
gnam et ſanctam ſi quis tentatus fuerit a diabolo: ⁊ peccauerit vnam
penitentiam habet. Si aūt ſubinde peccat et penitentiam agit nō p
derit homini talia agenti: difficile enim viuet deo: et ego dixi. Domi
ne reuixi vbi tam diligenter audiui hec mandata: ſcio eñ ſi poſtea ni
hil adiecero peccatis meis ſaluus ero. Hec Herma. Panphil⁹ vero
martir chriſtian⁹ in apologia pro origene illi⁹ autoritate inquit. Cō
ſequens eſſe puto q̄ qui peccauerit in filium hominis venia dign⁹ eſt
pro eo ꝙ is qui verbi vel rationis eſt particeps ſi deſignat rationabi
liter viuere videtur in ignorantiam/vel ſtulticiam decidiſſe: et ꝑpter
hoc veniam ꝓmereri. Qui autē iam dignus habit⁹ eſt ſancti ſpiritus
participatione/et retro fuerit conuerſus: hic reipſa et opere blaſphe
maſſe dicitur in ſpiritum ſanctum. Hec ſunt autoritates virorum illu
ſtrium quibus nonnulli affirmant peccatum in ſpiritum ſanctū ⁊ blaſ
phemie fore irremiſſibile. Quibus reſpōdet beatus Ambroſi⁹. Qd
illud quod ſcriptuꝫ apud Mattheū reperitur de ſpū blaſphemie in
telligitur de hereticis et ſciſmaticis qui eccleſiaꝫ ſeparant: quibus in
dulgētia negatur q̄diu tanti criminis merita non depoſuerint. Scri
ptum enim eſt. Omne peccatū et blaſphemia remitteẗ hoībus: ſpirit⁹
autem blaſphemie non remittetur hoībus. Et quicunqꝫ dixerit verbū
contra filiū hoīs remitteẗ ei: qui aūt dixerit cōtra ſpiritūſanctum/ nō
remitteẗ ei/neqꝫ in hoc ſeculo/neqꝫ in futuro. Quo exēplo oīs aſſer
tio illorum deſtruitur et abſoluitur. Scriptum eſt eñ. Omne pecca
tum et blaſphemia remittetur hoībus. Cur igitur nō remittunt. Cur
ligant vincula que nō ſoluunt. Cur inquit nodos nectitis quos nō re
laxatis. Remittite ceteris: agite de his quos pecātes in ſpiritum ſan
ctum euangelica autoritate in perpetuum aſtringi putatis. Et tamen
quos aſtringat conſideremus repetentes ſuperiora lectionis ipſius
vt euidentius cōprehendamus. Dicebant iudei hic nō eijcit demonia
niſi in beelzebub principe demoniorum. Reſpondit ieſus. Omne re
gnum diuiſum contra ſe deſtruetur et omis ciuitas vel domus diuiſa
cōtra ſe non ſtabit. Si eñ ſathanas ſathanam eijcit aduerſum ſe di
uiſus eſt: quō ergo ſtabit regnū ei⁹. Quod ſi ego in beelzebub eijcio
demonia: filij veſtri in quo eijciūt. De his vtiqꝫ expreſſum videm⁹ qui
dominum ieſum in beelzebub eijcere demonia loquebanẗ: quib⁹ ſe re
ſpondit dn̄s: ꝙ ſathane hereditas in his eſſet qui ſathane cōpararēt
ſaluatorē omniū ⁊ in regno diaboli conſtituerāt chriſti gratiā. Et vt
cognoſcerem⁹: q̄ de hac dixit blaſphemia adiunxit progenies vipera
rum: quō poteſtis bona loqui cuꝫ ſitis mali: hos ergo qui hec loquū

Btūs Pāphylus ex ſecūdo periarchō origenis.

Ambro. iij. lib. de penitētia. c. iiij.

tur:negat ad veniā ptinere. Deniqꝫ Petrus ſimoni qui magice artis
cōſuetudine deprauatus putaſſet qđ gratiā chriſti per impoſitionem
man⁹ atqꝫ infuſionē ſpūſſancti cōpararet pecunia ait. Non eſt tibi ps Act. viij. d
neqꝫ ſors in hac fide:qꝛ cor tuū nō eſt rectū apud deū penitentiā itaqꝫ
age ab hac nequitia tua:et precare dñm ſi forte remittat tibi recorda-
tio cordis tui:in obligatione eñi iniquitatis et amaritudine fellis vi-
deo te eſſe. Uides ꝙ hunc magica blaſphemantē in ſpm̄ſctm̄ apoſto
lica autoritate cōdēnet:ꝛ eo magis qꝛ purā conſcientiā fidei nō habe
bat ꝛ tñ nō interclufit ei ſpem venie:quē inuitauit ad penitentiā. Re-
ſpōſum ē igit a dño blaſphemie phariſeorū:ꝛ iō his poteſtatis ſue
grāz negat:q̄ in remiſſionē peccatorū eſt:q̄ celeſtē ei⁹ poteſtatē diabo
lico fultā ſuffragio vendicarent. Eos quoqꝫ aſſerit diabolico vti ſpiri
tu qui ſepararent eccleſiā dei ꝛ oīm tēporum hereticos ꝛ ſciſmaticos
cōprehenderet:quib⁹ indulgentiā negat:ꝙ omne peccatū circa ſingu
los eſt:hoc in vniuerſos. Soli eñi ſunt qui volunt ſoluere chriſti gra
tiā qui eccleſie mēbra diſcerpūt:ꝓpter quā paſſus eſt dñs ieſus ſpiri-
tuſqꝫ ſanctus dat⁹ eſt nobis. Idē quoqꝫ Ambro. in libro de vocatiōe Ambro. li.
oīm gentiū infit. Sicut nulla ſunt tam deteſtanda facinora:q̄ poſſint de vocatiōe
grē arcere domū:ita nulla poſſe tā p̄clara opa exiſtere:quib⁹ hoc qđ oīm gentiū
gratis tribuit per retributiōis iudiciū debeat:vileſceret eñi redēptio cap. v.
ſanguinis chriſti. Diu⁹ quoqꝫ pater Aug. longe aliter ſentit de blaſ- Auguſtin⁹
phemia in ſpm̄ſanctū:vnde in libro quē de eadē blaſphemia in ſpiri-
ritūſanctum intitulauit (infit) Nōnullis videt eos tantūmodo pecca
re in ſpiritūſctm̄:qui lauacro regñationis abluti in eccleſia ꝛ accepto
ſpūſctō:velut tanto poſtea dona ſaluatoris ingrati mortifero aliquo
peccato ſe immiſerint:qualia ſunt vel adulteria vel homicidia:vel ipa
diſceſſio ſiue omnimodo a nōie chriſtiano ſiue a catholica eccleſi a:ſꝫ
iſte ſenſus vnde ꝓbari poſſit ignoro:cum ꝛ penitētie quorūcūqꝫ cri-
minum locus in ecclia nō negetur. Lumē ergo (inquit) expoſitiōis a
dño requiramus. Erigite ergo fratres:erigite ad me aures:ad dñm
mentes. Dico claritati veſtre forte in oīb⁹ ſanctis ſcripturis nulla ma-
ior queſtio / nulla difficilior inuenitur:vnde vt vobis aliq̄d de meipſo
(inquit) fatear ſemp in ſermonib⁹ quos ad ppl'm habui hui⁹ q̄ſtio-
nis difficultatē moleſtiāqꝫ vitari: Pri⁹ ḡ vt aduertatis ꝛ intelligatis
admoneo nō dixiſſe dñm. Oīs blaſphemia in ſpm̄ non remittet:neqꝫ
dixiſſe. Qui dixerat quodcūqꝫ verbū cōtra ſpm̄ſanctū nō remittet ei:
ſed qui dixerit verbū. Illud eñi ſi dixiſſet:nihil nobis oīno remaneret
vnde diſputare poſſem⁹. Neceſſe eſt igit vt ſit aliqua blaſphemia et
aliquod verbū:qđ ſi dicat cōtra ſpm̄ſanctū nullā vnꝙ veniā remiſſio
nēqꝫ mereat:qꝛ ſi oē acceperim⁹ q̄ſnā poterit ſaluari. Si aūt rurſus
nullū putauerim⁹:cōtradicim⁹ ſaluatori. Quiſnā ſit aūt iſte blaſphe-

mādi modus vel potius immoderatio q̄ nā ſit iſta blaſphemia. ⁊ qđ
ſit verbum cōtra ſpiritūſanctū veſtrā expectationē nō vlterius diffe-
ram⁹. Dico ergo ꝙ ipſa impenitētia eſt ſpūs blaſphemie q̄ nō remit
tet̄ neq̄ȝ in hoc ſeculo neq̄ȝ in futuro: hec oīno impenitētia nō habet re
miſſionē neq̄ȝ in hoc ſeculo neq̄ȝ in futuro: qꝛ penitētia īpetrat remiſ
ſionē in hoc ſeculo q̄ valeat in futuro. Sȝ iſta impenitētia vel coꝛ im
penitēs: ꝙdiu quiſq̄ȝ in hac carne viuit nō pōt iudicari. De nullo eñ
deſperādū eſt ꝙdiu patiētia dei ad penitētiā adducit: nec de hac vita
rapit impiū: q̄ nō moꝛtē vult impij tm̄ vt reuertat̄ ⁊ viuat. Quiſquis
igitur re⁹ fuerit impenitētie ꝯtra ſpiritū īquo vnitas ⁊ ſocietas ꝯmu
nionis congregat̄ eccleſie: nūꝙ illi remittet̄: qꝛ hoc ſibi clauſit vbi re
mittit̄: ⁊ merito dānabit̄ cū ſpū q̄ in ſeipſuȝ diuiſus eſt: diuiſus ⁊ ipē
cōtra ſpiritūſanctū q̄ in ſe ipm̄ diuiſus nō eſt. vñ cū dꝛ oīs q̄ dicit ver
bū in filiū hoīs remittet̄ illi: ei aūt q̄ in ſpiritūſanctū blaſphemauerit
nō remittet̄ illi ſcȝ blaſphemia coꝛdis impenitētis qua reſiſtit̄ remiſ
ſioni peccatoꝝ q̄ fit ī eccl̄ia ꝑ ſpiritū ſanctū. Quā blaſphemiā nō ha
buit petr⁹ quē mox penituit qñ amare fleuit: victoq̄ȝ ſpiritu q̄ in ſe ip
ſum diuiſus eſt ⁊ q̄ eū vexādū popoſcerat: cōtra quē ꝓ illo dñs roga
uit ne deficeret fides eius. In hac vero lectione ſm̄ Matheū multo
manifeſti⁹ aperuit dñs quid hic vellet intelligi: ideſt ꝙ ipē dicat ver-
bū cōtra ſpiritū ſanctū q̄ vnitati eccl̄ie coꝛde impenitēti reſiſtit: vbi in
ſpū ſancto fit remiſſio peccatoꝝ ipius aūt ſpūs blaſphemia illa que
fit in coꝛde impenitēti huic tanto dei dono vſq̄ȝ in finē vite iſtius reſi
ſtat̄ nō remittet̄. Dicitur eñ verbū ꝯtra ſpiritūſanctū cū ex diſperſio-
ne ad ꝯgregationē nūꝙ venitur: q̄ ad remittēda peccata accepit ſpi
ritūſanctū. Unū ergo ſuffugiū ē: ne ſit irremiſſibilis blaſphemia coꝛ
impenitēs caueatur nec aliter penitētia prodeſſe credat̄ niſi vt tenea
tur eccleſia vbi remiſſio peccatoꝝ datur: ⁊ ſocietas ſpūs in pacis vin
culo cuſtodit̄: hec ſūt q̄ đ ſpiritu blaſphemie Auguſtin⁹ ſentit. Ad au
ctoꝛitatē apl̄i ad hebꝛeos. vj. cū dꝛ impoſſibile eſt eos q̄ ſemel illumi
nati ſunt ⁊ reſpondeo ꝙ nō dꝛ ſimpliciter. Impoſſibile renouari ad
penitētiā ſȝ impoſſibile renouari ad penitētiā recrucifigētes in ſe ip-
ſis filiū dei ⁊ exēplū ignomine faciētes quod facerent certe qui poſt
baptiſmalē illuminationē: lapſi ꝑ iteratū baptiſma lapſuȝ penitētes
ſe renouari putarēt queadmodū iudei q̄ poſt ꝑpetrata delicta iteruȝ
fundamēta fidei/penitētie/baptiſmatis/impoſitiōis manuū ⁊ reli
quoꝝ: ac ſi nūꝙ pri⁹ baptiſmati fuiſſent ⁊ de nouo veniſſent ad fidei
⁊ chꝛiſti cognitionē cū id facere nō debuiſſent. Nā ꝑ baptiſma ꝯmo
rimur ꝯſepelimur ⁊ reſurgimus chꝛiſto: qđ nō niſi ſemel accidere po
teſt nā ſemel moꝛtu⁹ ſemel ſepult⁹ ſemelq̄ȝ reſurrexit dñs. Sȝ age ſi
poſt baptiſmū eſt lapſus penitentie locus: q̄s nā ille eſt ſi non ſit per

ablutionis lauacrum. Eſt proculdubio penitentie locus. Nam ſi non eſſet: non tradidiſſet apoſtolus inceſtuoſum fornicarium ſathane in interitum carnis vt ſpiritus eius ſaluus fieret in die domini ſi non eſſet non diceret ſpiritusſanctus id quod ad Ephesios audiuimus ſurge qui dormis ⁊ exurge a mortuis: ⁊ illuminabit te chriſtus: quid enim hoc aliud eſt: ꝙ ex operibus mortuis vocare ad penitentiam. Quid nam aliud vult Paulus cum ſcribit ad Timotheum: vt cū mãſuetudīe corripiat eos q̄ reſiſtūt ne forte det eis deꝰ penitentiã ad cognitionē veritatis ⁊ reſipiſcãt a laqueo diaboli. Ecce quomō fidelibꝰ: poſt lapſuz relinquat̃ indubitãter penitētie locꝰ ſʒ dices Cū nō ꝑ lauacrū (nã id vt dictuz eſt impoſſibile: ⁊ tētare ꝓbanuz) q̄d nã faciēdo ꝓculdubio adeundo cū fiducia ad thronū gr̃e vt miſericordiã accipiamꝰ ⁊ gr̃am inueniamꝰ: in auxilio oportuno in apocalipſi oēs ferme angeli ſeptē eccleſiaꝝ q̄ erãt illaꝝ eccleſiaruʒ epiſcopi ⁊ paſtores ꝙ haberent aliquid operis mortui admonentur penitentiam agere. Quapropter inquit aquila ſecretorum celeſtium Johãnes. ſi confiteamur peccata noſtra fidelis eſt ⁊ iuſtus vt remittat nobis peccata nr̃a ⁊ emūdet nos ab oī iniquitate Veꝝ ij̄ q̄ poſt tãtaʒ gr̃am dei in lauacro infuſionē poſt multiplicium lapſuū diuiſionē ſēꝑ in mala reuoluunt̃ opa nihil boni vnq̄ꝫ operãtes quaſi ſterilis ager aut ſolum noxias ꝓferens herbas. ij̄ oſtendunt ſe maledictionis eſſe filios ⁊ iuſticie dei reſeruatos in gehennalis ignis eternū ſuppliciū. Quãobrē ſubdit Paulus dicēs. Terra em̄ ſepe ſuꝑ veniētē bibēs hymbrē ⁊ ꝓferens herbã eis ꝓpter quos colitur idoneam accipit benedictionē a deo: q̄ aūt ꝓfert ſpinas ⁊ tribulos reproba eſt ⁊ maledictioni proxima cuius finis in cōbuſtione eſt. Ad auctoritatē herme reſpondeo ꝙ ipſa difficultatem dixit non impoſſibilitatem cum ait Difficile enim viuet deo. Johãnes enim ait ſi quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem ieſum chriſtum iuſtum ⁊ ipſe eſt propiciatio pro peccatis non pro noſtris autem tantum ſed etiam pro totius mundi. Et ideo (inquit Ambroſius) reuertimini ad eccleſiaʒ ſi qui vos ſeparatis impie. Omnibus enim conuerſis pollicetur: veniam quia ſcriptum eſt omnis qui inuocauerit nomē domini ſaluus erit deniq̄ʒ etiam iudeorum populus qui dicebat de domino ieſu demonium habet qui dicebat in beelzebub eijcit demonia qui crucifixit dominum ieſum Petri predicatione vocatur ad baptiſmum vt ſceleris tanti merita deponat Arbitror enim ꝙ etiam iudas potuiſſet tanta dei miſeratione non excludi a venia ſi per penitentiaʒ non apud iudeos: ſed apud chriſtum egiſſet: ſed audiant qui agunt penitentiam: quō agere debeant quo ſtudio quo affectu: qua mentis intentione: q̄ intimorū ꝯcuſſione viſceꝝ qua cordis ꝯuerſiōe vide inq̄t dn̄e q̄ꝛ tri

Ambroſiꝰ libro ſecundo de penitētia Capl. iiij. v. ⁊. vj.

bulo. venter meꝰ turbatus eſt a fletu meo: cõuerſum eſt coꝛ meũ i me.
Tre. ij. C. Cognouiſti intentionẽ animi: fidẽ mentis cognoſce et habitũ coꝛpo
ris ſederũt inq̃t in terra: tacuerũt ſenioꝛes filie ſyon et impoſuerunt
terrã ſup caput ſuũ p̃cinxerũt ſe cilitio deduxerũt in terrã pꝛincipes:
virgines hieruſalẽ in lachꝛymis defecerunt: oculi mei caligauerunt.
Jone. iij. D Turbatus eſt vẽter meꝰ: effuſa eſt in terra gloꝛia mea. Sic fleuit ni
niue populus: ⁊ denũciatũ excidiũ ciuitatis euaſit. Tãta eſt eniꝫ pe
nitẽtie medicĩa. vt mutare videat̃ deꝰ ſentẽtiã ſuã. In te eſt igit̃ vt eua
Luce. xxiij. das: vult ſe rogari dñs vult de ſe ſperari vult ſibi ſupplicari homo eſt
D. ⁊ vis rogari vt ignoſcas ⁊ putas deũ tibi nõ rogãti ignoſcere. Ipſe
ij. Reg. xx- dñs hieruſalẽ fleuit: vt q: ipſam flere nolebat dñi lachꝛymis ad ve
iiij. B. niã ptineret ip̃e nos flere vult vt euadere poſſimus: ſicut habes ſcri
ptũ i euãgelio filie hieruſalẽ nolite me flere: ſꝫ vos ip̃as flete. Fleuit
Dauid ⁊ meruit vt moꝛtẽ ppl̃i pereũtis diuina remoueret miſericoꝛ
dia quãdo tribꝰ ſibi p̃poſitis optionibꝰ eã tñ in qua maioꝛẽ dñi miſe
Ezec. ij. D. rationẽ experiret̃ elegit. Quid erubeſcis tu peccata tua flere cũ deus
pꝛophetas iuſſerit flere ꝓ populis. Deniqꝫ ⁊ ezechiel iuſſus eſt flere
hieruſalẽ ⁊ accepit librũ in cuius capite ſcripta erãt lamẽtatio ⁊ me
Eccle. vij. los ⁊ ve: duo triſtia: et vnũ delectabile: quoniã ille ſaluꝰ erit ĩfuturũ:
Luce. vj. D. q̃ in hoc ſeculo plus fleuerit. Coꝛ eꝝ ſapientiũ in domo luctꝰ: et coꝛ
ſtultoꝝ in domo epularũ. Et ipſe dñs ait beati qui nũc fletis: quia
ridebitis.

## Quare in Luca pater Joſeph Heli ſcribitur et in Matheo Jacob. Cap. vj.

Quoniã de gñationibus chꝛiſti varie nobis Matheus ⁊ Lucas euãgeliſte tradiderũt ⁊ ꝯtraria ſibi aquã plurimis dicere putãtur. In hoc etiã nõnulli fideliũ veritatis ignoꝛãtia cõuẽta quedã ꝓ ſuis q̃ſcꝫ opinationibus cõnatur adhibere: etiã de hoc hiſtoꝛia in mediũ ꝓferamus. Affricanus ſcribẽs ad ariſtidẽ quẽdã de euãgelioꝝ cõſonãtia: ⁊ de genealogijs q̃ a Matheo et Luca diuerſe referũtur ceteroꝝ quidẽ opiniões procul a veritate dei errãtes coarguit. Ipſe autẽ hiſtoriã quã cõpererat in his ipſis ꝓtulit verbis. Apud gẽtẽ inquit iſrael gñationũ noĩa nũc ſm nature nũc etiã ſm legis oꝛdinem numerãtur nature quidem ſucceſſiones habentur que ex ſeminis vel ſanguinis veritate deſcendunt legis autem quis filius alio generante ſubſtituitur: ſub nomine fratris defuncti ſine liberis. Cum ergo huiuſcemodi apud eos generationum oꝛdines ſeruarentur vt quidem ex ipſo

germine quidē ex ſubſtitutione ab alijs generati alijs filij legis bñ-
ficio deputarentur a ſingulis euāgeliſtarū vtriuſcꝫmodi cōmemora
ta ſucceſſio eſt. ideſt vt alter eorū eū q̇ genuiſſet: alter vero eū q̇ qua-
ſi genuiſſe videret exponeret. Et ita fit vt neutrū euāgeliū mētiat dū
aliud nature ordinē: aliud vero legis exequeret. Ex diuerſo eñi pa
trū gñe efficiunt Jacob ꝛ Heli vterini fratres quorū alter. i. Jacob
fratris heli ſine liberis defuncti vxorē ex mādato legis accipiēs ge-
nuit Joſeph natura q̇dē germinis ſuū filiū: ꝓpt qđ ꝛ ſcribit Jacob
aūt genuit Joſeph: ſm ꝯo legis ꝓceptū Heli efficit fili⁹ cui⁹ Jacob
qꝛ frater erat vxorē ad ſuſcipiēdū fratris ſemē acceperat. Et per hoc
Affrican⁹ inq̇t rara inuenit atqꝫ integra gñatio ꝛ ea quā Matheus
enumerat dicēs. Jacob aūt genuit Joſeph: ꝛ ea quā Lucas ꝯpetēti
obſeruatōe deſignat dicēs q̇ putabat eſſe fili⁹ Joſeph. q̇ fuit Jacob.
Qui ꝛ ipe ſubſonāte eadē diſtinctiōe Heli eſſe filius putabat q̇ fue
rat melchi: qꝛ legalē hāc ſucceſſionē q̄ velut adoptione quadam er-
ga defunctos conſtat magis ꝙ germinis veritatē cōpetenti ſatis de
ſignauit iudicio obſeruans euāgeliſta: ne oīno in huiuſcemodi ſuc-
ceſſionibus genuiſſe aliquē noīaret per qđ digna diſtinctione nō de-
ſcendens ſed aſcendens vſqꝫ ad adā: et ad ipſum vſqꝫ peruenit domi
nū. De hac autē opinione ampliora videbis apud Euſebiū libro pri Euſebius
mo hiſtorie eccleſiaſtice cap. vj. ſi per ociū lꝫ. Beat⁹ quoqꝫ Auguſti Auguſtin⁹.
nus de genealogia Joſeph aliter ſentit i lib. queſtionū veteris ꝛ no-
ui teſtamēti queſtione. lvj. ita infit. Nō eſt ambiguū patrē Joſeph
Jacob fuiſſe: ordo eñi a dauid ꝑ Salomonē tramitē ſuū tenēs recto
curſu peruenit ad Jacob. cuius filius eſt Joſeph. Heli autē filius
Mathat: a dauid per Nathā filiū eiuſdē dauid ordinē tenet vſqꝫ ad
tēp⁹ quo ſaluator aduenit vnde ſinguli euāgeliſte a dauid ſingulorꝫ
fratrū generationū ordines ꝓſecuti quaſi furtim fugam fecerūt: vt
Matheus a dauid per ſalomonē deſcenderet ad Joſeph. Lucas ve
ro ab Heli qui tempore fuit ſaluatoris aſcendit per traducē Nathā
filij dauid ꝛ vtriuſqꝫ. i. Heli ꝛ Joſeph iunxit tribum oſtendēs vnius
generis eſſe vtrūqꝫ vt cū Heli ſociat Joſeph non diſcrepare eos in
generatione ſed fratres oſtendat. Ac per hoc non ſolum ipſius Jo-
ſeph filiū eſſe ſaluatorē ſed et Heli ipſa enim ratione ꝙ ipſius Jo-
ſeph filius dicitur ſaluator ipſa eſt et Heli: filius ꝛ ceterorum oīm
qui de eadē tribu ſunt: hinc eſt ꝙ dicit apoſtolus. Quorū patres et
ex quib⁹ chriſtus ſcđm carnem. Diuino etenim nutu permotus Lu-
cas eſt vt ab Heli per traducem Nathan aſcenderet ad dauid: ꝛ per
tharē patrem eius aſcenderet Sem filiū Noe ꝛ adhuc ſuper diluuiū
perueniret ad Seth filiū Ade qui reddit⁹ erat pro Abel et eadem ra
tione faceret filium Ade ſaluatorem qua dicebat filius eſſe Joſeph

et Heli ſup̲ aũt adã tráſcẽdẽs aſſignaret ante oẽm carnẽ chriſtũ filiũ
dei eſſe illð qð q̃buſdã videt᷑: qꝛ Heli acceperat vxoꝛẽ Jacob quõ lex
mãdauit vt ſi q̃s moꝛtuꝰ fuiſſet ſine filijs accipet frater aut ꝓpinquꝰ
vxoꝛẽ eiꝰ: ꝛ reſuſcitaret ſemẽ fr̃is ſui. Et ita factuꝫ vt Heli generaret
Joſeph Jacob cuiꝰ vxoꝛẽ acceperat: ꝛ p̲ hoc iũgi gñationẽ vt nõ im
merito Joſeph patrẽ habere Heli dicat᷑. hoc inquit Auguſtinꝰ. nec
Auguſtinꝰ probabile eſt nec ad vllã rẽ ꝓficit illð aũt qð ſupꝛadictũ eſt ꝛ p̲ gene
rationẽ iũgit duos fratres filios vniꝰ ꝛ chꝛiſtum oſtẽdit filiũ dei eſſe
ante oẽm gñationẽ Euãgeliſta em̃ cum referret dicẽs. Et ip̃e ieſus
erat incipiẽs fere annoꝝ trĩginta filius ſicut putabat᷑ Joſeph q̃ fuit
Heli. i. ieſus filius eſtimabat᷑ Joſeph. Et nõ ſolũ Joſeph erat filiꝰ
ſꝫ et Heli, nõ qꝛ Joſeph filiũ dicit Heli: ſꝫ eodẽ genere quo Joſeph
vocabat᷑ filiꝰ eſſe ieſus: ita erat etiã filiꝰ Heli ꝓpter qð fratrum filij
erãt Joſeph ꝛ Heli. i. Salomonis ꝛ Nathan filioꝝ Dauid vt per
Dauid aſcẽdẽs ad Abꝛahã ꝛ Noe ꝛ Seth ꝛ ad ip̃m Adam vt ſup
Adã doceat eſſe chꝛiſtũ filiũ dei cũ em̃ dicit. Qui fuit filiꝰ Seth qui
fuit filius Ade q̃ fuit filiꝰ dei: chꝛiſtũ vtiqꝫ ita dicit Ade filiũ ſicut dice
bat᷑ filiꝰ Joſeph hec Auguſtinus. Nõ eedẽ pſone ſunt (inquit Ori
Origenes. genes) in gñatiõe ſaluatoꝛis quãdo deſcẽdere dicit᷑ ꝛ quãdo cõſcen
dere. Qui em̃ inquit fecit eũ celis tibi deſcẽdẽtẽ: mulieres nõ quaſli
bet. Sed peccatrices: et quas ſcriptura rep̃hẽderat: introducit: q̃ ve
ro baptiſatũ narrat: nulliꝰ facit mulieris mẽtionẽ. i Matheo ergo in
q̃t noĩat᷑ Thamar: q̃ cũ ſocero fraude cõcubuit: ꝛ Ruth moabitĩ nec
de genere iſrael: et Raab q̃ vnde ſũpta ſit ſcire nequeo: et cõiũx Vrie
q̃ violauit mariti thoꝛũ. Qꝛ em̃ dñs nr̃ atqꝫ ſaluatoꝛ ad hoc venerat
vt hominũ peccata ſuſciperet et eũ q̃ nõ fecerat peccatũ ꝓ nobis moꝛ
tuus eſt: ꝓpterea deſcẽdẽs inquit Origenes in mũdũ aſſumpſit pec
Origenes. catoꝝ hoĩm vitioſoꝛũqꝫ pſonã: et naſci voluit de ſtirpe Salomonis
cuius peccata cõſcripta: et Roboã cuius delicta ferunt᷑: et de ceteris
eiꝰ q̃bꝰ multi fecerũt malũ in ɔſpectu dei. Quãdo vͦ lauacro cõſcen
dit: ꝛ ſcõs Oꝛdo eſſe deſcribit᷑ nõ p̲ Salomonẽ ſꝫ p̲ Nathã naſcitur
qui eius arguit patrẽ ſup̲ Vrie moꝛte oꝛtuqꝫ Salomonis. Sed in
Matheo ſemp̲ gñationis nomẽ adiũgit᷑ in Luca vͦ penitꝰ ſiletur
In Matheo nõ eſt ſcriptũ incipiebat. in Luca vͦ qꝛ de baptiſmate
cõſcẽſurꝰ erat incipiebat legit᷑ ſcriptura referẽte. Et ip̃e erat icipiẽs.
Quãdo em̃ baptizatus eſt: myſteriũ ſcðe generationis aſſumpſit vt
tu quoqꝫ pꝛioꝛẽ natiuitatẽ deſtruas: et in ſcða regeneratiõe, naſcaris:
et tunc dicit᷑ incepiſſe. Et quomõ populus iudeoꝝ quãdo erat i egy
pto nõ habebat initiũ mẽſiũ: quãdo vero regreſſus eſt in egypto tũc
dicitur ad eũ: menſis iſte initiũ, mẽſiũ pꝛimus erit vobis de menſibꝰ
anni ſic q̃ nec dũ ẽ baptizatꝰ: nec cepiſſe narrat᷑ hec Origenes. Dicet

forſitan aliquis quid eſt quod probet mariã matrem domini ex tribu et ſemine eſſe Dauid: cũ nõ ipſius genealogia: ſed Joſeph a Mattheo et Luca deſcribatur reſpondeo: et idonei teſtis pro feramus ſermonem. Dicit enim angelus ad mariam inter cetera. Et dabit illi dominus deus ſedẽ Dauid patris ſui ⁊ regnabit in domo Jacob in eternum et regni eius nõ erit finis. Quomodo diceretur ab idoneo teſte pater eius Dauid: ſi non eſſet maria ex ſemine Dauid.

¶ An ſexta hora crucifixus eſt domin⁹: vt in Mattheo et Luca et Joanne legitur: an vero tertia vt dicit Marcus. Cap. vij.

CJ vno ore et ratione euãgeliſte locuti ſunt: quõ factum eſt vt tribus ducentib⁹. i. Mattheo Luca ⁊ Joanne: q꞉ ſexta hora crucifixus eſt dñs: Marcus e diuerſo tertia hora crucifixum dicat ſaluatorẽ: reſpondet Aug. ꝙ obſcuris vera inuoluere nõ eſt bonum. Nam tres euãgeliſte vnum ſenſum habuerunt. Marcus autem rem que ab illis ꝑtermiſſa fuerat voluit intimare ſciens neceſſariam. Nec enim falli poſſet qui autorum exempla ſecutus ea que ſcripſit magna deuotione et induſtria didicit/ et nec ſine ſancto ſpiritu fecit. Quid ergo ex hoc oſtendere voluit debet abſolui. Contuendum itaqꝫ eſt: q꞉ non a pilato ſed a iudeis ſaluator crucifixus eſt. Quantum eniꝫ ad leges romanas ꝑtinuit/ innocentem pronunciauit ſaluatorem. Ait eniꝫ pilatus iudeis Ego nullam inuenio cauſam in eo. Et dicentibus illis. Crucifige euꝫ reſpondit. Quid eniꝫ mali fecit? Deniqꝫ perſiſtens et volens educere eum de manibus eorum calumniam paſſus eſt dicentib⁹ eis. Si hũc dimittis non es amicus Ceſaris: omnis eñi qui ſe regẽ facit contradicit Ceſari. Sic factum eſt vt traderet eum iudicio illorum: ſententiam ergo non dedit Pilatus ſed iudei. Deniqꝫ premoniti ſunt inquit a principibus ſacerdotum vt dicerent. Crucifigatur. Hanc ſentẽtiam tertia hora datam vult intelligi in qua aſſiduis vocibus perdurantes cum interuallo horarũ fere trium quibus itũ ⁊ reditum eſt ab herode crucifixerunt ſaluatorẽ. Oĩs eniꝫ qui addicit᷑ morte ex eo iam mortuus cõputatur quo ſentẽtiã excepit. Manifeſtauit igit᷑ Marcus: q꞉ non in iudicis ſententia ſaluator crucifixus eſt. Difficile enim eſt innocentẽ ꝓbare eũ: qui ſententia iudicis punit᷑. Diſcordare ergo ſe paſſus ẽ in verbo: vt doceret tertia hora ceptũ eſſe qđ ſexta hora impletum eſt: nõ legim⁹ ſed ꝑſiſtente maliuolentia iudeorum. Auguſtin⁹.

¶ An demones cognouerint chriſtum. Cap. viij.

Marci. j. d. j. Corin. ij. b.

Si forſitan aliquis querat quō Marcꝰ euangeliſta demonia cognouiſſe ait ꝛ ꝓfeſſa eſſe ieſum: ecōtra autem apl'us principes et poteſtates huiꝰ ſeculi neget cognouiſſe diuinitatem dñi ieſu. Dicit eñ inter cetera Marcus. Sciebant eñ ipſum eſſe. Apl's vero quē nemo inquit principū huiꝰ ſeculi cognouit: ſi eñ cognouiſſent nūq̄ dñm maieſtatis crucifixiſſent: ſi demonia ſciebāt: quō principes ignorabant?

Aug. in li. j. ve. et no. teſtamē. q. lxv. Actꝫ. iij. c. Ephe. vj. b

Quibuſdā (inquit Aug.) videꝛ principes huiꝰ ſeculi maiores iudeorum ſignificaſſe quaſi iuxta qđ Petrꝰ apl's dicit. Scitis eñ (inquit) fratres: qꝛ per ignorantiā geſſiſtis hoc malū ſicut et principes veſtri. Ergo iudeorū erant principes non tñ huiꝰ ſeculi principes erāt. Unde ait. Uꝛi non ſeculi: quippe cū dixerint regē ſe habere Ceſarē ſub cuius fuerāt redacti poteſtate. Sūt aūt iſti hi principes q̄s alio loco ſignificauit apoſtolus dicēs. Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnem et ſanguinē: ſed aduerſus principes et poteſtates huius mundi aduerſum tenebrarū harū rectores. Recte ergo queriꝛ. Si eñ iſti nō cognouerūt ieſum: quō poterat fieri vt demonia agnoſcerent eū. Sȝ aliud eſt qđ cognouiſſe in chriſto demones dicit: ꝛ aliud qđ huius ſeculi principes negat cognouiſſe. Nā demonia ſciebāt ipſuȝ quidem qui per legē fuerat ꝓmiſſus. Omnia eñ ſigna videbāt in eo que dixerant futura eſſe ꝓphete: vt q̄ ex ſemine Dauid de virgine vēturꝰ eſſet redemptor iſrael: miſteriū aūt diuinitatis eiꝰ ignorabāt ſicut et principes eorū. Deniq̄ querit q̄uis captioſe diabolus a ſaluatore, dicēs. Si tu es filius dei ꝛc. videns eñ aliqñ diuinā virtutē: aliquando hominis infirmitatē ambigens quid verū eſſet: torquebaꝛ. Concordant ergo ſcripture ſcđm ea que reuelata ſunt: impoſſibile eſt enim diſcordare vnius ſpiritus viros.

## ¶ An aliquis viderit deum. Cap. ix.

Geneſis xxxij. b. Eſaie. vj. Ioan. j. b. Auguſtinꝰ

Quid eſt quod Iacob appellatus eſt hō videns deum ꝛ Moſes vidit deū facie ad facieȝ: necnon ꝛ Eſaias vidi (ait) deum ſabaoth oculis meis. Contra aūt Ioānes euāgeliſta: nemo vidit deū vnq̄: h̄ q̄tū videꝛ (infit Augu.) cōtrarium eſt: q̄tuȝ ad fidē vero pertinet deū oīno nemo vidit vnq̄: neq̄ patrē neq̄ filiū. Qđ eñ viſus diciꝛ ad intelligētiam referꝛ. Uiſus eſt eñ velut in imagine veluti nos cum imperatores neſciamus / videmus eos in figura non in veritate: ita et deus viſus eſt vt intelligereꝛ deꝰ eſſe qui apparebat per rationē nō per ſubſtantiā: qꝛ in natura ſua deꝰ videri nō pōt. Et vtuerius ꝓpoſite q̄ſtionis ſecreta pandamꝰ ſenſum euāgeliſte explicare nitamur. Ioannes

enim occultum aliquid prodere voluit qđ ſciuit ad ſalutarē doctrinā pertinere: idcirco. Deū inquit nemo vidit vnq̄ niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit: vñ Auguſtin⁹ tractatu. Ego ſuꝫ qui ſum ait deus pater ⁊ filius et ſpirituſſanctus natura propria inuiſibilis eſt: apparuit aūt q̄ñ voluit: nō vt eſt ſed vt voluit cui ſeruiūt oīa: i igne apparuit nō eſt ignis: in ſono apparuit nō eſt ſonus: non ſunt hec deus ſed indicāt deū: hec ille. Animaduertamus ſenſum euāgeliſte vt euiđe꜡ eſt qꝛ ꝙ nemo vidit deū vnq̄ oſtēderet filiū hoc enarraſſe docet quē falli vtiq̄ꝫ impoſſibile eſt: qꝛ in ſinu patris eſt. Sinus aūt patris quid eſt niſi affect⁹ in charitate veri patris ꝑ nature vnitatē in filiū. Quāobrē nemo vidit deū niſi vnicus fili⁹: hec Joānes apoſtolus filiū dei audiuit dicentē inter alia: non qꝛ patrē vidit quiſq̄ niſi qui eſt a deo hic vidit patrē vt ergo ad condēnationē proficeret iudeo꜡ qui chriſtū dei filiū audire nolebant vel credere oſtendit euāgeliſta hunc eſſe chriſtū qui patribus apparuiſſet in deū: illū aūt qui pater eſt nūq̄ videri niſi a filio: q̄ſ em̄ deū patrem negat viſum et deuꝫ apparuiſſe patribus ꝯfitetur manifeſtare ſe vult dei fili⁹: qꝛ ipē ſemper in deū viſus a patrib⁹ eſt. Unde inter cetera dicit iudeis de patre Neq̄ꝫ vocē eius audiſtis aliquando: neq̄ꝫ figurā eius vidiſtis. Ecce non eſt contrariū: ⁊ viſum et inuiſum eſſe deū. Deus (inquit Ambroſius) ⁊ ſi abrahe viſus eſt in forma humani corporis viſus eſt quo. ſ. poſtremis tēporibus in hoīe venturus eſſe demōſtraret. Et ſi filiuꝫ dei viſum a patribus approbamus ſic vt non totum in illo qđ de⁹ eſt videretur: ſed diſpōnes rerū futura꜡ que ſuis quibuſq̄ꝫ tēporibus cōplenda erāt. In illo per imaginē cernerentur. Nā quis filiū dei videre potuit anteq̄ cōſpicabilē materiā ſicut ei placuit aſſumpſit: vel ipſum hoiem induere dignatus eſt vides ergo per oīa heretice characteres diuinarum ſcripturarū in honore dei patribus ꝯſtenſos: nō tñ ipſum deū vt eſt proprie reuelatū. Deniq̄ꝫ dū moſes oraret vt faciē dei pure videret quid ad illū cōtinuo de⁹. Nō poteris (inquit) videre faciē meā non em̄ videbit homo faciē meam et viuet hoc ipſo ꝙ negatur aſpectus charitas aſſignatur q̄ ſcꝫ tanta eſt quāta credenda eſt que inuiſibilis iudicat. Cū ergo moſes (qui et ſitum celi et ordines mūdi: et elemētorum vices. totius deniq̄ꝫ orbis ornamēta digeſſerit) indicarit expreſſerit: cui ipſe dñs teſtimoniū perhibuit dicens. Nemo erit ex prophetis: vt ſeruus meus moſes: cui facie ad faciem os ad os locutus ſum: deus tñ pure videri non potuit merito q̄dem ꝓphetia oīm dignus: ſed non vſq̄ꝫ adeo vt intueri deum valeret: quia homo tātūmō eſſet. Nō enim ſic humanis aſpectibus reuelatus eſt: vt tota i illo deitas appareret: ſꝫ ad vicē ſpeculi cū cōceptos intra lucem ſuā vult⁹ quaſi ad plenā effigiem hoīs includit: ita maieſtas ei⁹

Diuus ambroſius in libro de fide cōtra arrianos ca. viij.

Exod. xxxiij. D.

Nūeri. xij. b

preeūte fulgore intra id viſum eſſe ꝙ imaginē veritatis nō ipſuꝫ deū ꝓpe demōſtraret: hec Ambroſius. Rurſuꝫ alij exiſtimāt illos tres celos (ad quorū tertiū ſe raptū Paulus ſcribit) ſumēdos eſſe ſcđꝫ triplicē diuina cognoſcēdi gradū. Nēpe res diuinas cognoſcit animus hūanus prio nature ꝛ rerꝫ corpearꝫ ꝯtēplatōe ad quā viā philoſophi etiā nr̄e fidei exptes ꝑuenerūt. Et hoc primū eſt celū ſcđo fide ꝛ cetera credulitate eorū q̄ ſcriptura tradit eſſe credēda; quomō chriſtiani hāc degētes vitā deū agnoſcūt. Et hoc ſcđm eſt celū. Tertio diuina cognoſcit anim⁹ p̄ſenti rerꝫ intuitu ꝑ lumē glorie quomō beati in illa celeſti patria deū agnoſcūt. Et hʼ tertiū ē celū. Ad qđ poſtremū rapt⁹ fuit (inqunt) Paul⁹: qꝛ ad id tertiū cognoſcēdi deū gen⁹ diuīo īdultu ac numere ꝑuect⁹ extitit ꝛ iſti⁹ opinionis videt̄ eſſe diuus Augu. nā dicit libro .xij. De geneſi ad litterā cap. xxvij. ꝛ. xxviij. explicite ꝙ Moſes ꝛ Paul⁹ viderūt eſſentiā diuinā ſicut vident beati in patria vñ dicit nō ꝑ ſpeculū in enigmate ſꝫ facie ad faciē qđ de moſe dictū ē os ad os mūdo corde deū videbūt ꝑ ſpeciē ſcꝫ qua de⁹ eſt q̄cquid eſt. Et poſt pauca. Cur nō credam⁹ ꝙ tāto apoſtolo doctori gētiū rapto vſqꝫ ad iſtā viſionē voluerit demōſtrare de⁹ vitā in qua poſt hāc vitā viueret in eternū intelligēdū tñ ꝙ de hac viſione ꝑfecta loquēs libro eodē cap. xxvj. et. xxvij. inquit in patria videbit̄ claritas dñi nō ꝑ viſionē corporalē ſicut in mōte ſinai: nec ꝑ ſpiritalē ſicut vidit Eſaias ꝛ Johānes in Apocaliplſi: ſꝫ ꝑ ſpeciē nō ꝑ enigmata quātū ea hūana mēs pōt capere ſcđm aſſumētis dei gratiā. Sic intelligendū inquit arbitror qđ de moſe ſcriptū eſt. Cōcupierat em̄ videre deū: nō vtiqꝫ ſicut viderat in mōte vel in tabernaculo: ſꝫ in ea ſubſtātia q̄ de⁹ eſt nulla aſſumpta corporali creatura q̄ ſenſib⁹ p̄ſentet̄ aut ſimilibus corporꝫ ſꝫ ꝑ ſpeciē ſuā quātū eā pōt capere creatura rationalis: ꝛ intellectualis. Sꝫ forſitā aliqs q̄rere poſſet. An q̄ viderūt deū ſcꝫ moſes ꝛ Paulus ꝓ illo inſtanti quo viderūt diuinā eſſentiā fuerint beati. Reſpondēdū eſt ꝙ ſic nā ſcđm Auguſtinū .vij. de ciuitate dei: beatitudo eſſentialis ꝯſiſtit in ꝑfecta viſione diuine eſſentie accipiēdo beatitudinem ꝓ actu: nō aūt accipiēdo ꝓ ſtatu qꝛ ibi nō ꝑmāſerunt. Rurſum alius queret. Si diſcedēte tali viſione recordabant̄ de viſis. Reſpōdeo ꝙ oīs viſio ꝑfecta naturaliter relinquit i memoria diſpoſitionē aliquā ꝑ quā de viſis p̄teritis recordamur: ꝛ iō cū rō iſta fuerat ꝑfectiſſima nō apparet rō quare nō dimiſerit diſpoſitionē intellectualē ꝑ quā reminiſcerētur de viſis ꝛ illa diſpoſitio ꝑfectiſſima diſtinctiſſime ad memoriā reducebat viſa ꝛ iſta aūt repreſentātur ad modū ſpeciei vnde inquit. Niſi ꝯcupitā ꝛ deſideratā dei claritatē moſes videre meruiſſet nō in libro numerorꝫ diceret de⁹ ad aaron ꝛ mariā fratres ei⁹. Audite verba mea. Si fuerit ꝓpheta inter vos in viſione illius dñs co

Tres celos ſm beatum Paulum.

Auguſtin⁹

Eſaias Johannes.

Queſtio

Alia q̄ſtio.

gnoſcar: et ĩn ſomnio loquar illi: nō ita quō famul⁹ me⁹ moſes in to
ta domo mea fidelis eſt: os ad os loquar ad illū i ſpē ꝛ nō ꝑ enigma
ta: ꝛ claritatē dñi vidit neqꝫ eñ hoc ſm̄ ſubſtantiā corporis ꝗ carnis
ſenſibus preſentat᷑ intelligēdū eſt. Nā vtiqꝫ ſic loquebat᷑ ad moſez fa
cie ad faciē ꝯtra in ꝯtra. Qñ tñ dixit ei oſtēde mihi temetipm̄: ꝛ nunc
etiā ad ipſos quos obiurgabat: ꝛ ꝗbus moſi meritū ita ꝑferebat ſic
loquebat᷑ ꝑ creaturā corporalē ꝑſentatā ſenſib⁹ carnis illo ergo mō
in illa ſpē qua deus eſt lōge ineffabiliter ſecretius ꝛ ꝑſentius loq̄tur
locutione ineffabili vbi eū nemo vidēs viuet vita iſta qua mortaliter
viuit᷑ in iſtis ſenſibus corporis. Sed niſi ab hac vita quiſqꝫ quodam
modo moriat᷑ ſiue oīno exiens de corpore ſiue ita aduerſus ꝛ aliena
tus a carnalibus ſenſibus vt merito neſciat ſicut Apoſtol⁹ ait vtrū in Apoſtolus
corpore an extra corp⁹ ſit cū in illā rapitur ꝛ ſubuehit᷑ viſionez. Qua
propter ſi hoc tertiū viſionis genus qđ ſuperi⁹ eſt: nō ſolū oī corpo-
rali quo per corporis ſenſus corpora ſentiūtur verūetiā oī illo ſpiri-
tali quo ſimilitudines corporū ſpū ꝛ nō mēte cernūtur tertiū celū ap
pellauit apoſtolus: ī hoc videtur claritas dei cui vidēte corda mūdā
tur vñ dictū eſt beati mūdo corde qꝛ ipſi deū videbunt nō ꝑ aliquam
corporaliter vel ſpūaliter figuratā ſignificationē tāꝙ ꝑ ſpeculū ī enī
gmate ſed facie ad faciē qđ de moſe dictū eſt os ad os ꝑ ſpeciē ſcꝫ ꝗ
eſt de⁹ ꝗcq̄d eſt quātuluncūqꝫ eū mēs que nū eſt: qđ ipſe eſt etiaz ab
oī corpore et ab oī terrena labe mūdana ꝛ ſimilitudine corporis alie
nata ꝛ abrepta capere pōt a quo peregrinamur mortali ꝛ corruptibi
li onere grauati quā diu ꝑ fidē ambulamus nō ꝑ ſpeciē ꝛ cum hic iu
ſte viuimus. Cur aūt nō credamus ꝙ tāto apoſtolo doctori gētium
rapto vſqꝫ ad iſtā excellētiſſimā viſionē voluerit deus monſtrare vitā
in qua poſt hanc vitā viuēdum eſt in eternū. Ego aūt viſoꝝ vel viſio
nū ꝑter iſta tria (īquit) genera aut corpore aut ſpiritu aut mēte vſqꝫ
adhuc vel noſſe vel docere nō poſſunt ſꝫ quot ꝛ quāte ſinguloꝝ gene
ra ſint differentie vt in vno quoqꝫ aliud alio gradatiz ſuperferatur
ignorare me fateor. Deniqꝫ ꝙuis abrepto apoſtolo a carnis ſenſib⁹
in tertium celū ꝛ paradiſum: hoc ipſum certe defuit ad plenam perfe
ctāqꝫ cognitionem reruz que angelis ineſt ꝙ ſiue in corpe ſiue extra
corpus eſſet neſciebat hoc vtiqꝫ non deerit cum receptis corporibus
in reſurrectione mortuorum corruptibile hoc induetur incorruptio-
ne: ꝛ mortale hoc induetur immortalitate. Oīa eñ euidētia erūt ſine
vlla falſitate ſine vlla ignorātia ſuis ordinib⁹ diſtributa ꝛ corporalia
ſpiritalia ꝛ intellectualia ī natura ītegra ꝛ beatitudīe ꝑfecta patz igit᷑
manifeſte ꝙ ipſe Auguſtinus ponit illam noticiam Pauli fuiſſe in-
tuitiuam et beatificam quia non ponit eam diſtare ab illa angelo-
rum aut ſanctorum niſi per hoc ꝙ neſciebat an eſſet in corpore ſiue

extra corpus: qđ accidit noticie beatoꝝ vt ſcꝫ aliquid creatū cogno-
ſcant vt bꝫ. lib. quinto cōfeſſionū. Notatu tñ dignū eſt ꝙ ipſe Augu
ſtinus in libro queſtionū veteris et noui teſtamenti et in tractatu ego
ſum qui ſum et in expoſitione ſupra euāgeliū Johānis et in libro q̄-
ſtionū ſup exodū q̄ſtiōe. cliiij. videt ſētire cū Ambroſio in libro de fi-
de contra arrianos vt ſupra dictū eſt et cū diuo Gregorio in lib. mo-
raliū ita ſcribens. Quādiu enim hic mortaliter viuit videri ꝑ quaſdā
imagines deꝰ pōt: ſꝫ ꝑ ipām nature ſue ſpeciē nō pōt: et ī hoc nō reci
piunt iſti diuini patres a recētioribus doctoribꝰ ꝛ oēs aliȷ̄ oppoſituꝫ
clamant et ſcriptura moſi. Nūeri. xij. magis eſt pro eis: et cū illis ē
Auguſtinꝰ beatus Auguſtinus in. xij. lib. de geneſi ad litterā vt dictū eſt ꝛ ī lib.
de vidēdo deū vñ vr̄ Auguſtinus mutaſſe. ſentētiam ꝛ vr̄ finalis ſua
intentio fuiſſe que habetur in lib. de geneſi ad litterā et in lib. de vide
do deū: eo ꝙ lib. illos credit poſtremo feciſſe vnde in lib. de videndo
deuꝫ inquit. Quomō tā ipſa dei ſubſtātia videri potuerit a quibuſdā
in hac vita poſitis ꝓpter illud qđ dictū eſt ad moyſeꝫ. Nemo pōt fa
ciē meā videre ꝛ viuere: niſi qꝛ pōt hūana mēs diuinitus rapi ex hac
vita ad angelicā vitā anteꝙ ꝑ iſtā cōmunē mortē carne ſoluat. Sic
em̄ raptus eſt q̄ audiuit illic ieffabilia verba que nō lꝫ homini loqui:
vbi vſqꝫ adeo facta eſt ab huius vite ſenſibus quedā intētionis auer-
ſio: vt ſiue in corpore ſiue extra corpus fuerit neſcire ſe diceret: ita ſit
vt illud verum ſit qđ dictum eſt. Nemo pōt faciē meā videre ꝛ viuere:
qꝛ neceſſe eſt abſtrahi ab hac vita mentē: qñ in illius ineffabilitatē vi
ſionis aſſumitur: ꝛ non ſit q̄buſdā ſanctis nondū ita defunctis vt ſe-
pelienda cadauera remanerent: etiā iſtā excellentiā reuelationis eiꝰ
ꝯceſſam fuiſſe. Qđ exiſtimo cogitaſſe illū q̄ noluit dicere. Sic appa
ruit moſi ꝑ ſpeciē: non ꝑ enigmata: vbi etiā addidit dicēs. Et gloriā
dñi vidit hec Auguſtinus itaqꝫ hoc mō ſenſum oēm et imaginationē
ſupergreſſi Moſes et Paulus lympido mētis obtutu in diuina cō-
tēplanda ferebant tpe ſubleuationis animoꝝ ipſoꝝ in deuꝫ ꝓinde in
tertiū celū raptꝰ fuiſſe dꝛ Paulus. Nā tres illos celos interpretan-
dos putāt q̄dā ſcđm triplicē viſionē: ſenſus videlicet imaginationis
ꝛ intelligentie: vt primū celū intelligant rerū iudiciū mō quodā ſenſi
bili quo ita eas ꝓrehēdimꝰ vt aut ſentiamꝰ aut ſentire videamur vt
moſes quē in rubo. Scđm vero (qđ eſt imaginationis) celū rex iu-
diciū intelligimus. Cū res ipſas ꝑinde atqꝫ apđ nos collocatas tam
ꝙ in imagine contuemur: quēadmodū vſuuenire ſolet vel in exceſſu
mentis quaꝫ extaſim Greci dicūt vel in ſomno cum non corpora ſed
rerum imagines videntur vt rex Aegyptiorum dormiens: vaccas et
ſpicas in ſomno conſpexit. Tertium autem ſcilicet intelligentie dicit
quando neqꝫ corpora: neqꝫ imagines corporuꝫ videntur: ſed quadā

mentis ſerenitate iam fretus homo altius tollens intellectus acumen ad deum ingreditur.

### ¶ An ſpiritum ſctm̄ habuerint apoſtoli tp̄e illo cum fuerint in terra cum dn̄o. Cap̄.x.

QUia inter multa vt refert Auguſtinus euangeliſta dicit ſpiritus nōdum erat datus: qꝛ ieſus nōdum fuerat glorificatus ⁊ in alio loco. Si diligitis me ait p̄cepta mea ſeruate et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis. vt vobiſcum ſit in eternum ſpm̄ veritatis quē mundus nō pōt accipere: qꝛ non vidit nec cognoſcit eum: vos videtis eum et cognoſcitis: qꝛ apud vos manet ⁊ vobiſcum eſt. Quid eſt hoc negat datum ſpm̄ ante paſſionē: rogaturum autē ſe ꝓmittit patrē: vt mittat eum. Itez ſubiecit quia cum ipſis erat et manebat apud eos. Legit̄ poſt reſurrectionē autē inſufflaſſe et dixiſſe eis. Accipite ſpm̄ ſanctum: in pentecoſte autē deſcēdiſſe legitur ſpiritusſctū̄s in apoſtolos. Tantas video (inquit Auguſtinus) in hac cauſa ꝑturbatiōes, vt quid tenendum ſit: neſciatur. in his oībus que p̄poſita ſunt nō eſt vna cauſa. Breuiter em̄ ſingularum cauſarum ſignificate ſunt forme: qꝛ vnus quidē eſt ſpiritus: ſed dona habet multa. Cum ergo legit̄ ſpiritusſanctꝰ intelligi debet ⁊ eiꝰ officium in quo ſit ſignificatꝰ. Nā ⁊ cuz in eis erat et venturꝰ erat non eſt falſum. Sed ſi non iſtud ad perſonā trahas: ſed ad naturā. Alterum em̄ venturuz a p̄re ꝓmiſit chriſtus: vt qꝛ indifferens eſt eoꝝ diuinitas in preſentia chriſti non putet̄ abſens ſpiritusſanctus et in aduētu: ⁊ in apparentia ſpiritusſcti preſens eſtimetur chriſtus: ideo cum venturuz eum ꝓmittit dicit. Vos videtis eū quia apud vos manet et vobiſcum eſt: vt ſecuri eſſent apl̄i: quia poſt aſcenſionē dn̄i non minorē aut degenerē ad tuitionem habituri eſſent paſtorem aut regē. Nam nō eſt dubium non datum eſſe credentibus ſpm̄ niſi ſicut euāgeliſta teſtat̄: poſtq̄ deuicta morte reſurgens clarificatus eſt dn̄s: vt autē apl̄i preſente dn̄o virtutes facerent: poteſtas data eſt ſicut et prius ꝓphetis. Trium ergo officiorū forme ſpiritusſancti in apoſtolis ſunt oſtēſe. Quarum p̄ria eſt hec que ad ius eccleſiaſticum ꝑtinet in regenerādis vel ceteris officijs. Scd̄a que pentecoſte data eſt que eſt generalis. Non ſolum em̄ in aplos: verūetiā in oēs decidit ſpiritusſanctus credētes. Tertia forma eſt que ſolis apoſtolis conceſſa eſt in ſignis ac virtutibus faciendis vſq3 dum fidei ſemina iacerentur ad crementum. Semina enim fidei virtutes per apoſtolos facte. Ipſi enim antiſtites poſiti ſunt huius veritatis qui per ſigna et prodigia non irrationabilem eſſe fidem noſtraz teſtarentur.

Ioā. vij. f.
Ioā. xiiij. b
Ioā. xx. e.
Ioā. ij. a.
Aug. li. ij. ve. ⁊ no. teſta. q. xciij.
Ioā xiiij. b
Tres officiorum forme dono ſpiritusſancti in apoſtolis.

Nulla em̄ probatio maior eſt veritatis ꝙ̄ virtus: hec eſt em̄ que om-
nem terrenā p̄hiam accuſat. Igitur ſpiritusſanctus generaliter ſemel
datur omnibus credentibus per quem filij dei eſſe probentur: dū ma
net in eis: in ſignis vero ⁊ ꝓdigijs faciendis nō manet in homine: ſed
vocatus aduenit aut ſuggerit neceſſaria ⁊ recedit. Similiter ⁊ in tra
ditione vel ordinatione de foris gratiam preſtat: tuitionem etiam de-
Auguſtin⁹ ferens deuotis fidei. Dicit aūt ad hec oīa diuus Auguſtin⁹ in libro de
trinitate ⁊ vnitate dei cap. iiij. quia vnus ſpirit⁹ eſt: dona habens mul
ta. Non eſſe dubium quin ſpiritusſctūs cum eis eſſet: qꝛ vbi chriſt⁹ eſt
ſpiritusſanctus eſt: ⁊ qꝛ venturum ſpiritumſanctum a patre promiſe-
rat: chriſtus in hoc nō defuit indifferēs eius diuinitas.

## ¶ De reſurrectione ⁊ ꝙ oīm hominū erit reſurrectio ⁊ de his qui viui reperientur. Cap. xj.

Diu⁹ Ambroſius lib. de fide reſurrectiōis. cap. x.

TRibus euidentius (inſit Ambroſius) colligitur reſur-
rectionis fides: quibus oīa cōprehenduntꝰ ratione vni-
uerſitatis: exemplo / teſtimonio rei geſte: qꝛ plurimi ſur
rexerunt. Ratio euidens eſt: qꝛ cum oīs vite noſtre vſus
in corporis aīeqꝫ conſortio ſit. Reſurrectio autē / aut bo
ni actus premium habeat: aut penā improbi: neceſſe ſit corpus reſur
gere cuius actus expenditur. Quō enim in iudicium vocabitꝰ aīa ſine
corpore cū de ſuo ⁊ corporis contubernio ratio preſtanda ſit: reſurre
ctio omnibus erit: ſed ideo difficile creditur: qꝛ non nr̄m meritum ſed
dei munus eſt. Prima igitur reſurrectionis fides vſus eſt mundi re-
rumqꝫ ſtatus oīm generationum ſeries / ſucceſſionum vices / obitus /
ortusqꝫ ſignorum / diei et noctis occaſus / eorumqꝫ quotidie tanꝗ̄ re
diuina ſucceſſio. Tēperamenti quoqꝫ genitalis hui⁹ aliter ratio ſub-
eſſe non poſſet: niſi humores ipſius: quo oīa terrena generātur: ꝗ̄uis
diuturni ſolis eſtus extorreret tantum rore nocturno: diſpoſitio diui-
Augu. libr. de eccleſiaſticis dogmatibus capitulo. vij. Pſ. xv. Act. ij. d.
na repararet hec ille. Et vt diuus Auguſtin⁹ (inquit) Oīm hominū
erit reſurrectio ⁊ ſi oīm erit: ergo oēs moriuntur: vt mors ab Adam
ducta omnibus filijs eius dn̄etur. Et maneat illud priuilegiū in dn̄o
quod de eo ſpecialiter dicitur. Non dabis ſanctum tuum videre corru
ptionem. Eius em̄ caro non vidit corruptionē hanc rationem maxīa
patrum turba tradente ſuſcepimus. Uerum qꝛ ſunt (inquit idem Au
guſtinus) et alij eque catholici / ⁊ eruditi viri: qui credūt aīa in corpo
re manente immutandos ad incorruptionē ⁊ immortalitatē eos qui
in aduētu dn̄i viui inueniendi ſunt ⁊ hoc eis reputari ꝓ reſurrectione
ex mortuis: qd̄ mortalitatē immutatione deponant nō morte. Quo-
libet quis (inquit) acquieſcat modo non eſt hereticus: niſi ex conten

tione hereticus fiat. Sufficit em̄ in eccleſia legere carnis reſurrectio nem credere futuraꝫ de morte. Hec Auguſtinus: ꝛ paulopoſt inquit. Nos autez dicimus de ſymbolo in aduentu domini viuos ac mortuos iudicandos non ſolū iuſtos ꝛ peccatores ſignificari ſicut Diodorus putat: ſed ꝛ viuos eos qui in carne inueniēdi ſunt credimꝰ: qui adhuc morituri creduntur vel immutandi ſunt: vt alij volunt vt ſuſcitati continuo vel reformati cum ante mortui iudicentur. Itaqꝫ aut peccatorum noſtrorum ſupplicia pendemus / aut bene geſtorum gratiam cō ſequemur: reſurgent (inquit Ambroſius) natura eadem iam ſtipendijs mortis honoratior. Deniqꝫ mortui qui in chriſto ſunt reſurgent primi. Deinde ꝛ nos qui viuimus inquit ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam chriſto in aera: et ita ſemper cum domino erimus illi primi: viuentes autem ſecundi illi cum ieſu: viuentes per ieſum: illis dulcior vita poſt requiem: viuentibus ꝛ ſi grata compendia: tamē ignorata remedia. Nihil eſt igitur quod in morte timeamus: nihil quod debeamus dolere: ſi aut natura repetenti vita que accepta eſt rependatur aut petenti impendatur officio in quo religionis cultus: aut virtutis vſus eſt neqꝫ enim quiſq̄ ſibi vt ſic maneret optauit Ioāni promiſſum eſtimatum eſt: ſed non eſt creditum: verba tenemus ſententiam deriuamus. Ipſo in libro negat ſibi: quod nō moreretur eſſe promiſſum: ne quem vana ſpes exemplo inceſſeret. Quod ſi id velle ſpes inſolens eſt: quanto inſolentius eſt ꝙ non pretermoduꝫ acciderit vltra modum dolere. Quid ſi chriſtus (vt aliqui volunt) nolit aliquos corpore diſſolui: vt qui in aduentu forte eius viui reperientur ꝛ idem ſi ſibi placeret de Enoch et de Helia ꝛ ſi quis alius in aduētuꝫ eius reſeruetur. Nonne ergo qui tunc inuenientur viui / morienꝉ: Nobos exprimit oraculū Paulus: ſed ꝙ rapianꝉ obuiaꝫ chriſto in aera.

Ambroſiꝰ lib. de fide reſurrectio nis cap. ix.

Neqꝫ (vt Stapulēſis noſter ſcribit) aduerſatur articulo fidei nobis per ſpiritumſanctū relicto qui ait. Inde vēturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos: ſi viuos intelligimꝰ eos qui tunc viuēt et mortuos eos: qui ex mortuis reſurgēt. Omnibus enim hominibus ad terminū mortis prefinitū venientibꝰ ſemel mori cōſtitutū eſt. Quid miruꝫ ſi tūc cū ijs qui ad eū terminū nō perueniūt qui ex dei conſtituto preteriri nō pōt ob chriſti preſentiam non mori diſpenſatum eſt. Duplex vero (inquit Origenes) intelligitur reſurrectio: vna qua mente ꝛ ꝓpoſito ac fide cū chriſto a terrenis reſurgimꝰ: vt celeſtia cogitemꝰ: ꝛ futura requiramus. Alia que generalis oīm erit in carne reſurrectio: ergo que ſcđm mentē eſt ex fide reſurrectio in his q̄ ea q̄ ſurſum ſunt ſapiūt: vbi chriſtus eſt in dextera dei videꝉ īpleta. Gn̄alis aūt illa carnis reſurrectio q̄ ad oēs ꝑtinet adhuc futura eſt: qꝛ hec in pri°: illa in ſecūdo domini complebitur aduētu. Si aūt mortui ſumus cū chriſto credimꝰ qꝛ etiā

Iacobꝰ faber ſtapulēſis in eplaꝫ primam ad theſſalonicenſes capitulo. iiij. Origenes i epiſtolā ad romanos lib. v. a.

ſimul viuemus cum eo: ſciẽtes qꝛ chriſtus ſurgẽs a mortuis iam non morit̄ mors illi vltra non dñabit̄. Sed qꝛ alibi latiꝰ de his diſputatũ eſt hic cõtrahemus ſermonẽ id vnum eternuz patrẽ precantes: vt dño in reſurrectione occurramꝰ et in veſte immortalitatis fulgida qua ve-ſtiet agnos ſuos illum cõcelebrare: et cum oībꝰ ſanctis in euum ſempi-ternum laudare poſſimus. Amen.

## ¶ An deꝰ ſit inuiſibilis ⁊ que differentia ſit inter videre ⁊ cognoſcere: et quomodo beati vident deum. Cap. xij.

Nihil inuiſibile ⁊ incorporeum natura credẽduz eſt pre-ter ſolum deum. i. patrẽ ⁊ filium ⁊ ſpm̃ ſanctum: qui ex eo incorporeus ⁊ inuiſibilis dr̄: qꝛ infinitꝰ ⁊ incircũſcri-ptus ⁊ ſimplex ⁊ ſibi oībꝰ modis ſufficiens ſeipſo ⁊ id ipſum. Et cum vbiqꝫ ſit in ſemetipſo inuiſibilis ⁊ incor-poreꝰ eſſe dinoſcit̄. Sed qualiter deus dicat̄ inuiſibilis: ⁊ tñ Abraã Moſes Eſaias Jacob ⁊ poſtremo Paulus aliqñ viderint. Vidit eñ Eſaias dñm ſedentẽ ſup tronum excelſum ⁊ eleuatum ſub arbore mẽbre qđ in nr̃a lingua interpretat̄ viſio. Abraã ⁊ cõuiuiũ dño atqꝫ an-gelis exhibebat: ⁊ delectauit euz viſio: ⁊ perſpicacia Abrahe erat eñ mundus corde: vt poſſet videre deum. Moſes autẽ vidit dñm: vnde dicit dñs. Os ad os loquar ad eum in ſpecie: ⁊ nõ in enigmate: ⁊ glo-riã dñi vidit. Et Paulꝰ raptꝰ eſt in paradiſum ⁊ audiuit archana ver-ba que nõ licet homini loqui: ⁊ Jacob appellatꝰ eſt homo vidẽs deũ Hoc igit̄ modo viſus eſt deus: quomõ igit̄ inuiſibilis deus dr̄ non vi-deo. Erigite ergo fratres: erigite ad me aures: ⁊ ad dominũ mentes dico charitati veſtre forte in omnibus ſanctis ſcripturis nulla maior queſtio / nulla forſitan difficilior inuenit̄. Lumẽ ergo expoſitionis a domino requiramus. Hoc igitur q̃uis longe inferius qđ dignus eſt (vtpote) pro infirmitate humane intelligẽtie viſionem dei intelligen-tes quid ſibi velit dei viſio videamus. Sed reuera operoſum foret ⁊ huic loco minꝰ accõmodũ recẽſere impñtiaꝝ omnes autoꝝ ſenten-tias. De viſione illa Pauli quando raptus eſt in paradiſum. Si eñ Apoſtolus qui huiuſmodi in deum extaſim paſſus eſt: non explicuit illius viſionis miſterium quis ſufficiet ad rectam illius expreſſionem niſi ſctõ ſpũ reuelante id fuerit edoctꝰ. Quid tñ Origenes de viſione

Origenes

dei ſentiat: et an videri poſſit deus: videamꝰ nẽpe libro prĩo de princi-pijs ſeu periarchon capitulo primo inquit: vide ſi non etiam. Apoſto-

lus hoc idem ait cum de chriſto loquitur dicens. Qui eſt imago inui-
ſibilis dei primogenitus omnis creature. Non enim (inquit: vt qui-
dam putant) natura dei inuiſibilis eſt alicui et alijs viſibilis eſt. Nō
enim dixit Apoſtolus imago inuiſibilis dei hoībus: aut inuiſibilis
peccatoribus: ſed valde conſtanter pronunciat de ipſa natura dei di-
cens. Imago inuiſibilis dei: ſed et Joannes in euangelio dicēs. Deū
nemo vidit vnq̄ manifeſte declarat omnibus qui intelligere poſſunt:
quia nulla natura cui viſibilis ſit deus: non quaſi qui viſibilis quidem
per naturam ⁊ velut fragilioris creature euadat: atq; excedat aſpectū
ſed quoniā naturaliter videri impoſſibile eſt. Quod ſi requiras a me
(inquit) quid etiam de ipſo vnigenito ſentiam ſi non ipſe quidem
viſibiliter dicam naturam dei qui naturaliter inuiſibilis eſt: ne ti-
bi ſtatim vel impium videatur eſſe: vel abſurdum rationem quippe
dabimus cōſequēter. Aliud (infit) eſt videre: aliud eſt cognoſcere: vi-
deri ⁊ videre corporum res eſt: cognoſci et cognoſcere intellectualis na-
ture eſt. Quicquid ergo propriū corporū eſt: hoc nec de patre eſt nec
de filio ſentiendum. Quod vero ad naturam pertinet deitatis: hoc in-
ter patrem et filium conſtat. Deniq; etiam ipſe in euangelio nō dixit:
quia nemo vidit patrem: niſi filius: neq; filium niſi pater: ſed ait. Ne-
mo nouit filium: niſi pater neq; patrem quis nouit niſi filius. Ex quo
manifeſte iudicatur quod quicquid inter naturas corporeas videri et
videre dicitur hoc inter patrem et filium cognoſere dicitur ⁊ cognoſci
per virtutem ſcientie non per viſibilitatis fragilitatem. Quia igitur
de incorporea natura et inuiſibili: nec videre ꝓprie dicitur: nec videri.
Idcirco neq; pater a filio: neq; filius a patre videri in euangelio dici-
tur: ſed cognoſci. Quod ſi preponat (inquit) aliquis quare dictum
eſt. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt: multo magis
etiam ex hoc (vt ego arbitror infit) aſſertio noſtra firmabitur. Nam
quid aliud eſt corde deum videre: niſi mente eum intelligere: atq; co-
gnoſcere. Frequenter enim ſenſibilium membrorum nomina ad ani-
mam referuntur: ita vt oculis cordis videre dicatur: id eſt cum virtute
intelligentie aliquid intellectualis conijcere: ſic ⁊ audire auribus di-
citur cum ſenſum intelligentie profundioris aduertit ſic et vti cū poſſi-
dentibus dicimus: cum mandit et panem comedit vite qui de celo de-
ſcendit. Similiter de ceteris vti membrorum officijs dicitur: que ex
corporali appellatione tranſlata virtutibus anime coaptantur: ſicut
et Salomon dicit ſenſum diuinum inuenies. Sciebat nanq; duo ge-
nera eſſe ſeniuum vnum mortale/corruptibile humanum. Aliud ge-
nus immortale et intellectuale quod nunc diuinum nominauit. Hoc
ergo ſenſu diuino non oculorum: ſed cordis mundi que eſt mēs deus
videri ab his qui digni ſunt: poteſt. Cor ſane pro mente: id eſt pro in-

tellectuali virtute nominari in omnibꝰ ſcripturis nouis: ac veteribus habnudantius īuenies: hec Origenes. Et rurſus libro ſcdo eiuſdē periarchon capite quarto inquit Moſes deum vidiſſe putandꝰ eſt non carnalibus oculis eum intuens: ſed viſu cordis: ac ſenſu mentis intelligens: ⁊ hoc ex parte aliqua manifeſtum enim eſt qꝛ faciem (inquit) meam non videbis (ſcꝫ qui moſi reſponſa prebebat) ſed poſteriora mea. Que vtiqꝫ cū eo ſunt intelligēda ſacramēto quomō intelligi conuenit dicta diuina abiectis profecto illis ⁊ ſpretis anilibus fabulis que de anterioribus dei ab imperitis poſterioribuſqꝫ fingunt diximus enim (inquit) ꝙ aliud ſit videre ⁊ videri ⁊ aliud noſſe ⁊ noſci vel cognoſcere atqꝫ cognoſci. Igitur videre ⁊ videri corporū res eſt. qđ vtiqꝫ nec patri nec filio nec ſpirituſancto inter ſe inuicē competenter aptabitur. Natura em̄ trinitatis modum viſionis excedit his qui in corpore ſunt. Idem oībus reliquis creaturis qualitatem inter ſe inuicem viſionis indulgens incorporee nature ⁊ principaliter intellectuali nihil aliud cōuenit niſi noſſe ⁊ noſci ſicut ⁊ ſaluator ipſe ꝓnūciat dicens: quia nemo nouit filium niſi pater: neqꝫ patrē quis nouit niſi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare manifeſtuꝫ eſt: ergo (inꝗt Origenes) qꝛ non dixit nemo vidit patrē niſi filius: rurſus idem Origenes homelia. ij. in Iohannem inquit. Et vidimus gloriā eius quaſi vnigeniti a patre vbi vidiſti (infit) beate theologe gloriam incarnati verbi: gloriam inhumanatā filij dei quomodo vidiſti. Qualibus oculis perſpexiſti: corporalibus (vt opinor) in monte trāſformationis tempore. Tunc enim tertius aderas teſtis diuine glorificationis preſens eras (vt eſtimo) in hieruſaleꝫ et audiſti vocem patris filium ſuum glorificantem ⁊ dicentem. Et clarificaui: ⁊ iterum clarificabo. hec ille. Et rurſum omelia ſeptima ſuper numeros infit Moſes priuſꝙ acciperet Ethiopiſſam non eſt ſcriptum quia in ſpecie locntns ſit ei deus ⁊ non ī enigmate. Sed vbi accepit Ethiopiſſam: tunc dixit de eo deus. Oꝛ os ad os loquor ad eum in ſpecie ⁊ nō in enigmate modo enim cum Moſes venit ad nos: ⁊ coniunctus eſt huic noſtre Ethiopiſſe: lex dei iam non in figuris ⁊ enigmatibus ſicut prius ſed in ipſa ſpecie veritatis agnoſcitur. Et que prius in enigmate deſignabantur nunc in ſpecie ⁊ veritate complentur antea in enigmate fuit baptiſmus iu nube ⁊ in mari nunc autem in ſpecie regeneratio eſt in aqua ⁊ in ſpirituſancto. Tunc in enigmate erat māna cibus: nunc autem in ſpecie caro verbi dei eſt verus cibus: ſicut ipſe dicit. Quia caro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis meis verꝰ eſt potus. Sic ergo iam nunc Moſes apud nos poſitus: et huic Ethiopiſſe coniunctus: vel ipſe ad nos. vel deus ad ipſum non loquitur in enigmate: ſed in ſpecie: his autem additur: et gloriam (inquit) dn̄i

vidit quando vidit Moſes gloriam domini. Ego (inquit Origenes) tunc dico quando transformatus eſt dominus in monte ⁊ aderat ei Moſes cum Helia: ⁊ colloquebantur ei ⁊ ideo recte in conſequētibus adiungit et quare nō timuiſtis detrahere famulo meo moſi. Quid euidenter (infit) vtiqꝫ ad eos dictum dirigitur quia euāgelia quidem ſuſcipere videntur: derogant autem Moſi ⁊ merito arguuntur: quia cum diſcant per euangelium ꝙ Moſes vna cum Helia vidit gloriam domini: legi ⁊ prophetis niſi ſunt derogare. Et iō nos non detrahamus Moſi: nec derogemus legi: ſed ſimus non ſolum auditores legis ſed ⁊ factores: vt cum ipſo Moſe conglorificari mereamur: hec Origenes Rurſum homelia prima in Eſaiā inquit propter mortem regis Oſie poſt cuius interitum vidiſſe ſe ait viſionez propheta. Que autem viſio: vidi dominum ſedentez ſuper thronum excelſum: ⁊ eleuatum ⁊c. Non omnis qui videt deum videt eum ſedentem ſuper thronum excelſum ⁊ eleuatum. Scio alium prophetam vidiſſe dominum ⁊ vidiſſe eum ſuper thronuz ſedentem: ſed non excelſum: neqꝫ eleuatum differens ſcripturā Daniel dicit. Throni poſiti ſunt: ⁊ non erat excelſus ille thronus et veniam vt ſedeā ad iudicandum populum in valle Joſaphat: ergo hic in valle ſedit et in valle eum iudicaturus eſt quem eſt condempnaturus. Aliud autem eſt videre eum ſedentem ſuper thronum excelſum: et eleuatū. Et in michea. Egredere et deſcendit deus. Et vt videat ſodomam deſcendit. Deſcendens (ait) videbo ſi ſecundum clamorem eorum veniētē ad me conſummauerunt. Igitur deus aliquādo ſurſum aliquando deorſum iuxta dignitatē videtur negociorum. Uidi ego dominū (Eſaias ait) ſedentez ſuper thronum excelſum et eleuatum: ſi video deum in his que hic ſunt regnantem: non eum video ſuper thronum excelſum ⁊ eleuatum. Si video eum regnantem celeſtibus virtutibꝰ video eum ſedentem ſuper thronum excelſum ⁊ eleuatū: ſurſum quo eleuatus eſt thronus eius plenaqꝫ eſt domus gloria eius non arbitror quia plena eſt domus gloria eiꝰ: hec que in terra eſt: domini eſt terra et plenitudo eius: plenitudinez autem glorie dei non inuenies in preſenti ſed ſi quis edificauerit templum deo videbitur gloria dei hec Origenes: beatus quoqꝫ Auguſtinus hipponenſis epiſcopus a beatiſſimo Ambroſio poſt errorum tenebras ⁊ gentilitatis nebulas ad vere fidei lumen conuerſus eſt vt. xciiij. ſermo beati Ambroſij de baptiſmo Auguſtini meminit. is diuinitus illuſtratus complura edidit opera ſyncere ⁊ vere theologie refertiſſima et preſertim librum de cognitione vere vite ſacratiſſimum plane ⁊ preclariſſimum in cuius. xxxi. capite de deo ita inquit (. Solus omnipotens deus immortalitatem habet quia nullam recipit mutabilitatem. Hic etiā

Origenes i eſaiam.

Auguſtini opinio cui magis adheret et fa‑net auctor ꝙ̄ origini.

ſolus eſt inuiſibilis qꝛ nulli creature ad plenum intelligibilis. Nẽpe
aīe beatoꝝ ⁊ angeli ſuo more nõ noſtro eũ ſemꝑ vident: non ꝑ inter
ualla ſpacioꝝ ſicut nos corporea videmꝰ ſꝫ intra ſe ⁊ extra ſe ī oī crea
tura ⁊ extra omnẽ creaturã eũ ꝯſpiciunt: nec vllo intellectus intuitu
amplitudinẽ ſue claritatis excedunt. Et qꝛ nõ ita pleniter ab ipſis vt
a ſeipſo conſpicitur vel intelligit᷑: iõ ſolus inuiſibilis dicit᷑. Et paulo
poſt. c. xliij inſit. Tres viſiones ſcꝫ ſenſualis ſpiritalis ⁊ intellectua-
lis a ſapiẽtibus nõ ne ſciunt᷑. Sẽſualis quippe viſio eſt cum colores
⁊ formas reꝝ exterius cernimꝰ ſꝫ interius aliquid celari intelligimꝰ:
vt in litteris ītelligimꝰ ſignificãtiã. Scđa viſio ſpiritalis eſt: qua nõ
res ſꝫ imagines rebus ſimiles ſpiritaliter videmus ſicut in ſomnijs
ſolemus: ⁊ ſicut Johãnes in apocalipſi ⁊ ꝓphetas multa nouimꝰ vi
diſſe. Tertia ꝟo viſio intellectualis eſt cũ neqꝫ res exterius neqꝫ ima
gines reꝝ interius ſꝫ ipſas ſubſtãtias ꝓut vere ſunt abſtractis colo-
ribus intellectu ꝯſpicimus: ⁊ vniuſcuiuſqꝫ qualitatẽ inter ſe differen
tez rõne diſcernimꝰ. Et hec viſio tertiũ celũ vocat᷑: qꝛ veritas reꝝ in
hac quaſi a ſtultis celat᷑. Et ſi apoſtolus in corpore eſt raptꝰ: tũc ad
corporeũ celũ ſcꝫ ad firmamẽtũ eſt ꝑductus. Si autẽ extra corpꝰ qđ
magis videt᷑ tũc vtiqꝫ ad intellectuale celũ raptꝰ credit᷑: in quo eſſen
tiã deitatis ſicut eſt ⁊ angelicas ſubſtãtias ꝓut ſunt nõ ſenſualiter qđ
nequit fieri niſi ꝑ corpꝰ nec ſpiritaliter ꝙ nõ fit niſi ꝑ imagines rebus
ſimiles ſꝫ veraciter qđ nõ fit niſi ipõ intellectu vidiſſe cognoſcit᷑. An-
geli vel iuſti quadã ſilitudine celi nuncupant᷑: qꝛ ī ſecreto dei hũanis
Auguſtinꝰ vſibus celant᷑ ⁊ ecõtra: demones vel impij tenebre appellant᷑ qꝛ ī tor
mẽtis ac nobis occultantur hec. Auguſtinus rurſuꝫ in libro de aīa ⁊
ſpũ capite. xxx. ait. Anima carne exuta viuit videt audit ⁊ oẽs ſenſus
atqꝫ īgenia viuaciter tenet: vt pote pura ſubtilis cita ⁊ ꝑpetua. Et ſi-
cut deus vbiqꝫ in ſemetipſo eſt ſic anima vbiqꝫ quodammodo in ſe-
metipſa eſt: ac ꝑ hoc ibi erit anima poſt corpus vbi erat agens in cor
pore ibi deus eſt modo vbi erat priuſꝙ̃ mundus fieret: vbi etiam fo-
ret ſi mundus deſineret eſſe. incorporea eſt anima poteſt tamen ha-
bere ſimilitudinẽ corporis nõ corporalem ſed corpori ſimilem et cor
poralium omnino membrorum cum de corpore egreditur. Sic aũtẽ
ad ſpiritalia pro meritis fertur aut ad loca penalia ſimilia corporibꝰ
qualia ſepe demonſtrata ſunt his qui rapti ſunt a corporis ſenſibus
⁊ mortuis ſimiles iacuerunt cum et ipſi in ſeipſis gererent quandam
ſimilitudinem corporis ſui: per quam poſſent ad illa ferri ⁊ talia ſimi
libus ſenſibꝰ experiri. Anime ſiquidẽ que in corporibus viuẽtes ꝑdi
lectionẽ viſibiliũ corporalibꝰ imaginibꝰ afficiunt᷑ a corporibꝰ exeun-
tes ī eiſdẽ imaginibꝰ tormẽta patiunt᷑ ꝓpterea enĩ corporalibꝰ paſſio

nibus ibi teneri poſſunt: q2 a corruptione corporaliuz affectionū hic mundate non fuerunt quā corpulentiā de carnis dilectione traxerunt. Quedā aūt aīe in eiſdē locis in quibus culpam cōmiſerunt puniuntur: quedam vero abditis receptaculis vſqz ad vltimam reſurrectiōez continentur: ſicut digna eſt vnaquaqz requie vel miſeria. Noſtre vero delitie erunt cum ad eū veniemus et videbimus eum ſicuti eſt: atqz ſimiles ei erimus. Tūc erit manifeſta viſio / plena cognitio / vera dilectio / firma coniūctio / ſocietas indiuidua / ſimilitudo perfecta / et vita beata in eternum: et vltra in perpetuas eternitates. Hec Augu. Et libro tertio de Symbolo ad Chathecuminos inq̄t noſtre ſacre littere qualem deū predicent Paulum audite apl'm: immortali inquit inuiſibili incorruptibili ſoli deo honor et gloria non videtur deus noſter oculis carnis: ſed videtur oculis cordis / non videtur ad tempus: ſed videtur in eternū. Sed dicit paganus. Oſtende mihi quē colis. Reſpōdeo. Ego quidem habeo etiam modo quez tibi oſtendam: ſed tu non habes oculos vnde videas. Beati enim ait ſaluator noſter mūdo corde quoniam ipſi deum videbūt. Quapropter alibi cecinit Auguſtinus. Recedat amor preſentis ſeculi: in quo ſic nullus naſcitur: vt non moriatur et ſuccedat amor futuri ſeculi: in quo ſic omnes viuificātur: vt deinceps non moriāk vbi nulla aduerſitas turbat / nulla neceſſitas anguſtat / nulla moleſtia inquietat: ſz perēnis letitia regnat: ſi q̄ris quid ibi ſit. Ubi talis ꝛ tanta beatitudo perſiſtit. Aliter dici non poteſt niſi quicquid boni eſt ibi eſt: ꝛ quicquid mali eſt ibi nuſq̄ eſt. Quod inquis illud bonuz eſt: quid me interrogas / a ꝓpheta ꝛ apoſtolo definitum eſt. Quod oculus inquit non vidit ꝛ auris nō audiuit nec in cor hominis aſcendit que preparauit deus diligētibus euz. Ad hanc felicitatem multis ſeculi diuitijs conſtipatus Dauid anhelabat cum diceret. Quid eniz mihi eſt in celo et a te quid volui ſuper terram Dulcis regalibus dapibus abundans dicebat. Satiabor cum manifeſtabitur gloria tua: ꝛ rurſum. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum quādo veniā et apparebo ante faciē dei: rurſumqz. Heu me q2 incolat⁹ me⁹ ꝓlongat⁹ eſt. Hinc et Paul⁹ ait. Cupio diſſolui et eſſe cū chriſto: multo em̄ meli⁹ et in lib· ſoliloquiorū aīe ad deū inſit. Tu es quippe lumē: in cui⁹ lumine videbim⁹ lumē: te. ſ. in te: in ſplēdore vult⁹ tui: quando te videbimus facie ad faciem. Quid eſt videre facie ad faciem: niſi quod ait apoſtolus cognoſcere ſicut ꝛ cognit⁹ ſum: cognoſcere veritatem tuam: et gloriam tuam: hoc eſt cognoſcere faciem tuā cognoſcere patris potentiam: filij ſapientiam ſpiritusſancti clemētiam: ipſius ſumme trinitatis vnam et indiuiduā eſſentiā. Uidere em̄ faciem dei viui: hoc eſt ſummum bonum: gaudium angelorum atqz omnium ſanctorum premiuz vite eterne: gloria ſpirituum / letitia ſem

August. de ſymbolo ad chatecumi nos cap̄. iij lib. iij.

Aug. in li. de cōflictu vitioꝝ. cap̄. xxvj.

Aug. in li. ſoliloquioꝝ aīe capitulo. xxxvj.

piterna/corona decoris/brauium felicitatis/requies opulenta/pulchritudo pacis/intimũ ⁊ eternũ gaudiũ/paradiſus dei/hieruſalẽ celeſtis/vita beata/plenitudo beatitudinis/gaudium eternitatis/pax dei: que exupat oẽm ſenſuz. Hec ẽ plena beatitudo ⁊ tota glorificatio hoĩs videre faciẽ dei ſui/videre eum qui fecit celũ/videre eũ qui fecit eũ/q̃ ſaluauit eũ/⁊ q̃ glorificauit eũ/videbit eũ cognoſcẽdo/amabit diligẽdo/laudabit poſſidẽdo. Viſio ergo tua tota merces eſt totum premiũ ⁊ totum gaudiũ qđ expectam⁹. Hec eñ vita eterna: vt cognoſcamus te ſolũ verũ deũ. ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtũ Porro Aug. in euangeliuz Joan. tractatu. cv. inquit. Si cognitio dei eſt vita eterna tanto magis viuere tendim⁹ q̃to magis in hac cognitiõe ꝓficimus. Non aũt moriemur in vita eterna. Tũc ergo dei cognitio pfecta erit qñ nulla mors erit. Summa dei tũc clarificatio: qꝛ ſumma gloria a veteribus aũt gloria qua glorioſi hoĩes dicunt ita eſt diffinita. Gloria eſt frequens de aliquo fama cũ laude. At ſi homo laudat cũ fame credit: quõ de⁹ laudabit qñ ipſe videbit ꝓpter qđ ſcriptũ eſt. Beati q̃ habitant in domo tua: in ſecula ſeclorũ laudabũt te. Ibi erit dei ſine ſine laudatio: vbi erit dei plena cognitio ⁊ qꝛ plena cognitio: iõ ſumma clarificatio. vel glorificatio. Hec ille rurſuz in epl'am Joan. tract. vij. ita cecinit. Deũ nemo vidit vnq̃ res eſt inuiſibilis: non oculo ſꝫ corde credendus eſt: ſed queadmodũ ſi ſolẽ iſtum videre vellem⁹ oculum corporis purgaremus: vnde videri lux poteſt volẽtes videre deũ oculum quo de⁹ videri põt purgemus. Et vbi eſt iſte oculus: audi euãgelium. Beati mundo corde: qm̃ ipſi deũ videbũt. Sed nemo ſibi pro cõcupiſcentia oculorũ cogitet deũ Facit eñ ſibi aut ingentẽ formaz: aut magnitudinẽ aliquam ineſtimabilẽ: deſcendit per loca velut lucẽ iſtam quã videt: his oculis auget per cãpos q̃tũ poteſt: aut facit ſibi aliquem quaſi venerabilis forme ſenem. Nihil horuz cogites: eſt qđ cogites ſi vis videre deũ. Deus dilectio eſt/qualem faciem habet dilectio/qualẽ formã habet/qualẽ ſtaturã habet/quales pedes habet quales manus habet. Nemo põt dicere: habet tñ pedes: nã ipſi ducũt ad eccleſiã: habet manus/nam ipſe pauperi porrigũt/nã habet oculos. Nam inde intelligit ille qui eget. Beat⁹ q̃ intelligit ſup egenũ et pauperẽ: Habet aures de quib⁹ dicit dñs. Qui habet aures audiẽdi audiat. Nõ ſunt eñ mẽbra diſtincta per loca ſed intellectu totũ ſimul videt. Qui habes claritatẽ habita ⁊ inhabitaberis: mane ⁊ manebit in te. Sꝫ vtrũ corpalib⁹ oculis in patria deus videatur. Hoc in. xxij. lib. ca. xxix. de ciuitate dei idẽ oſtẽdit dicẽs. Quãuis h̃ nihil ꝓhibeat oculũ cordis intelligi: de quib⁹ oculis ait apl's. Illuminatos oculos habere cordis veſtri: ipſis aũt videri deũ cum videt chriſtian⁹ ambigit nemo: qui fideliter accipit qđ ait de⁹ ille magiſter. Beati mundo

In expoſitiõe in euãgellũ Joã. Auguſtini.

Glorie diffinitio.

Auguſtin⁹ in epiſtola Joãnis tractatu. vij. d

Auguſtin⁹

corde qm̄ ipſi deū videbunt. Sed illud ſcriptū eſt. Et videbit oīs ca
ro ſalutare dei. Sine vlli⁹ nodo difficultatis ītelligi ſic pōt: ac ſi dictū
fuerit: et videbit oīs homo chriſtum dei: qui vtiqꝫ in corpore viſus eſt
et in corpore videbit̄: qñ viuos ⁊ mortuos iudicabit. Illud vero Job
Et in carne mea videbo deū: reſurrectionē quidem carnis ſine dubio
ꝓphetauit: non tñ dixit per carnez meam. Qđ quidē ſi dixiſſet: poſſet
deus chriſtus intelligi qui per carnem in carne videbit̄. Nūc vero ſic
accipi pōt: in carne mea ero cū videbo deum. Ibi vocabimus ⁊ vide-
bimus: videbimus et amabim⁹: amabimus et laudabimus. Ecce qđ
erit in fine ſine fine. Nā quis ali⁹ noſter eſt finis niſi ꝑuenire ad regnū
cuius nullus eſt finis. Videor mihi debitum ingentis huius operis
adiuuāte domino reddidiſſe: quibus parum vel quibus nimiū eſt mi-
hi ignoſcant: Quibus autē ſatis eſt: non mihi ſed deo mecum cōgra-
tulantes agant: vt vere vite et oī beate viuētium faciat nos deus par-
ticipes: qui nos oēs ad ſummuz bonū ꝑducat. Gloria ⁊ honor patri
⁊ filio ⁊ ſpirituiſctō oīpotenti deo in excelſis in ſecula ſeculorū Amē.
Hoc vnū proteſtans quod quicquid a me hic vel alibi dictū eſt: tantū
aſſertum eſſe volo quantum ab eccleſia romana cōprobatur.

## Ad deum oratio.

Plenitudo legum et prophetarum:
ipſe exiſtēs chriſte deus noſter: qui
adimpleuiſti paternuz conſilium.
Reple gratia et hilaritate corda noſtra:
Nunc et ſemper ⁊ in ſecula ſeculorum.
A M E N

# Secundum volumen.

Mirabilium propoſi-
tionū diui Pauli apo
ſtoli Theoremata i ſex
libros diuiſa: videlicet.
Liber primus de laudi
bus apoſtolorum Pe-
tri et Pauli.
Secūdus theorematū
in epiſtolam ad Corin
thios primam.
Tertius theorematuꝫ
btiſſimi pauli in ep̄laꝫ
ad Galatas.
Quartus in epiſtolam
ad Epheſios.
Quintus in ep̄lam ad
Teſſalonicēſes primā.
Sextus in epiſtolā ad
Hebreos.

¶ Prologus Simphoriani chāperij in librū Mirabiliū ꝓpoſitionū doctiſſimi Pauli apoſtoli de laudib⁹ ſctoꝝ aploꝝ Petri ⁊ Pauli ad nobiliſſimū atq; vndecunq; doctiſſimū ⁊ in primis obſeruādiſſimū dn̄m dn̄m Gaſparez de turnone cū Valētineſez antiſtitē: tū Dienſis eccl'ie ꝓſulem.

Cum ſuper epiſtolas Beatiſſimi Pauli apoſtoli a veteribus theologis non paruz multa ſcripta ſunt ad eandēq; Pauli mentē explicādam et propagandam nonnulli etatis noſtre viri doctiſſimi et precipue Petrus marſus calaber ac Jacobus noſter ſtapulenſis validiſſimas ratiōes ſcriptis mandauerunt: minime tamen alienum putaui ſi ꝓbatiōes aliquas afferrem: quibus ꝓpoſitiones ille mirabiles Pauli probarentur: de quibus Petrus apoſtoloꝝ princeps .ij. petri .iij. capite inflexam valde ꝓpoſitionē ſub hoc verboꝝ contextu l'raꝝ monumētis mādauit: ſicut ⁊ chariſſim⁹ frater noſter Paulus ſcḋm datā ſibi ſapientiā ſcripſit vobis ſicut ⁊ in oībus epiſtolis loquēs in eis: de his in quibus ſunt q̄dam difficilia intellectu: que indocti ⁊ inutiles deprauāt ⁊c. Id em̄ cū veritati ipſi⁹ chriſtiane fidei noſtre in vniuerſum adſtipulabit̄: tū maxime ei qḋ ſtruere ꝓpoſuimus opi de laudib⁹ apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli principiū optimū. Nā cū oēs beati apoſtoli parē gratiā apud dn̄m ſctitatis obtineant: neſcio quo tn̄ pacto petr⁹ et paulus vident̄ pre ceteris peculiari quadā in ſaluorē fidei ꝟtute ꝓcellere. Qḋ quidē ex ipſi⁹ dn̄i iudicio poſſumus approbare. Nā petro ſicut bono diſpēſatori clauē regni celeſtis dedit paulo tāq̄ idoneo doctori magiſteriū eccl'iaſtice īſtōnis iniūxit ſcz vt q̄s iſte erudierit ad ſalutē: ille ſuſcipiat ad q̄etē: ⁊ q̄ꝝ corda paulus patefecerit doctrina verboꝝ eoꝝ aīalib⁹ petr⁹ aperiat regna celorū. Clauē em̄ vt diu⁹ Ambro. refert quodāmō a chriſto ſciētie ⁊ paul⁹ accepit. Clauis ei dicēda eſt qua ad fidē pctoꝝ dura reſerant̄/mētiū ſecreta pādūtur: ⁊ q̄cq̄d intrinſec⁹ clauſum tenet̄ in palā rationali manifeſtatiōe ꝓducit̄. Clauis inq̄ eſt q̄ ⁊ ꝯſcientiā ad ꝯfeſſionē peccati apit: ⁊ graz ad eternitatē miſterij ſalutaris īcludit. Ambo igit̄ claues a dn̄o ꝑceperūt ſcīe iſte ille potētie: diuitias immortalitatis ille diſpēſat ſciētie theſauros iſte lagit̄. Sūt em̄ ſcientie theſauri ſicut ſcriptū eſt: In q̄ ſūt oēs theſauri ſapiētie ⁊ ſcīe abſcōditi. Ergo btūs petr⁹ ⁊ paul⁹ eminēt inter vniuerſos aplos ⁊ peculiari q̄dā ꝓrogatiua ꝓcellūt: veꝝ inter ipſos (inſit Amb.) q̄s cui ꝑponat̄ īcertū ē: puto em̄ illos eq̄les

Ambro. in ſermone de natali ſanctoꝝ apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli.

eſſe meritis: quia equales ſunt paſſione: et ſimili eos fidei deuotione
vixiſſe: quos ſimul videmus ad martyrij gloriam perueniſſe. Non
enī ſine cauſa factum putemus ꝙ vna die: vno in loco: vni⁹ tyranni to-
lerauere ſententiam vna die paſſi ſunt: vt ad chriſtum pariter perueni-
rent vno in loco: ne alteri roma deeſſet ſub vno ꝑſecutore: vt equalis
crudelitas vtrūq; ↄſtringeret. Dies ergo pro merito: locus ꝑ gloria
perſecutor decret⁹ eſt pro virtute. Cui⁹ aūt meriti ſint beatiſſimi Pe-
trus ⁊ Paulus hinc poſſumus intelligere. Qđ cum dñs orientis re-
gionem ꝓpria illuſtrauerit paſſione: occidētis plagā ne quid minus
eſſet vice ſui apoſtolorū ſanguine illuminaſſe dignat⁹ eſt. Et licet illi⁹
paſſio nobis ſufficiat ad ſalutē. Tñ etiā horum martyriū nobis con-
tulit ad exemplū. Sed videam⁹ cauſam quare iſta ꝑpeſſi ſunt. ſ. quod
inter cetera mirabilia etiā magnū illum Simonē orationib⁹ ſuis de
aeris vacuo precipitati ruina ꝓſtrauerunt. Exitus vero apoſtolorum
de hoc ſeculo ꝙ beatus fuerit: nemo eſt qui neſciat. Nā prima hec in
illis beatitudo eſt: ꝙ ambo vna die paſſi eſſe noſcunt. ſ. vt quos vna
fides ſeruitio deuinxerat: vna dies martyrio coronaret. Deinde ipſa
paſſio licet diuerſa ī ſingulis fuerit: tñ quāta referta eſt gratie ſancti-
tate: nā Petr⁹ crucis ſicut ſaluator exitū tulit ⁊ a dominice deuotio-
nis ſimilitudine nec morte diſcret⁹ eſt. ſ. vt quē imitabatur fide: imita-
Ambroſi⁹ retur et paſſione. De Pauli vero ceruice (vt diuus Ambroſi⁹ refert)
cum eū perſecutor gladio ꝑcuſſiſſet: dicitur fluxiſſe lactis magis vn-
da ꝙ ſanguinis ⁊ mirum in modū ſanctum Apoſtolū baptiſmi gra-
tia in ipſa ſede extitiſſe ſplendidum potius ꝙ cruentū. Que quidē res
in ſancto Paulo ſtupenda nō eſt. Quid enim mirum ſi abundat lacte
Cori. iij. a. nutritor eccleſie: ſicut ipſe ad Corinthios ait. Lac vobis potum dedi
non eſcā: hec eſt plane repromiſſiōis illa terra quā patribus noſtris
deus promiſit dicendo. Dabo vobis terram fluentem lac ⁊ mel. Nō
enim de hac terra locutus eſt qui manentibus aquis cenū inuoluit lu-
tumq; ꝓmiſcet: ſed de illa terra Pauli ⁊ ſimilium Pauli: que iugiter
purum ſuaueq; diſtillat. Que enim Pauli epiſtola non melle dulcior
eſt lacte candidior: que epiſtola tanꝙ vbera eccleſiarū populos enu-
triunt ad ſalutem. De ceruice ergo apoſtoli pro ſanguine lac manauit
legimus in ipſo: qm̄ caro ⁊ ſanguinis regnum dei non poſſidebunt.
j. Cori. j. Igitur iam Paulus poſſidet regnū: qm̄ caret et ſanguine: qui impe-
dire dicit̄ regnaturum. Adhuc ergo Paulus in terris poſitus etiā in
regni celeſtis ſubſtantiā transformat̄. De Paulo dicit diu⁹ Auguſti-
Auguſtin⁹ in tractatu pſ. cxxx. nus ꝙ ꝙuis ex ꝑſecutore factus fuerit ꝑdicator abundātiorē tñ gra-
tiam cōſecutus eſt in omni labore apoſtolico ꝙ ceteri apoſtoli: vt ma-
gis oſtenderet deus ſuū eſſe quod dat non hoīs. Quō ſolent medici
potentiā artis ſue in deſperatis oſtendere. Sic dñs noſter ieſus chri-

ſtus medicus ⁊ ſaluator noſter: in deſperato qui ꝑſecutor eccleſie fuit
oſtendit magnitudinem artis ſue: vt nõ ſolum eum chriſtianũ faceret
ſed et apoſtolum: nec tantum apoſtolum. Sed ſicut ipſe dixit vt plus Cori. xv.
omnibus laboraret. Excellẽtiſſime ergo gratie fuit: ⁊ videtis fratres
quomodo in eccleſia Pauli epiſtole vigẽt: magis quã coapoſtolorũ
eius. Alij enim non ſcripſerunt: ſed tantum locuti ſunt in eccleſia. Nã
que proferuntur ab errantibus ſub nomine ipſorum: q̃r non ſunt ipſo
rum improbantur: nec acceptantur ab eccleſia. Alij autem qui ſcripſe
runt: nec tantum nec tanta gratia ſcripſerunt: cum ergo eſſet magne
gratie et magna dona meruiſſet a deo quid dicit: propter magni- Origenes
tudinem autem reuelationum ne extollar ⁊c. Quare dicit Origenes ſuper gene-
Vide Paulum qui ab hieruſalem in circuitu vſq; ad illyricum reple- ſim home-
uit euangeliũ dei: audi ipſum dicentem. Quanta mihi acciderũt Ico lia. xiiij. i.
nio liſtris / q̃nta in epheſo / quoties ceſus / ⁊ q̃ties lapidat⁹ ẽ / quoties
pugnauit ad beſtias: ſed ꝑmanſit vſq; quo extruet altitudinẽ. i. vſq; quo
in toti⁹ orbis terre latitudinẽ eccl'as collocaret: ſ; h̃ de Paulo ꝓut ca
pit epithoma ſufficiat: quapropter ſacerrime preſul et oẽs qui in hoc
volumine ordinata diuini loqui Pauli lecturi ſunt Theoremata ora
tos eſſe velim vel obnixiſſime: vt non tam Paulũ ipſum q̃ Pauli in-
telligentiam et intelligentie indultorem attendãt. Et tanto minus cũ
cõmentarios forte quoſcũq; legunt: humanos attendere debẽt auto-
res ſi ſpiritualis vite / veriq; animi paſtus percipiant indicia: ſed intel
ligere debebunt deſuper ima fecundantem virtutem / verumq; agno-
ſcere autorẽ: agnitũq; ſequi quanta valebunt animi puritate atq; pie
tate. Ad eum eni; his ſolis accendit paſſibus: qui omnia operatur in
omnib⁹. Admitte igitur humaniſſime pater Paulum hoſpitẽ intro-
mitte chriſti preconem chriſti ad omnium gentium vitam legatu; ſuꝑ
mũdanum oratorem. Quem inſuper ſi ſacro pectoris tui armario cõ
dideris / conditum ſeruaueris / ſeruatum ruminaueris / digeſſeris /
coxeris / te dubio procul in vero beatitudinis tramite collocabit. Be
niuole ergo theoremata accipias rogo: ⁊ ex conſuetudine ⁊ humani-
tate tua et legas ⁊ emendes: meq; tuũ et velis ⁊ memineris. Valeas
felix / feliciterq; viuas. Apud Nanceiũ primariũ Lotharingie oppi-
dum Decimotertio kalendas Julias. M.ccccc.xiiij.

¶ Sancti Damaſi epiſcopi de laudibus Pauli apoſtoli.

Iamdudum Saulus procerum precepta ſecutus
Cum domino patrias vellet preponere leges.
Abnueret ſanctos chriſtum laudaſſe prophetas.
Cedibus aſſiduis cuperet diſſerpere plebem
Cum lacerat ſancte matris pia federa cecus
Poſt tenebras verum meruit cognoſcere lumen
Tentatus ſenſit: poſſit quid gloria chriſti
Auribus vt dominum vocem lucemq; recepit
Compoſuit mores chriſti precepta ſecutus.
Mutatus poſtq̄ placuit de nomine Paulus
Mira fides rerum ſubito trans ethera vectus
Noſcere promeruit: poſſint quid premia vite:
Conſcendit ratus martyr penetralia chriſti.
Tertia lux celi tenuit paradiſus euntem:
Colloquijs domini fruitur/ſecreta reſeruat
Gentibus et populis iuſſus predicere vera
Profundum penetrare maris noctemq; diemq;
Viſere: cui magnum ſatis eſt vixiſſe latentem
Verbera/vincla/famem/lapides/rabiemq; ferarum
Carceris eluuiem: virgas tormenta chatenas/
Naufragium lachrymas/ſerpentis dira venena/
Stigmata non timuit portare in corpore chriſti.
Credentes docuit: poſſent quo vincere mortem.
Dignus amore dei viuit per ſecla magiſter.
Verſibus his breuiter fateor beatiſſime doctor
Paule tuos Damaſus volui monſtrare triumphos.

¶ Mirabiliū propoſitionū theoremata beatiſſimi Pauli apl'i: de q̄ beatus Petr' apoſtolorū princeps .ij. Petri.iij. capite inflexā valde ꝓpoſitionē ſub h' vboꝝ cōtextu lraꝝ monumētis ſcripſit: ſicut et chariſſim' frater nr̄ Paulus ſm datā ſibi ſapiētiā ſcripſit vobis ſicut ⁊ in oībus ep'lis loquēs in eis: de his in q̄b' ſunt q̄dā difficilia intellectu: q̄ indocti ⁊ inutiles deprauant ſicut ⁊ ceteras ſcripturas ad ſuā ipſorū ꝑditionē ⁊c. cū enodatiōib' dn̄i Simphoriani champerij Lugduneñ. ex varijs theologorum ſententijs.

¶ Vulgata editio.

Paulus ieſu chriſti ſeruus vocatus apoſtolus ſegregatus in euangeliū dei q̄d ante ꝓmiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnē qui predeſtinat' eſt filius dei in vtute ſm ſpm̄ ſanctificatiōis ex reſurrectiōe mortuorū

¶ Intelligentia ex greco.

Paulus ſeruus ieſu chriſti vocatus apoſtolus ſegregatus in euāgelium dei q̄d ꝓmiſerat ꝑ ꝓphetas ſuos in ſcipturis ſanctis de filio ſuo facto ex ſemine Dauid ſm carnē definito filio dei in poteſtate per ſpiritum ſanctitatis ex reſurrectione a mortuis.

¶ Expoſitio.

Paulus qui antea fuit Saulus Giſcalis oppido in iudea ort' beniamina tribu patria a romanis bello capta cum parētib' Tharſum q̄ Cilicie eſt: migrauit mox hieroſolimis operam dedit Gamalieli Moſaice legis peritiſſimo. Origenes tn̄ Paulū binominū fuiſſe ſenſit ⁊ q2 hebre' erat nomē hebreū habuiſſe Saulū q2 vo ciuis roman' ēt nat' nomē romanū illi prio ⁊ hebreo ſatis vicinū habuiſſe Paulū vt ⁊ de Joāne Marco euenit immo de vtriſq; i actis apl'orū legit. Sunt enim vt pleriſq; aſſerūt Joānes ⁊ Saulus hebrea. Marc' vero ⁊ Paul' gētilitia: vt Marc' regulus Marc' Antoni' Paulus ſergi' paulus emili'. Apud veteres nr̄os diuo Ambroſio teſte rōne noīa ꝑponebāt: vt Iſaac ꝓpt riſum ⁊ Jacob ꝓpter calcaneū: ita ⁊ iſte ꝓpter inq̄etudinē Saulus eſt nūcupatus. Poſtq̄ aūt credidit ex Saulo Paulū ſe dicit: hoc ē īmutatū: et q2 Saulus ſm ſupradictū ſenſū inq̄etudo ſeu tētatio interp̄tat hic cū ad fidē chriſti acceſſit Paulū ſe dicit. i. quaſi ex tētatore factū quietū humilē q; vel paruulum: ⁊ q2 pax eſt fides noſtra. Cū prius eñ tentationes ex inquietudine iudaiſmi dei ſeruis inferret: poſt ipſe tentationes paſſus eſt: propter ſpem quam ante amore iudaiſmi negaret. Paulus latina lingua modicus interpretat greca quietus. Alij vero dicunt q̄ dictus eſt paulus a primo ſpolio q̄d cōtulit eccleſie a Paulo: videlʒ Sergio ꝓcōſule: quē apud Ciprū cōuertit ad fidē. Btūs

Origenes.

Diu' Ambroſius.

quocꝫ Auguſtin⁹ dicit ꝙ nō ob aliud hoc nomē Paulus elegit niſi vt ſe oſtenderet paruū tanꝙ minimus apoſtoloꝝ multū ꝯtra ſupbos ꝛ arrogantes ꝛ de ſuis operibus ꝓſumētes hinc ꝛ ipē prio ſaul⁹ poſt ea Paulus ideſt primo ſupbus poſtea humilis. Saul eñ vñ dictū eſt nomen Sauli: noſtis quia rex ſuperbus ꝛ infrenis fuit nō quaſi iactantia aliqua nomē ſibi mutauit apoſtolus: ſꝫ ex Saulo factus eſt Paulus ex ſupbo modicus. Audi quomō fuerit Saulus: ꝛ quomō ſit Paulus qui fuit prim⁹ (inquit) blaſphemus: ꝛ ꝑſecutor ꝛ iniurioſus. Audiſti Saulū audi ꝛ Paulū ego eñ (infit) ſum minim⁹ apoſtolorū quid eſt minimus: niſi ego ſum Paulus ꝛ ſequit̃ qui nō ſum dignus vocari apoſtolus quare: quia fui Saul⁹. q̇d eſt fui Saulus. ipſe dicat qꝛ ꝑſecutus ſum (inquit) eccleſiā dei: ſꝫ gratia dei: aſt ſum quod ſuꝫ abſtulit ſibi oēm excellentiam ſuā minimus tā in ſe grādis in chriſto. Et alio loco ego ſuꝫ nouiſſim⁹ apoſtoloꝝ ꝛ minimus ꝛ nouiſſim⁹ tanꝙ fimbria de veſtimēto dñi quid tā exiguū ꝙ fimbria hac tñ tacta mulier a fluxu ſanguinis ſanata eſt. In modico iſto magnus erat in minimo grādis habitabat. Et tāto minus a ſe magnuꝫ excludebat ꝙto magis minor erat ſed ſe dicit ſanū ieſu chriſti. At qua ſignificatione ſumit̃ hic ſeruus arbitror ꝓpemodū i ea qua vtuntur Plato ꝛ Ariſtoteles ceteriq̄ꝫ philoſophi: neqꝫ eñ paulus philoſophie aut cuiuſuis hūane diſcipline expers fuiſſe videt̃ aut ignarus rerū in diuīa ſpirituſſanctus eum cunctis fecit eminētiorē: in ſacris eñ litteris ille eſt beniamim adoleſcētulus in mētis exceſſu philoſophi eū vocare ſolent ſeruū qui nō ſuus ſꝫ oīno alteri⁹ ſit q̇ nō ſibi viuit nō ſibi operat̃ nō ſibi generat ſꝫ dño itaqꝫ cū oīum hominū liberrimus Paul⁹ ſe ſeruū dñi noſtri ieſu chriſti dicit: teſtat̃ ſe nō eſſe ſuū ſꝫ oīno ieſu chriſti ſe nō ſibi viuere ſꝫ ieſu chriſto vere viuētū vite nō ſibi operari nō ſibi fideles filios generare ſꝫ chriſto dño. Et hec chriſti ſeruitus oēm ſuperat libertatē quid eſt ꝙ in vulgata editione dicitur. Qui ꝓdeſtinat⁹ eſt filius dei ꝛc. Audi ipſum alibi apoſtolū ſcim⁹ (inq̇t) qm̄ diligētibus deū oīa cooperant̃ in bonū hijs q̇ ſcd̃m ꝓpoſitū vocati ſunt ſancti quos eñ preſciuit ꝛ ꝓdeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ei⁹: vt ſit primogenit⁹ in multis fratrib⁹. Quos aūt predeſtinauit illos ꝛ vocauit niſi forte (infit Auguſtin⁹) ipſum predeſtinatū dicere formidabimus: qꝛ de nobis tātū vt efficiamur ꝯformes imaginis ei⁹ hoc dixiſſe videt̃ apoſtol⁹. Quaſi vero quiſq̄ꝫ regulā fidei fideliter intuens filium dei negatur⁹ eſt ꝓdeſtinatū: eum negare hominē nō poteſt recte quippe dꝛ nō predeſtinatus ſcd̃m id qd̄ eſt verbuꝫ dei deū apud deū. Ut q̇d eñ predeſtinaret̃ cū iā eſſet qd̄ erat ſine initio ſine termino ſempitern⁹: illd̄ aūt predeſtinā dū erat qd̄ nōdū erat vt ſic ſuo tēpore fieret quēadmodū ante oīa tēpora predeſtinatū erat

Auguſtin⁹ i lib. de ſpū ꝛ littera.

Ex tractatu Auguſtini. ps. lxxij.

Ex Auguſtino i ſermone de apoſtolo paulo

Ex tractatu Auguſtini in euāgeliū ſecūduꝫ Johannem

vt fieret. Quiſq̄s igit̃ dei filiū p̄deſtinatū negat: hūc eundē filiū hoīs
negat ſcd̄m hāc ergo p̄deſtinationē etiā clarificatꝰ eſt anteq̄ mun-
dus eſſet: vt eſſet claritas eius ex reſurrectione mortuorū apud patrē
eius ad cuius dexteram ſedet.

## Theorema ſecundum.

### ¶ Vulgata editio.

¶ Reuelat̃ eñi ira dei de celo ſup oēm ipietatē ⁊ iniuſticiā hominū
eoꝝ q̄ veritatē dei iniuſticia detinēt: q2 q̄ notū eſt dei: māifeſtū eſt in
illis deꝰ eñi illis manifeſtauit: inuiſibilia eñi ipſiꝰ a creatura mundi ꝑ
ea que facta ſunt, intellectu conſpiciuntur.

### ¶ Intelligentia Ex greco.

¶ Reuelatur eñi ira dei de celo ſuper omnē impietatem ⁊ iniuſtitiā
eoꝝ hoīum q̄ veritatē in iuſtitia detinēt: q2 noticia dei manifeſta eſt, in
eis deus eñi manifeſtauit. Nō inuiſibilia eius a cōditiōe mūdi opibꝰ
ipſis intellecta conſpiciuntur ideſt ſempiterna eius poteſtas ac diui
nitas: vt ſint inexcuſabiles.

### ¶ Expoſitio.

Sicut eñi in illo q̄ credit iuſticia dei reuelat̃ ita ⁊ in eo q̄
nō credit impietas ⁊ iniuſtitia reuelat̃. Ex ipſa eñi (inſit
Ambroſius) celi fabrica iratus illi deus videt̃. Idcirco Diuus Am
eñi tā pulchra aſtra cōdidit: vt ex his quātus ⁊ q̄ admi broſius.
rabilis creator eoꝝ eſt poſſit agnoſci: et ſolus adorari
vñ ſcriptum eſt in pſalmo. Celi enarrāt gloriā dei: et opa manuū eiꝰ
annūciat firmamētū ꝑ naturalē ergo legē: reū facit genꝰ humanū po ps.xviij.
tuerūt eñi id ꝑ legē nature apphēdere fabrica mūdi teſtificāte aucto
rē deū ſolū diligēdū: qđ Moſes litteris tradidit: ſʒ impij facti ſunt
nō colēdo creatorē: ⁊ iniuſtitia in eis apparet dū vidētes diſſimulāt
a veritate: non faciētes vnū deū: ira illa dei de celo: gladiꝰ fames pe-
ſtis ⁊ huiuſmodi vltrices plage: vt ꝑ eſaiā dicit̃ inebriatus eſt in celo
gladius meus ⁊ ꝑ hieremiā. Ecce ego mittā in eos gladiū ⁊ famē ⁊
peſtē. Noticia dei manifeſta eſt ex mundi fabrica: vt eñi deꝰ q̄ natura
inuiſibilis eſt, etiā viſibilibus poſſit ſciri: opꝰ factū eſt ab eo qđ opi- Eſaias.
ficē viſibilitate ſua manifeſtaret: vt ꝑ certū incertū poſſit ſciri: vt per
hoc qđ ceteris impoſſibile eſt ille eſſe deꝰ oīum crederet̃ q̄ hoc opus
fecit: ait ⁊ Salomō de ſapiētibꝰ mūdi: ſi eñi tantū potuerunt ſcire vt
poſſint eſtimare ſclm quō ipſiꝰ mūdi dñm ⁊ creatorē nō facilius īue Sap.xiij.d
nerūt: ſʒ quos arguit (inſit Auguſtinꝰ) Salomō nō cognouerūt per
creaturā creatorē: quos aūt arguit aplus cognouerunt ſʒ grās non

Auguſtin⁹ in expõne quarũdã p̄põnũ ex epiſtola ad romanos.

Act.xvij.f.

Origenes i expõne ad romanos.

egerũt: ⁊ dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſunt: ⁊ ad colẽda ſimulacra deciderũt: nã ſapiẽtes gẽtiũ q̄ iuenerint creatorẽ manifeſte idem aplus cũ athenieñſib⁹ loq̄ret oſtẽdit: cũ em̃ dixiſſet: q: in ipſo viuim⁹ ⁊ mouemur ⁊ ſum⁹ addidit: ſicut ⁊ q̇dã ſm vos dixerũt hac aũt intẽtione pri⁹ arguit ipietatẽ gentiũ vt ex hoc p̄bet etiã ad gr̃am poſſe ptinere ꝯuerſos iiuſtũ, eſt em̃ vt penã ſubeāt ipietatis ⁊ premiũ fidei nõ accipiāt. Quid em̃ (inq̇t Origenes) tã tetrũ tã obſcuꝝ tãq̧ tenebroſum q̄ gloriã dei ad corpalẽ ⁊ corruptibilẽ hũane forme effigiẽ vertere: vt moris eſt his q̇ ſimulacra venerant diuine maieſtatis eminẽtiam volucribus ⁊ quadrupedibus et ſerpentibus exequare.

# Theorema tertium.

## Uulgata editio.

Per legẽ em̃ cognitio peccati nũc aũt ſiue lege iuſtitia dei manifeſta eſt: teſtificata a lege ⁊ p̄phetis iuſtitia dei p̄ fidẽ ieſu chriſti in oẽs ⁊ ſup̄ oẽs q̇ credũt i eũ nõ em̃ ẽ diſtictio: oẽs em̃ peccauerũt ⁊ egent gl'ia dei: iuſtificati gratis p̄ gr̃az ipſi⁹ p̄ redẽptionẽ q̄ eſt in xp̄o ieſu.

## Intelligentia ex greco.

Nota q̄ lex nõ erat ſufficiens ſine gratia.

Per legẽ em̃ cognitio peccati: nunc autẽ iuſtitia dei ſine lege manifeſta eſt teſtificata a lege ⁊ p̄phetis iuſticia aũt dei p̄ fidẽ ieſu chriſti: in oẽs ⁊ ſup̄ oẽs q̇ credũt: nõ em̃ eſt diſtinctio. Oẽs enim peccauerunt: ⁊ egent gloria dei iuſtificati gratis per gratiaz ipſius per redẽptionem que eſt in chriſto ieſu.

## Expoſitio.

Auguſtin⁹ i expõne ad romanos.

Quod aũt dicit apoſtol⁹. Q: nõ iuſtificabit in lege ois caro corã illo p̄ legẽ em̃ cognitio peccati: ⁊ cetera ſiƙa: q̄ q̇dã putãt in cõtumeliã legis obijciẽda ſollicite ſatis legẽda ſunt vt neq̧ lex ab ap̄lo iprobata videat̄ neq̧ homini arbitrũ liberꝝ ſit ablatũ itaq̧ q̄ttuor iſtos ab Auguſtino ſcriptos grad⁹ hoĩs diſtinguam⁹: ante legẽ ſub lege ſub gratia i pace ante legẽ ſeq̄mur ꝯcupiſcẽtiã carnis: ſub lege trahimur ab ea ſub gr̃a nec ſeq̄mur eã nec trahimur ab ea in pace nulla eſt ꝯcupiſcẽtia carnis: ante legẽ ergo nõ pugnamus: q: nõ ſolũ ꝯcupiſcim⁹ ⁊ peccamus: ſ; etiã approbamus peccata ſub lege pugnamus ſ; vincimur: fatemur em̃ mala eſſe cũ vtiq̧ nolum⁹ facere: ſ; q: nõdũ eſt gr̃a ſupamur. In iſto gradu oſtẽdit̄ nobis quõmõ iacem⁹: ⁊ dũ ſurgere volumus ⁊ cadim⁹ graui⁹ affligimur: inde hoc d̄r: lex ſubintrauit: vt abũdaret delictũ. Inde eſt ⁊ q̇d nũc poſitũ eſt p̄ legẽ cognitio pc̄ti: nõ em̃ ablatio peccati eſt: q: per ſolã gratiã auferẽ pctm̃: bona ergo

Ro.iiij.d.

Ro.iij.c.

lex qr ea vetat q̄ vetāda sunt: ⁊ ea iubet q̄ iubēda sunt. Sed cū quisq̄ illā viribus suis putat iplere nō p grām liberatoris sui: nihil ei pdest illa p̄sumptio: immo etiā tātū nocet vt vehemētiori peccādi desiderio rapiat̃ ⁊ in peccatis etiā p̄uaricator inueniat̃: vbi em̄ non ē lex: nec p̄uaricatio sic ergo iacēs cū se q̄sq3 cognouerit p seipsu3 surgere nō valebit iploret auxiliū liberatoris. Nō in ipso desiderio prauo: s3 in nr̄a ɔ̄sensione peccamus adhoc valet: qđ dicit idē apostol⁹: nō regnet peccatū in vr̄o mortali corpore ad obediēdū ɔcupiscētijs eius: hic em̄ ostēdit esse desideria q̄b⁹ nō obediēdū peccatū i nobis regnare nō sinimus: s3 qm̄ ita desideria carnis de carnis mortalitate nascūtur quā trahim⁹ ex p̄rio peccato primi hoīs: vn̄ carnaliter nascimur: nō finientur hec nisi resurrectiōe corporis īmutata illā q̄ in nobis p̄mittit̃ meruerim⁹: vbi pfecta pax erit quam in quarto gradu constituimus: ideo autem perfecta pax qr nihil nobis resistit nō resistē̄t h⁹ deo hoc est qđ dicit apostolus corp⁹ q̄dē mortuū est ꝑpter peccatū: spiritus autem vita est propter iustitiam: per fidem autem abolitio. Ideo sequenda est fides. Que est hec lex iterum videamus: per quā dicit cognitum esse peccatum: ⁊ cognitu3 quomodo: videmus enim (inquit Ambrosius) veteres nō ignorasse peccatu3: quia ⁊ Joseph in carcere missus est licet per calūniam ⁊ pincerna ⁊ pistor Pharaonis causa peccati quomodo ergo latebant peccata. Triplex quidem lex est: ita vt prima pars de sacramento diuinitatis sit dei secunda aute3 que congruit legi naturali que interdicit peccatum Tertia vero legis factoru3 idest sabbata neomenie circunsio ⁊c. hec est ergo lex naturalis que per Mosem partim reformata: partim auctoritas eius firmata in vitijs cohibendis cognitum fecit peccatum: non quod lateret sed ostendit peccata que fiunt non impune futura apud deum: ne forte quis ad tempus euadēs legē illusisse putaretur. Hoc est ergo quod lex ostēdit. Nunc vero sine lege iustitia dei manifestata est testimonium habens a lege ⁊ prophetis apertum enim est: quia iustitia dei sine lege apparuit sed sine lege sabbati ⁊ circūcisionis ⁊ neomenie ⁊ vindicte non tamen sine sacramēto diuinitatis dei et ne hoc forte contra legem factum putaretur: adiecit iusticiam dei testimonium habere ex lege ⁊ prophetis. Cum vero dicit testificata a lege ⁊ prophetis Mosi legem designat. Quod si adhuc tibi minus plenum putatur esse quod diximus. Addemus etiā que dicit Origenes si tibi videtur: ꝙ eadem lex sit de qua dicitur. Nunc autem sine lege iustitia dei mā̄ifestata ē: q̄ est et illa: de q̄ ait: testificata a lege ⁊ ꝓphetis: hec quide3 q̄ sine lege manifestata est nō accipit testimoniū legis si autē accipit testimonium legis. non ergo sine lege manifestata est Qđ cum (inquit) insolubile sit: nec aliqua possit ratione cōuelli dicen-

Ro. iiij. C.

Ro. vj. c.

Ro. viij. D.

Diu⁹ Augustinus.

Origenes i epistola ad Ro. cap. iij.

dum eſt iuſticiam quidem dei manifeſtari a chriſto ieſu prebēre ei teſtimonium nō lege nature: que adhuc eſt vtiqꝫ exigua et parua: ſed lege Moſi nō ea que ſ̄m litterā: ſed que ſ̄m ſpiritū eſt. De qua idē dicit apoſtolus: quia lex ſpiritalis eſt. Lex ergo et prophete teſtes ſunt iuſticie dei: que iuſticia per fidē ieſu chriſti manifeſtatur in oēs credētes. In quibus nulla eſt diſtinctio vtrū ex iudeis an ex gentibꝰ credāt vide (inquit) qꝛ manifeſtat de iuſticia dei nō vnā poſuit cauſam tātūmodo fidei: ſed legē poſuit et ꝓphetas: qꝛ neqꝫ fides (inquit) ſola ſine lege ⁊ ꝓphetis manifeſtat iuſticiā dei: neqꝫ rurſus lex ⁊ ꝓphete ſine fide. Alterū ergo heret ex altero: vt ſit ex vtroqꝫ ꝑfectio. Nulla inquit diſtinctio eſt inter iudeos et grecos: cū ↄſtet ex equo oēs ſub peccato factos eſſe: ⁊ nunc iuſtitia dei legis ⁊ ꝓphetarū teſtimonijs fultā per fidem ieſu chriſti equo oībꝰ datā: ex eo ꝙ oēs ſub peccato facti fuerāt alieni. Vn̄ Ambroſius inquit hoc gn̄aliter accipiendū eſſe qn̄ ait: nō eſt diſtinctio. Oēs em̄ (inquit) hic cōprehendit etiā ⁊ ſanctos: vt oſtenderet nihil ꝓfuiſſe legē ſine fide. Hic em̄ lex data eſt: vt fides eſſet in lege q̄ futurā ſperaret ſalutē. Quāobrē mors chriſti oībus ꝓficit: qꝛ ⁊ hic in ſeculo quid credendū ⁊ obſeruādū eſt docuit: ⁊ de inferno eripuit oēs: Nā in Adam oēs (ſi ꝓ̄ſeruati non fuerint ut de glorioſa virgine dꝛ) peccauerūt. Oēs em̄ vt Aug. ſcribit peccauerūt ſiue in Adā ſiue in ſemetipſis ⁊ egēt gloria dei: vniuerſa igit̄ maſſa penas debet. Et ſi omnibus debitū dānationis ſupplicium redderetur: non iniuſte procul dubio redderetur.

Aug. in li. de natura ⁊ gratia.

## Theorema quartum.

### Vulgata editio ⁊ greca eedem ſunt.

Ro.v.

Uſqꝫ ad legē em̄ peccatū erat in mūdo: pctm̄ aūt non imputabat cum lex non eſſet: ſed regnauit mors ab Adā vſqꝫ ad Moſem etiā in eos qui nō peccauerūt in ſimilitudinē preuaricatiōis Ade qui eſt forma futuri. Lex aūt ſubintrauit: vt abūdaret delictū vbi aūt abūdauit delictū ſupabūdauit gratia: vt ſicut regnauit peccatū ī mortē ita ⁊ grā regnet ꝑ iuſticiā in vitā eternā per ieſum chriſtum dn̄m noſtrum.

### Expoſitio.

Putabunt em̄ ſe hoīes apud deū peccare ſed non apud hoīes. Nec em̄ inquit Ambroſius lex naturalis penitꝰ obtorpuerat / qꝛ nō ignorabāt: qꝛ qd̄ pati nolebāt: alijs facere nō debebāt. Lex naturalis ſemp̄ ē nec ignorabat aliqn̄: ſed putabatur ad tempus tm̄ autoritatē habere: nō ⁊ apud deū reos facere. Ignorabat em̄ qꝛ iudicaturus eſt deus

Diuus Ambroſius

genus humanuȝ: ac per hoc non imputabaẜ peccatū: quaſi peccatum nō eſſet apud deum: incurioſum deū aſſerentes. At vbi autem lex data eſt per Moſem manifeſtum eſt curare deum res humanas: ꝛ nō imputē his futurum qui male facietēs: quacū𝈾ꝫ ex cauſa in preſenti euadunt. Lex eñ naturalis tres habet partes. Prima eſt: vt agnitus honoretur creatoꝛ nec eius claritas et maieſtas alicui de creaturis deputetur. Scđa auteȝ pars eſt moꝛalis: hoc eſt vt bene viuatur modeſtia gubernāte. Congruit eñ homini habēti noticiā creatoꝛis: vitā ſuaȝ lege frenare ne fruſtretur agnitio. Tertia vero pars eſt docilis vt noticia creatoꝛis dei et exemplum moꝛū ceteris tradaẜ: vt diſcāt quēadmodum apud creatoꝛem meritum collocatur. Hec eſt vera chꝛiſtiana prudētia. Qđ autē ait vſ𝈾ꝫ ad legem peccatū in mundo fuit. Intelligendum eſt vt ſcribit diuus Auguſtinus quouſ𝈾ꝫ veniret gratia. Cōtra enim dictum eſt qui arbitranẜ per legem auferri potuiſſe peccata. Dicit aūt Apoſtolus manifeſtata eſſe peccata per legem: nō aūt ablata cum dicit peccatum aūt non deputabaẜ/cum lex non eſſet. Nō eñ ait/non erat: ſed non deputabaẜ: ne𝈾ꝫ cū lex data eſt/ablatum eſt: ſed deputari cepit: id eſt apparere. Non ergo (inquit) putemus vſ𝈾ꝫ ad legē ita dictū eſſe: quaſi iam ſub lege non eſſet peccatū: ſed ſic dictum eſt vſ𝈾ꝫ ad legē: vt totum legis tp̄s annumeret vſ𝈾ꝫ ad finem legis qđ eſt chꝛiſtus. Regnauit auteȝ moꝛs (infit Oꝛigenes) que per peccatū fuerat ingreſſa vſ𝈾ꝫ ad Moſem: hoc eſt vſ𝈾ꝫquo lex ꝑmanſit in eos ꝙ peccauerūt ſm ſimilitudinē peccati Adam per quē moꝛs ipſa accepit ingreſſuȝ: qui Adam foꝛma futuri eſt: non ſm qđ preuaricatus eſt: ſȝ ſm hoc ꝙ ſicut per ipſum moꝛs ita per nouiſſimū adam vita ingreſſa eſt in hunc mūdum: ꝛ ſicut per illū in oēs hoīes condēnatio: ita et per chꝛiſtum in oēs hoīes iuſtificatio. Quod autē ait. Lex ſubintrauit vt abundaret delictū ipſo verbo ſatis ſignificauit: vt Auguſtinus ſcribit neſciſſe iudeos qua diſpēſatiōe lex data ſit. Nō eñ data eſt ꝗ poſſet viuificare: qꝛ gratia viuificat per fidem: ſed data eſt lex ad oſtēdendū quātis ꝗꝫ artis vinculis peccatoꝝ cōſtricti tenerētur qui de ſuis viribus adimplendā iuſtician preſumebāt. Sic abundauit peccatū cuȝ ꝛ cōcupiſcentia ex pꝛohibitiōe ardētioꝛ facta eſt et peccātibus cōtra legē preuaricationis crimen acceſſit. Qđ intelligit qui ſm graduȝ in illis quattuoꝛ gradibus cōſiderat Apoſtolus legē in mēbꝛis poſitaȝ reſiſtentē legi mentis. Hanc ergo (infit Oꝛigenes) nunc legē membꝛorū poſuiſſe in hoc loco videẜ apoſtolus quē ſubītraſſe dicit vt abūdaret peccatuȝ. Nam ꝛ ipſe ſermo quo vſus eſt pleniſſime videẜ hec (inquit) iudicare. Aliud nā𝈾ꝫ eſt intrare: aliud ſubintrare ſicut aliud ducere ꝛ aliud ſubducere/aliud trahere ꝛ ſubtrahere. Subintrare nan𝈾ꝫ hoc indicat: cū alio ingreſſo ſub obtentu alius ingreditur. In

Tres partes legis naturalis.

Auguſtin⁹ in expoſitione ep̄le ad Ro.

Auguſtin⁹ in eodē ad Roma.

Oꝛigenes.

qua ratione oſtenditur quod ſub obtentu legis naturalis quam le-
gem mentis nominauit apoſtolus: que lege dei conſentit: orta ſit lex
membrorum: que deſideria carnis ſuggerẽs et captiuum hominem
ducẽs libidini: ac voluptatibus inquinatum facit ideo abundare pec-
catum. Sic ergo lex ſubintrauit vt abundaret delictum: ſed vbi abun-
dauit inquit peccatum / ſuperabundauit gratia ⁊ in preſenti loco cum
dixiſſet abundaſſe peccatum: ſermone digniſſimo vſus eſt ꝙ abundã-
tiam vinceret / ⁊ ſuꝑabundantiam poneret. Suꝑabundauit aũt gra-
tia chriſti eo vt non ſolũ a preteritis peccatis abſolueeret hoĩez. verũ-
etiã cõmuniret a futuris. Si quidẽ duo quedã regna oſtẽdit in hoĩez
vnũ quo peccatum in morte regnauit: aliud quo gratia ſuper iuſticiã
Ambroſi⁹ regnet in vita. Et vt diuus Ambro. ſcribit apoſtolus oſtẽdit quid ꝓ-
uenerit data lege: nõ q̃d lex fecerit. Quõ (inquit) legis vitio creſcebãt
peccata: que cõminat̃ ne peccetur: ſed ſubintraſſe dr̃ vt abũdaret pec-
catum: verũ eſt qꝛ quaſi ꝓfutura intrauit ⁊ cũ humilitate: poſtea aũt
cepit dñari eis quib⁹ ꝑceperat ne peccarẽt et peccabũt. Oſtẽdere eñ
cepit lex abundantiam peccatorum: cunꝙ interdixerat plus fiebãt ꝙ
facta erant. Igitur hoc modo vt abũdaret dilictũ data eſt lex. Com-
mendãs eñ apoſtolus fidẽ per quã vtiꝙ peccata delẽtur: legẽ dixit fe-
ciſſe vt abũdarẽt peccata: qꝛ (inquit) non data eſt: vt abolerent̃ pecca-
ta: ſꝫ vt abũdarẽt: dũ ⁊ añ legẽ peccatores oſtẽdit ⁊ poſt legẽ reos oẽs
tenuit. Manifeſtũ aũt eſt: qꝛ cuꝫ abũdaret peccatũ ſuꝑabũdauit gr̃a
dũ donũ dei venit ex ꝓmiſſione: ⁊ oĩa peccata cõtexit: vt diaboli inui-
dia nihil ſe ꝓfeciſſe doceat. Superabũdauit ergo gratia: qꝛ peccatũ
ad tp̃s regnauit: gr̃a autẽ in eternũ. Dei eñ regnũ eſt gratia regnãte:
ſicut diaboli regnum erat peccato regnare.

## Theorema quintum.

¶ Uulgata editio.

¶ Sine lege eñ peccatũ mortuũ erat. Ego autem viuebã ſine lege
aliqñ: ſed cũ veniſſet mandatũ peccatum reuixit.

¶ Intelligentia ex greco.

¶ Sine lege eñ peccatum mortuũ erat: ſed cum veniſſet mãdatum
peccatum reuixit.

¶ Expoſitio.

Oſtendit que latebant peccata: ⁊ que impune futura nõ
eſſent apud deũ. Quo cõperto hõ fact⁹ eſt re⁹: ⁊ iõ non
videtur gratias agere legi. Quis enim libenter habeat
eum qui ſibi penã imminere annũciat: legi autem fidei
gratias agit: qꝛ qui per legeꝫ Moſi re⁹ factus eſt per

legē fidei recōciliat⁹ est deo: q̄uis ⁊ illa iusta ⁊ bōa sit ostēdere etem̄ imminēs p̄iculū bonū est. Sed huic magis grās agit p̄ quē ereptus de p̄iculo: viuit cū aūt dixit sine lege peccatū mortuū erat duplici genere vt scribit diu⁹ Ambrosi⁹ itelligēdū est vt ⁊ diabolū ī peccato sciat significatū: ⁊ hoc ipsū peccatū qđ vocat̃ peccatuz. Mortu⁹ em̄ dicit̃ fuisse diabol⁹: qꝛ cessabat ad illusiōe hoīs ante legē sed erat q̄si quietus: secur⁹ em̄ erat de possessione ei⁹. peccatū mortuū esse dixit. quia putabat̃ ꝙ nō iputaret̃ apđ deū: iō apud hoīem mortuū erat: quasi impune peccaret̃. Nā nō latebat peccatū: ꝫ ignorabat̃ hoc qꝛ deus iudicatur⁹ est. Quid cū data lege māifestū est reuixisse peccatū. Quare reuixit: nisi qꝛ ante vixerat ⁊ postea desidia hominuz mortuū estimatū est cū viueret putabat̃ em̄ nō imputari peccatū cū iputaret̃: viuēs ergo ꝓ mortuo habebat̃. Qđ aūt ait ego aūt viuebā aliq̄n sine lege q̄d est sine lege vixisse: cū lex semꝑ fuerit: nisi qꝛ sine timore dei homo viuebat securus ꝙ nō esset de⁹ iudicatur⁹ actus hūanos nō dixit (inquit Origenes) nō habebā: ꝫ dixit nesciebā tāꝙ̄ esset q̄dem ignoraret̃ tm̄: qꝛ esset ꝯcupiscētia. vbi aūt venit rō ⁊ lex naturalis locū cū nobis ꝓcessu etatis iuuenit docere nos cepit q̄ eēnt bona ⁊ ꝓhibere a malis hoc ergo est duz dicit nō ꝯcupisces qđ ante nesciebamus ab ipsa didicim⁹ malā esse ꝯcupiscētiā legē illā de qua dicit: qꝛ cōcupiscētiā nesciebā nisi lex diceret. non concupisces. Origenes.

## Theorema sextum.

¶ Vulgata editio ⁊ greca similes sunt.

¶ Quod impossibile erat legi in quo infirmabat̃ per carnē de⁹ filiū suū mittēs in similitudinē carnis peccati ⁊ de peccato dānauit peccatū in carne: vt iustificatio legis ipleret̃ in nobis q̄ nō scđm carnē ambulamus: sed secundum spiritū.

¶ Expositio.

Cum in superioribus tot leges noīauerit: dixit enim ⁊ legem mentis: ⁊ legem spiritus vite: econtrario quoq̄ ⁊ legem in membris esse: ⁊ legem mentis: ⁊ legem peccati cognominauerit: hic nunc de qua harum lege dicat. Nā quod impossibile erat legis in quo infirmabatur per carnem (non est parue deliberationis eligere credit tamen Origenes ꝙ legem Mosi et hic sicut ⁊ in alijs in duas partes apostolus diuidat: ⁊ aliud in ea carnem: aliud spiritum nominat ⁊ illam quidē obseruādā (ait) que scđm litterā gerit sensum carnis appellat: sicut dixit de hmōi iudeis frustra inflatos sensu carnis sue. Illam

Origenes.

legis mosaice due ꝑtes

vero que accipitur ſpiritaliter ſpiritū nominat:ſicut ⁊ alibi dicit:littera occidit ſpiritus viuificat. In hoc ergo loco (inquit) quod dicit impoſſibile legis ⁊ in quo infirmatur per carnē:intellectus qui ſecūdū litteram eſt accipi pōt ipſe enim impoſſibilis erat ⁊ infirmus:ſi ſm carnem:ideſt ſm litteram ſentiretur. Quid enim (inſit) tam impoſſibile ꝙ ſabbati obſeruatio ſm litterā legis. Iubet enim non exire de domo ſua nō mouere de loco ſuo:nihil oneris leuare. Que q2 impoſſibilia videntur iudei qui ſecundum carnem legis obſeruant inepta

Lex ſpiritalis.

quedam ⁊ ridicula cōmentātur quibus impoſſibilitatē legis farcire videātur lex ergo ſpiritus vite (inquit Ambroſius) ipſa eſt lex fidei nam ⁊ Moſi lex ſpiritalis eſt:quia prohibet peccare:nō tamē vite: quia reis mortis peccata remittere non poteſt vt viuificet mortuos:

Lex peccati.

lex vero peccati eſt:quam in membris dicit habitare que ſuadere nitur aduerſa:lex vero mortis Moſi lex eſt:quia mortificat peccatores.

ij.Co.iij.b.

Nā et in alia epiſtola inter cetera dicit de auctoritate legis. Si miniſtratio mortis formata in lapidibus fuit in gloria non ergo mirum (inquit) ſi lex ſpiritalis dicatur ⁊ lex mortis:cum ⁊ euangeliuꝫ

Lex ſpiritalis.

eodem modo ſit:dicit enim alio loco inter cetera. Alijs odor vite ad vitaꝫ:alijs odor mortis ad mortem. Videamꝰ nunc quid interſit cum

Lex ſpūs.

dicitur lex ſpiritalis ⁊ lex ſpiritus. hoc itereſt quia idcirco dicitur lex ſpiritalis quia ꝓcepta dat per que nō peccetur:quia qui non peccat ſpiritalis vocatur:emulꝰ ſuperiorum celeſtium lex autem ſpūs propterea vocatur:quia deus cuius fides eſt ſpiritus eſt:illis ergo verba ſunt:hic res illic que dei ſunt:hic deus ipſe maniſeſtiſſime hic apoſtolus docet vt diuus Auguſtinus auctor eſt eadem ipſa precepta legis propterea non impleta:quoniam quibus data erat lex ante gratiam dediti erant carnalibus bonis:⁊ ex his beatitudinem acquirere cupiebant:neqꝫ metuebant niſi cū talibus bonis imminebat aduerſitas:et ideo cum ꝑ illa temporalia turbarentur facile recedebant a preceptis legis:infirmabatur ergo lex non implendo quod precipiebat:non ſua culpa:ſed per carnem ideſt per eos homines qui carnalia bona appetendo non amabant legis iuſtitiam ſed et temporalia commoda preponebant. Et iō liberator dñs noſter ieſus chriſtus ſuſcipiendo mortalem carnem hoc eſt ſimilitudinem carnis peccati carni enī peccati mors addicta eſt: atvero illa mors domini dignatiōis fuit non debiti:⁊ tamen hoc quoqꝫ apoſtolus peccatum vocans ſuſceptionem mortalis carnis ꝙuis non peccatricis ideo quia immortalis tanꝙ peccatum facit cum moritur: ſed de peccato inquit cōdēnauit peccatum in carne. Id enī egit mors domini ne mors timeret: ⁊ ex eo iam non appeterentur temporalia bona:nec metuerentur tēporalia mala:in quibus carnalis erat illa prudentia in qua impleri

legis precepta non poterant. Hac autem prudentia in homine domi
nico diſtincta et ablata iuſticia legis impletur: cum ſcōm carnem non
ambulatur: ſed ſcōm ſpiritum. Unde veriſſime dictum eſt. Non veni Matt.v.b.
ſoluere legem ſed implere: plenitudo ergo legis charitas: ⁊ charitas Ro.xiij.c.
eorum eſt qui ſcōm ſpiritum ambulant: hec enim ad gratiam pertinēt
ſpiritusſancti. Quando eniꝫ nō erat charitas iuſticie ſed timor: lex nō
implebatur. Beatus quoqꝫ Ambroſius ſic exponit autoritatē apo- Diuus Ambroſius
ſtoli. Miſſo ergo deus chriſto de peccato damnauit peccatum: hoc
eſt peccatuꝫ: peccato ꝓprio damnauit. Chriſtus enim cum a peccato
crucifigitur: quod eſt ſathanas peccauit peccatum in carne corporis
ſaluatoris. Quo facto dānauit deꝰ pctm̄ in carne ibi vtiqꝫ vbi peccauit

## Theorema ſeptimum.

### Vulgata editio eadem cum greca.

Quos preſciuit ⁊ predeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui: Ro.viij.f.
vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: quos autem predeſtina
uit hos ⁊ vocauit / ⁊ quos vocauit / hos ⁊ iuſtificauit: quos autem iu
ſtificauit: illos et manificauit.

### Expoſitio.

Iſtos quos p̄ſciuit futuros ſibi deuotos ipſos elegit De predeſti
ad promiſſa premia capeſcenda: vt hi qui credere videntur natione
⁊ nō permanent in fide cepta: a deo electi negent: qꝛ Ambroſiꝰ
quos deꝰ elegit apud ſe ꝑmanent. Eſt em̄ vt diuo Am
broſio placet q̄ ad tp̄s eligit: ſicut Saul ⁊ iudas, nō de
p̄ſciētia ſꝫ de p̄nti iuſticia cōſortes fieri imaginis filij ſui hoc dicit: qꝛ
ideo predeſtinantur in futurum ſeculum: vt ſimiles fiant filio dei recte
chriſtus primogenitꝰ dꝛ qui ante omnē creaturā non factus: ſed natꝰ
eſt: ad cuius exempluꝫ deus homines in filios ſibi adoptare dignatꝰ
eſt et primogenitus in regeneratione chriſtus eſt et primogenitus ex
mortuis: cuius natura ignorat. Eſt ⁊ primogenitus poſt victoriam
aſcendēs in celos. Primogenitus igit in omnibꝰ frater noſter dꝛ: qꝛ
homo dignatus eſt naſci. Dn̄s vero eſt qꝛ deꝰ noſter eſt: ſicut dicit ꝓ- Hieremias
pheta Hieremias. Hic eſt deꝰ nr̄: quos aūt predeſtinauit illos ⁊ vo-
cauit. Vocare eſt cogitantem de fide adiuuare: aut cōpungere eū quē
ſciat audire. Supra dixit quos p̄ſciit hos p̄deſtinauit: ⁊ nunc addit:
quos aūt p̄deſtinauit illos ⁊ vocauit ⁊ q̊s vocauit hos ⁊ iuſtificauit:
vide (inquit Orige.) in quā abſurdā ſentētiā decidāt: hi qui preſcien Origenes
tiam dei non accipiūt tm̄: quaſi qui ⁊ que poſtmodū futura ſunt ante
prenoſcant: inuenitur (inquit) ſm hoc poſtea nō preſciſſe deus quos

non predeſtinauit ⁊ rurſum ſi ad cōmunem referat intelligentiā: hoc
Notatu di- quod dicit qꝛ quos vocauit illos ⁊ iuſtificauit: ingentē feneſtrā pate-
gnum de p̄ faciamus his qui negāt eſſe in hoīs poteſtate vt ſaluus fiat. Aiūt em̄
deſtinatiōe Si deus quos preſciūt illos ⁊ predeſtinauit ⁊ quos p̄deſtinauit illos
⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit illos et iuſtificauit: nihil culpe habent hi
qui non iuſtificantur: quia nec vocati ſunt/nec predeſtinati/nec pre-
cogniti. Cum etiaȝ illud aperte nobis aduerſatur ꝙ non omnes qui
vocantur etiam iuſtificantur. Nam ⁊ Judas apoſtolus vocatus eſt:
ſed non eſt iuſtificatus: qꝛ ⁊ ſi iuſtificatum eū cōtendat aliquis eo ip̄o
quo vocatus eſt: non eſt certe glorificatus. Sed ⁊ illi de quibus dicit
apoſtolus: qꝛ naufragauerunt a fide vocati quidem fuerunt: ſed non
ſunt iuſtificati ſm̄ euāgelij parabolas illi ad quos miſſi fuerāt ſerui ⁊
excuſauerant ſe: vocati fuerunt/ſed non ſunt iuſtificati: ⁊ ille qui in-
greſſus cōuiuium regis non habuit veſtem nuptialem vocatus eſt: ſȝ
non eſt iuſtificatus in preſenti loco (inſit Origenes) conſtat apoſto-
lum ſcd̄m ſcripture ſacre conſuetudinem poſuiſſe ſermonē cognoſcen-
di: vt illos oſtenderet precognitos a deo: in quib' ſciēs quales eſſent
amorem ſuum deus affectumq; poſuiſſet: ſcd̄m etiam illud quod ſcri-
ptum eſt. Cognouit dominus eos qui ſunt eius. Cumq; vtiq; quantū
ad iſtam communem ſcientiam pertinet dominus non ſolum eos qui
ſui ſunt: ſed eos qui erant a ſe non ignoret: ſed cognouiſſe eos dicitur
hoc eſt in dilectione habuiſſe ſibiq; ſociaſſe. Ita ergo quos preſciuit
deus illos ⁊ p̄deſtinauit/et quos p̄deſtinauit illos vocauit/et quos
vocauit illos ⁊ iuſtificauit. Quare Origenes infert quod neq; in p̄-
Notatu di- ſcientia dei vel ſalutis vel perditionis noſtre cauſa cōſiſtit/neq; iuſti-
gnum ficatio ex ſola vocatione pendebit/neq; glorificari de noſtra penitus
poteſtate ſublatum eſt. Nam ⁊ ſi (inquit verbi gratia) fingimus deū
nō p̄noſcere aliq̄d futurū ſine dubio erat: q̄d ita vt putat Judas pro-
ditor fact' eſt: ⁊ hoc ita futurū ꝓphete p̄dixerūt nō ḡ qꝛ ꝓphete p̄di-
xerūt idcirco ꝓdidit Judas: ſed qꝛ futur' eſſet ꝓditor ea q̄ ille ex ꝓpo-
ſiti ſui neq̄tia geſtur' erat p̄dixerunt ꝓphete: cū vtiq; Judas in p̄tāte
habuiſſet vt eſſet ſimilis Petro ⁊ Joāni ſi voluiſſet: ſȝ elegit pecunie
cupiditatē magis conſortij gloriam. Et hanc eius voluntatem futurā
preuidentes ꝓphete librorꝫ tradiderunt monumētis. Ut aūt ſcias nō
preſciētia dei vnicuiq; ſalutis cauſa poni: ſed in ꝓpoſito ⁊ actib' ſuis
Uide Paulū verentē ne forte cū alijs predicauerit ipſe reprob' effi-
Auguſtin' ciat: macerare corp' ſuū: ⁊ ſubijcere ſeruituti Hoc aduerſus eos qui
i expoſitiōe nobis huiuſmodi queſtiones obijciunt. Poteſt queri (inſit Augu.)
propoſitio- vtrū omnes qui vocati ſunt iuſtificentur: ſed alibi legim'. Multi vo-
nū ad Ro. cati: pauci aūt electi. Tamen qꝛ ipſi quoq; electi vtiq; vocati ſunt ſm̄
Mat. xx. b. ꝓpoſitum ad preſcientiam ⁊ predeſtinationē dei pertinet: nec prede-

ſtinauit aliquem:niſi preſciuit crediturum eſſe cunctorum vocationez quos ꝛ electos dicit. Multi enim non venerunt cum vocati fuerint. Nemo autem venit qui vocatus non fuerit. Quos preſciuit deus vt diuus Ambroſius ſcribit aptos ſibi:hi credētes permanent:quia aliter fieri nō poteſt:niſi quos preſciuit deus ipſos ꝛ iuſtificauit:ac per hoc et magnificauit illos:vt ſimiles fiāt filio dei. De ceteris quos nō preſcijt deus:non eſt illi cura in hanc gratiam:quia non preſcijt: ac ſi credant aut eligantur ad tempus:quia videntur boni:ne iuſticia contempta videatur/non permanent vt magnificentur: ſicut et Judas: aut illi ſeptuagintaduo ſecunde elapſis. Qui electi poſt ſcandalum paſſi receſſerunt a ſaluatore:preſcius itaqꝫ deus/male illos voluntatis futuros: non illos habuit in numero bonorum:quamuis dicat ſaluator:vt idem Ambroſius inquit illis ſeptuagintaduobus diſcipulis:quos elegerat ſecunda claſſe qui ab illo poſtea receſſerunt. Nomina veſtra ſcripta ſunt in celo. Sed hoc propter iuſticiam qꝛ hoc eſt iuſtum vt vnicuiqꝫ pro merito reſpondeatur. Quia enim boni erant electi ſunt ad miniſterium et erant ſcripta nomina illoꝛuz in celo propter iuſticiam:ſcōm preſcientiam vero in numero erant malorum. De iuſticia em̄ deꝰ iudicat non de preſcientia:hinc et apoſtolus Joānes de huiuſmodi.lxxij.ait. Ex nobis exierunt:ſed non fuerunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis permanſiſſent vtiqꝫ nobiſcum. Non eſt perſonarum acceptio in preſcientia dei. Preſcientia enim eſt qua diffinituz hꝫ qualis vniuſcuiuſqꝫ futura volūtas erit/in qua māſurus eſt:ꝑ quā aut damnetur/aut coronetur. Deniqꝫ quos ſcit in bono māſuros frequenter ante ſunt mali:et quos malos ſcit permanſuros aliquotiens prius ſunt boni:vnde ceſſat querela:quia deus acceptor perſonarum non eſt. Nā et Saul ꝛ Judas ſcarioth ante fuerunt boni dicente ſcriptura de Saul. Erat vir bonus et non erat illo melior in filijs iſrael: ꝛ de Juda ſcarioth dicit Petrus apoſtolus. Qui ſortitus eſt ſortem miniſterij huius in ſignis et prodigijs faciendis:quomodo miniſterium ſalutare ſortiretur:niſi eſſet bonus hec ille.

Luce.x.d. Joā.vj.G. Joā.ij.c. Diffinitio ꝑdeſtinationis ſm Ambroſium.

## Theorema octauum.

### Vulgata editio.

Moſi enim dicit. Miſerebor cui miſertus ſum:ꝛ miſericordiam preſtabo cui miſerebor. Igitur non volentis/neqꝫ currentis:ſed miſerantis eſt dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni:qꝛ in hoc ipſum excitaui te:vt oſtendā in te virtutem meam et vt annuncietur nomen meū in vniuerſa terra. Ergo cui vult miſeretur:ꝛ quem vult indurat.

¶ Intelligentia ex greco.

¶ Moſi enim dicit. Miſerebor cuius miſereor et miſerebor quem miſereor ⁊c.

## ¶ Expoſitio.

Diu⁹ Ambroſius

Miſerebor (inquit) eius cui miſertus ero: hoc eſt (inſit Ambroſius) eius miſerebor: cuius preſcius eraꝫ quod miſericordiam daturus eſſem: ſciens conuerſurum illū et permanſurum apud me et miſericordiam p̄ſtabo ei: cui miſericordiam preſtitero: id eſt ei miſericordiā dabo quem preſcij poſt errorem recto corde reuerſurum ad me: hoc eſt dare illi cui dandum non eſt: neqꝫ non dare illi cui dandum eſt: vt eum vocet quem ſciat obaudire. Uocare eſt auteꝫ compūgere ad recipiēdum fidem: igitur non volentis ⁊c. recte dicit: qꝛ non in voluntate petentis: ſed in dātis arbitrio debere eſſe qđ poſcitur. An enī dandū ſit dantis debet iudicio pēſari. Nā Saul peccās cum petijſſet veniā: nō accepit: at contra Dauid peccās: ⁊ ignoſci ſibi veniam poſtulans cōſecutus eſt. Ex hoc vtiqꝫ dantis dei et non dantis iudicium ſequēdū eſt: qꝛ non iniuſte iudicat: qui omnes ſaluos vult manēte iuſticia. Inſpector enim cordis ſcit petentem: an hac mente poſcat vt mereatur.

Origenes

Unde illud apoſtoli. Non volētis neqꝫ currētis ⁊c. ſm origenē ita accipiendum eſt ſicut Dauid dicit in pſalmo. Niſi dn̄s edificauerit domum in vanum laborauerunt qui edificant eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam: in quo oſtendit non qꝛ is quis domum edificat nihil agat ⁊ ocioſus ſit, et ita eam edificet dn̄s: ſed ipſe quidem q̄tum eſt in homine vim ſolicitudinis ⁊ laboris expendat ſicut obſtaculis oībus amotis opus perueniat ad perfectū. Cum ergo hec doceatur ꝙ homo quidem laborem impendat ⁊ ſolicitudinem. Deus autem ſucceſſum operi tribuat: ⁊ effectum pium ⁊ religioſum eſt ideo ⁊ bonū: quod in ſe eſt operis ſumma deo magis ꝙ homini putare. Sic ⁊ cū Paulus plantabat et apollo rigabat deus rigare dicitur incremētum. Et additur itaqꝫ neqꝫ qui plātat: neqꝫ qui rigat eſt aliquid: ſed qui incrementum dat deus. Itaqꝫ ergo etiā (inſit) in p̄ſenti loco poſſumus dicere. Itaqꝫ neqꝫ qui currit eſt aliquid: neqꝫ qui vult: ſed cui effectum dat deus. Qui enī vult ⁊ qui currit hec videtur eſſe qđ eſt ille qui plantat: ⁊ eum qui rigat nihil dicit eſſe apoſtolus: non quod nihil agant: ſed quod ad cōparationē dei qui incremētū dat operi vel effectum illi nihil eſſe dicatur: ſed ⁊ hoc quod dicitur ad pharaonem: qꝛ ad hoc ipſum te ſuſcitaui: vt oſtendā virtutem meam quale ſit videamus. Hoc enim dicit vt diuo Ambroſio placet.

qꝛ cũ pharao qđ nomẽ regũ erat apud egyptios: ſicut ⁊ apud romanos imperatores ⁊ reges auguſti appellantur. Hic ergo pharao cũ tantis malis eſſet reus vt viuere non deberet: nunq̃ futurus bonus ne ſe aut merito viuere/aut deum quem ſepe fallendum cenſebat: ad vindictam dandam impotentem putaret: audit a deo. Ad hoc te ſuſcitaui ⁊c. vt in hoc cetere gentes adijcerent non eſſe alium deuz preter hunc qui iudeorum erat ⁊ factus eſt chriſtianorũ. Quis (inquit) ⁊ illi chriſtiani fuerint: ⁊ nos nunc ſumus iudei propter iudam ex quo chriſtus eſt ſm carnem: qꝛ iudei veteres ſperando futurum chriſtum redẽptorem/chriſtiani erant.

Nos ſumus iudei ſcd̃m Ambroſiũ propter iudam a quo chriſtus ſm carnem.

Ad hoc enim ſeruatus eſt Pharao vt multa ſigna ⁊ plage oſtenderentur in illum quaſi iam mortuũ. Suſcitatus autem dictus eſt: quia cum apud deum mortuus eſſet: modicum tp̃s accepit vt viuere videretur: vt eſſet in cuius penam ⁊ varia tormentorum genera vſq3 ad mortem: oẽs qui ſine deo erant metu territi. Nũc ſolum deum eſſe cum admiratione maxima faterentur: a quo he vindicte ſunt. Hoc etiã gñe ãtiq medici i hominib⁹ morte dignis vl' mortis ſententiam conſecutis requirebant quomodo ꝓdeſſent viuis que in homine latebant apertis his cognoſcerent cauſas egritudinis: vt pena morientis proficiat ad ſalutem viuentis. vt Galenus in libro de anathomia viuorum ⁊ Cornelius celſus in libris de tuenda valitudine ſcriptis tradiderunt.

Galenus
Celſus

Quod autem dicit cui vult miſeretur: ⁊ quem vult indurat: ex his que in Exodo ſcripta ſunt videtur aſſumere. Ibi enim dicit. Indurabo cor Pharaonis vti ne dimittat populum. Indurabitur cor Pharaonis: vt Origenes ſcribit hoc modo.

Origenes

Noluit deus ſubitam et plenam dare in eum vindictam. Quamuis enim eſſet conſummate malitie tamen per patientiam ſuam/nec ipſi facultatem conuerſionis excluſerat: ⁊ ideo primo leuioribus tum etiã paulatim ingraueſcentibus in eum verberibus vtatur. Sed quod deus gerebat per patientiam: ex hoc ille indurabatur ad contemptũ maiorem ſibi iram recondens: ita vt ad ipſum dici cõueniat illud quod ſcribit apoſtolus. An diuitias bonitatis et longanimitatis cõtẽnis ignorans: quoniam patientia dei ad penitentiam te adducit? Scd̃m duriciam autem tuam ⁊ cor impenitens theſauriſas tibi ipſi iam in die ire Non ergo (inquit) quem vult deus indurat: ſed qui patienter obtẽperare noluerit induratur. Superfluum ergo eſt quod dicis apoſtolo tu qui aduerſaris. Quid ergo adhuc queritur? voluntati enim eius quis reſiſtit voluntati quidem dei certuz eſt quod nullus obſiſtat: ſed voluntatem eius iuſtam rectamq3 eſſe ſcire nos conuenit. Attẽde q̃d dicit: vt boni enim aut mali ſimus noſtre voluntatis eſt. Malus autem ad cuiuſmodi verbera et bonus ad cuiuſmodi gloriaz deſtinetur voluntatis eſt dei.

## Theorema nonum.

### ¶ Vulgata editio et greca parum diſtant.

¶ Dedit illis deus ſpiritum compunctionis: oculos vt non videant ⁊ aures vt nõ audiant vſq; in hodiernũ diem: ⁊ Dauid dicit Fiat mẽſa eorum coram ipſis in laqueum et in captionẽ ⁊ in ſcandalum: ⁊ in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum ne videant: et dorſum eorum ſemper incurua.

### ¶ Expoſitio.

Origenes

Quod enim dicit fiat menſa eorum in laqueũ et in captionem et in ſcandalum: in captione in pſalmo non habet ſcriptum / neq; vt vult Origenes in. lxx. interpretum exemplarib⁹ / neq; in hebreorum. Et rurſum in pſalmo habet. Fiat mẽſa eorum coram ipſis in laqueum. Apoſtolus non habet coram ipſis: quid menſa eorum niſi libri eorum: ex quibus credunt ſe legere paſtum anime operibus legis ſemper inſiſtere volentes. Sed ceci non vident ad gratiam dei confugiendum. Ideo libri eorum ſunt eis in laqueum et ſcandalum ſemper incuruati incedentes ad ima: id eſt legis opera reſpicientes nunq̃ dorſum ad ſublimia erigunt que ſunt ex fide ieſu chriſti: qui venit in hunc mundũ ad ſaluandum quod perierat: dei miſericordia ⁊ gratia. Sed nunq̃d cecitas: incuruatio / ⁊ caſus eorum ad hoc a deo permiſſus eſt: vt mereant. O q̃ ineffabilis dei bonitas et incomprehenſibilis miſeratio: quam ipſi ceci fugiunt. Moſem ideo (infit Ambroſi⁹) maledicat malorum quia illic ſolent decipi innocentes. Dolo enim vocantur ad conuiuium vt perimantur: quia ſic ⁊ Ammon filius Dauid deceptus eſt a fratre ſuo Abſalon. Et malignus Holofernes per epulum ſanctã iudith putauit ſe poſſe decipere. Et in menſa ſcelerati Herodis ſeruierunt maligni in caput Joannis prophete: Menſa autem domini ſcd̃m omnes ſcripturas que ante aduentum domini erant: quib⁹ credita ſunt eloquia domini ⁊ omne quod appellatur vetus teſtamentũ menſa eſt iſrael. In qua menſa ſi quis volebat edere verbum dei appoſitis ſibi legis et prophetarum ſermonibus paſcebatur: ⁊ hanc putat Origenes eſſe menſã de qua dicit Salomon. Si sederitis cenare ad menſam potentis diligenter intellige que apponunť tibi ⁊ mitte manum tuã: ſciens q2 talia te parare oportet. Sed et ſaluator vbi dicit. Cũ mãducaueritis ⁊ biberitis ad menſam meã: quid aliud mẽſa eius intelligimus: niſi vbi dignos ⁊ eos qui capere poſſunt verbum ſapientie ⁊ rerum ſciẽtiã docere. Hoc in puerbijs Salomon de ſapientia proteſtatur dicens. Sapientia edificauit ſibi domũ ⁊ ſup

Diuus Ambroſius.

Origenes

poſuit ſeptem columnas imolauit victimas ſuas miſcuit in cratera vinum ſuum et parauit menſam ſuam. Omnis ergo ſcriptura menſa eſt ſapientie.

## ¶ Theorema decimum.

### ¶ Vulgata editio.

¶ Quis enim cognouit ſenſum dñi/aut quis conſiliarius eius fuit/ aut quis prior dedit illi/ ⁊ retribuetur ei. Quoniã ex ipſo et ꝑ ipſum ⁊ in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula ſeculorũ. Amen. Roma. xi.

### ¶ Intelligentia ex greco.

¶ Quis enim nouit mentem domini: aut quis cõſiliarius eius fuit/ aut quis prelargitus eſt ei/ ⁊ retribuetur illi: q̃ꝛ ex ipſo ⁊ per ipm̃ ⁊ in ipſum ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula. Amen.

### ¶ Expoſitio.

Hoc in Eſaia ſcriptum habet. Manifeſtũ eſt ſoluz deũ eſſe qui nouerit oĩa conſilia ⁊ hunc vnum eſſe qui nulli⁹ egeat: q̃ꝛ ab ipſo ſunt oĩa: ac per hoc conſiliũ eius a nullo/nec cõprehendit/nec metitur: vides quõ in vltimis oſtendit ꝙ in oĩbus que ſupradixit ſegregauerit myſteriũ trinitatis: ſicut em̃ in preſenti loco q̃d ait. Om̃ ex ipſo ⁊ per ipm̃ ⁊ in ipſo ſunt oĩa: cõuenit vt ſcribit Origenes illis dictis que idẽ Apoſtolus in alijs memorat locis cũ dicit vn⁹ de⁹ pater: ex quo oĩa ⁊ vnus dominus noſter ieſus chriſtus per quẽ omnia ⁊ iterum ſpiritu dei dicit reuelari oĩa: ⁊ per hec deſignat (inquit) in omnibus eſſe prouidentiam trinitatis. Ita ⁊ cum dicit altitudo diuitiarum patrẽ ex quo oĩa dicit eſſe ſignificat: ⁊ ſapientie altitudinem chriſtum qui eſt ſapientia eius. Oſtendit ⁊ ſcientie altitudinẽ ſpiritu ſanctũ. qui etiam alta dei nouit. veruntamen quod dicit ex ipſo hoc ipſum quod ſumus indicat per ipſum aũt ꝙ per eius prouidentiam in vita. In ipſo vero ꝙ perfectio oĩz ⁊ finis in ipſo erit tũc cũ erit deus oĩa in oĩbus ⁊ tunc ipĩ gloria in ſecula. amẽ. Non ergo dicas duos aut tres deos: ſed vt Auguſtinus dicit ipãm trinitatẽ vnũ deũ: nõ vt eadẽ trinitas ſimul poſſit aliq̃n pr̃/aliq̃n fili⁹/aliq̃n ſpũſſanct⁹ dici: ſicut ſabelli⁹ heretic⁹ credit: ſꝫ vt pr̃ nõ niſi pr̃: ⁊ fili⁹ nõ niſi fili⁹: ⁊ ſpũſſctũs: nõ niſi ſpũſſctũs: ⁊ hec trinitas nõ niſi vn⁹ de⁹: q̃ꝛ ⁊ cũ dixiſſet Apoſtol⁹. Ex q̃ oĩa/ꝑ quẽ oĩa ĩ q̃ oĩa: trinitatẽ ip̃az ĩſinuaſſe credit: nec tñ ſubiecit ipis gl̃a ſꝫ ipĩ gl̃a trinitas hec vn⁹ de⁹ ex q̃ oĩa ꝑ quẽ oĩa. Ita pr̃ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpũſſctũs ⁊ ſingulis quiſq̃ꝫ horũ plena ſubſtãtia: ⁊ ſimul oẽs vna ſubſtãtia pr̃ nec filius nec ſpũſſctũs/fili⁹ nec pr̃/nec ſpũſſctũs/ſpũſſctũs nec pr̃ nec fili⁹ ſed

Origenes.

Auguſtin⁹ in tractatu p̃s. v.

Aug. lib. j. de doctrina chriſtiana.

pater tantum pater/ꝛ filius tantum filius/ꝛ ſpiritusſanctus tantum ſpiritusſanctus/eadem maieſtas eadem poteſtas:in patre vnitas/in filio equalitas: in ſpiritusancto vnitatis equalitatiſq; concordia. Et tria hec vnum/omnia propter patrem equalia omnia propter filium connexa omnia propter ſpiritumſanctum. Iungit autem apoſtolus in fine. Amen. Ut intelligamus per illum ad iſtam beatitudinē veniēdum:de quo ſcriptum eſt in Apocalipſi. Hec dicit qꝛ eſt amen.

## ¶ Theorema vndecimum.

### ¶ Vulgata editio conuenit cum greca.

Ad Romanos.xiiij.

¶ Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat:qui autē diſcernit ſi manducauerit damnatus eſt:qꝛ non ex fide. Omne autem quod non eſt ex fide/peccatum eſt.

### ¶ Expoſitio.

Cum aliquid facis/ſiue comedis/ſiue bibis/ſiue q̄cq̄ aliud probas:id eſt facere aut omittere tētas. Beatū te dicit apoſtol9 ſi ex plenitudine fidei te nō iudicas male agere/aut non dubitas/aut heres peccare in eo ipo quod tentas vnūquemq; ꝓprio iudicio vt diu9 Ambroſius ſcribit cenſet condemnandum apoſtolus:qui qđ dicit non debere ſe facere facit:ꝛ hūc beatū qui non aliud facit q̄ ſibi vtile ꝓbat. Et qui iudicat non edendum et edit/dānatus eſt. Ipſe enim ſe damnat qñ id qđ ſibi inutile aſſerit/facit. Nō vtiq; ex fide edit:qui edendū negat et edit. Recte em̄ apoſtolus peccatū appellat:qđ aliter fit q̄ ꝓbatum eſt:qm̄ romani in lege inducti erant:aduenientib9 aūt qui rectius crederent queſtiones mouerent̄ de edenda carne ꝛ nō edenda. Et horum pars qui edendam et non probandam diceret melior videtur: quia omnia munda valde ſunt infirmos dicit qui edendam negarent: ſiue ex iudeis ſiue ex gentibus: et remitti illos in propoſito cordis ſui. Nec enim obeſt non edere:aut prodeſt erga deum edere: ne q̄uis ratione aſtricti per quod tamen cum ſcrupulo ederent/delinquerent. Apoſtolus vero dicit. Siue manducatis/ſiue bibitis: ſiue aliud quid faciatis:oīa ad gloriam dei facite. Sed requirat aliquis (infit Origenes) ſi heretici que faciūt:qꝛ ſ̄m hoc qđ credūt/faciūt ex fide facere credant̄. An qꝛ fides apud illos mala eſt:oē qđ faciūt peccatū ſit ꝓnunciandū:qꝛ non ſit ex fide:ꝛ puto (inquit) illorū credulitatē appellari magis q̄ fidē. Sicut em̄ pſeudo ꝓphete falſo noīe interdū ꝓphete appellant̄:ꝛ falſa ſcientia/ſciā dr̄:ꝛ falſa ſapientia/ſapiētia abuſiue nomīatur:ita ꝛ hereticorum credulitas: falſo nomine

Ambroſi9

Origenes

fides appellatur: vnde (inquit) videndum eſt ne forte etiam ſi quid boni operis apud illos geri videtur: quia non fit ex fide: conuertatur in peccatuꝫ. Eſt interdum et caſtitas que non eſt ex fide eorum dumtaxat qui attendunt ſpiritibus ſeductoribus et doctrinis demonioruꝫ in hypocriſi falſa loquentium cauteriatam habentium conſcientiam/ prohibentium nubere: et abſtinentium ſe a cibis quos deus creauit. Eſt ergo et falſa fides eorum qui circa fidem naufragauerunt. Eſt ⁊ falſa ſapientia huius ſcilicet mundi: et principium huius mundi que deſtruetur. Sicut enim pyrate ſolent in mare in locis vadoſis occultiſq; ſcopulis per obſcurum noctis lumen accendere quo nauigantes ſub ſpe fugiendi ad portū ſalutis ad naufragia preditiōis inuitēt ita ⁊ iſtud lumen falſe ſapientie: vel falſe fidei: a principibus mundi ⁊ ſpiritibus aeris huius accenditur non per quod euadant: ſed per qđ pereant homines mundi huius fluctus et vite pelagus nauigantes. De his (infit) pyratis dicebat et Iob. Sagitte pyratarum eiꝰ ſuper me venerunt: ⁊ ob hoc nimirum etiam ipſe Paulus apoſtolus dicit: quia ⁊ ipſe ſathanas transfigurat ſe ſicut angelum lucis. Propterea nauigantes vite huius vndas: non omni lumini: id eſt nō omni ſapiētie credere debemus: ſed ſicut monet apoſtolus probate ſpiritus qđ ex deo ſunt: ⁊ ideo debemus indeſinenter precari auxilium domini: et ſperare ꝙ ipſe eripiet nos de laqueo veuantium: vt et nos dicamus q̄ꝛ aīa nr̄a ſicut paſſer erepta eſt de laq̄o venantiū. Laqueus cōtritus eſt et nos liberati ſumus. Et ſicut ex libro ſententiarum ꝓſperi habetur. Omnis infidelium vita peccatum eſt: ⁊ nihil bonū ſine ſummo bono. Ubi enim deeſt agnitio eterne et incōmutabilis veritatis falſa virtus eſt etiam in optimis moribus. Proſper.

## ¶ Liber ſecundus theorematum in epiſtolam ad Corinthios primam.

### ¶ Theorema primum.

¶ Vulgata editio.

VErbum enim crucis pereuntibus quidem ſtulticia eſt: ijs autē qui ſalui fiunt: id eſt nobis dei virtus eſt: ſcriptū eſt enim. Perdam ſapientiam ſapientiū et prudentiam prudentiū reprobabo. ¶ Quod ſtultū eſt dei: ſapiētius eſt hominibus ⁊ qđ infirmum eſt dei: fortius eſt hoībꝰ.

¶ Intelligentia ex greco.

¶ Sermo enim crucis his qui pereunt ſtultitia eſt: nobis aūt q̄ ſal-
uamur poteſtas dei eſt. Scriptum eſt em perdam ſapientiā ſapientū
⁊ prudentiam prudentū reprobabo. ¶ Stultitia dei ſapientioꝛ eſt
hominibus ⁊ infirmitas dei foꝛtioꝛ eſt hominibus.

## ¶ Expoſitio.



Anifeſtum eſt: qꝛ quibus crux chꝛiſti ſtultitia eſt: ī perdi-
tione ſunt: Inferne enī moꝛti nō ſunt erepti: ⁊ his q̄ cre-
dunt dei virtus eſt. Credunt enī (Ambꝛoſius inquit) nō — *Diuus Ambroſius*
infirmitatē eſſe crucē chꝛiſti / ſed virtutē. Intelligentes
moꝛtem victā eſſe in cruce: cuius ſignū qui habent / ſal-
ui ſunt: qꝛ ab illa teneri nō poſſunt. Perdat enī ſapiētiā ſapientiū dū
que ille negat poſſe fieri facit. Reprobat autē intellectū prudentiū cū
deum quē incurioſum dicunt: aggreſſum ꝓbat ea que ſtulta putant:
vt dei filius incarnatus / de virgine crucifigeretur pro humana ſalute
quod factū vere teſtatur virtute / non verbis. ⁊ his dictis tam iudeos
q̄ gētiles inuehit: qꝛ iudeorū ſcribe ⁊ legis doctores deū filiū dei ha-
bere ſtultū putant credi. Simili modo ⁊ gentes iſtud riſui deputant.
Sed iudei qꝛ hoc non tā aperte in lege ſignificatū eſt diffidunt. Gen-
tiles vero qꝛ mundi ratio non iſtud recipit: (nihil eī dicit poſſe fieri ſi-
ne cōmixtione) ſtultū iudicant conquiſitoꝛ tamē ſeculi hic eſt: qui a cō-
ſtellationibus agi mundū: ⁊ duodecim ſignis oꝛtus ⁊ occaſus fieri de-
cernit calculis nihil oīno ſine hoꝛū motu putans poſſe fieri. Et ſtul-
ta facta eſt ſapientia huius mūdi: putans eī ſe ſapere inuenta eſt ipru-
dens. Quod enim impoſſibile iudicabat: poſſibile declaratū eſt. Nō
enim deus vt ſcribit diuus Auguſtinus ſuā ex eis perdit ⁊ reprobat — *Auguſtinꝰ ex lib. de ciuita. dei. x.*
quā ipſe donauit ſapientiā: ſed quā ſibi arrogant qui non habent ip-
ſius. vnde cōmemoꝛato iſto prophetico teſtimonio ſequitur ⁊ dicit
Apoſtolus. vbi ſapiens: vbi ſcriba: vbi conquiſitoꝛ huiꝰ ſeculi. Nōne
ſtultā fecit deus ſapientiā huius mundi. Nam qm̄ in ſapientia dei nō
cognouit deus per ſapientiā deū: placuit deo per ſtultitiā p̄dicatiōis
ſaluos facere credentes. Qm̄ quidē iudei ſigna petūt: ⁊ greci ſapiētiā
q̄runt. Nos aūt (inquit Apoſtolꝰ) p̄dicamꝰ xp̄ꝫ crucifixū iudeis qui-
dē ſcandalū: gentibꝰ aūt ſtultitiā: ipſis vero vocatis iudeis ⁊ grecis /
xp̄ꝫ dei virtutē ⁊ dei ſapientiā qm̄ ſtultū dei / ſapientiꝰ eſt hoībꝰ: ⁊ īfir-
mū dei foꝛtiꝰ eſt hoībus: hoc quaſi ſtultū ⁊ infirmū / tāq̄ ſua virtute ſa-
piētes / foꝛteſqꝫ ꝯtennūt. Sed hec eſt gratia q̄ ſanat infirmos nō ſup-
be iactantes falſam btitudinē ſuā: ſed humiliter potiꝰ verā miſeriam — *Ex ſermōe Auguſti. de lect. euāge.*
cōfitentes: ⁊ ſi q̄ris. Qui ſunt iſti: foꝛte illi ſunt / q̄ multū de deo diſpu-
tātes falſa dixerūt. Inflati doctrinis ſuis / deū inuenire ⁊ cognoſcere
mime potuerūt ⁊ ꝓ deo (cuiꝰ eſt icōp̄heſibilis īuiſibiliſqꝫ ſubſtātia)

putauerunt deum eſſe aerem etherem deum eſſe ſolem.

## ¶ Theorema ſecundum.

### ¶ Vulgata editio ꝛ greca conueniunt.

¶ Loquimur dei ſapiētiā in miniſterio que abſcōdita eſt quā predeſtinauit deus añ ſecula in gloriā noſtrā: quā nemo principiū huius ſeculi cognouit ſi eī cognouiſſent: nunꝙ dominū glorie crucifixiſſent ſicut ſcriptū eſt. quod oculus non vidit/ nec auris audiuit/ nec in cor hominis aſcendit: q̄ preparauit deus his qui diligunt eū. Nobis autē reuelauit deus ꝑ ſpiritū ſuum: ſpūs eī oīa ſcrutatur: etiā ꝓfunda dei. j. Cor. ij.

### ¶ Expoſitio.

Manifeſtum eſt non eſſe ſapientiā hanc principū hui⁹ mūdi qui deſtruūtur ab illa. Chriſtianitas eī errores quos hi inſeruerunt excidit. i. ydolatriā auariciam ꝛ cetera vicia: ſicut dixit iohānes apoſtol⁹ ꝓpter hoc venit fili⁹ dei vt ſolueret opera diaboli. Occultū ergo ſenſum manifeſtare ſe miſſū teſtatur quē neqꝫ principes neqꝫ ꝑtātes ſcirēt: neqꝫ mūdus audierit: ac ꝑ hoc ſtultū putari: qꝛ incognitū eſt. Eſſe autē rationale ꝛ ſalutare teſte virtute: cui oīs intentio cedit ratiocinationis humane. Abſcondita eſt ergo vt diuus Ambroſius ſcribit dei ſapientia/ q̄ nō in verbis: ſꝫ in virtute eſt: non humana rōne poſſibilis: ſꝫ ſpūs efficacia credibilis. Ambroſius. Vſqꝫ adeo eī vera eſt ſapiētia ꝛ cū deo ſemꝑ fuiſſe declarat: vt ante ſecula ꝑdeſtinata in gloriā noſtrā dicatur q̄ credimus preſcius eī deus errores futuros in mundo quē erat facturus: hoc decreuit ad ꝯfuſionē illorū qui ſibi ſtultitiā ſapiētiā facturi erant: ad noſtrā aūt gloriā qui credituri eramus ꝛ credimus. Niſi ipſe eſſet ꝛ fili⁹ hoīs propter formam ſerui quam accepit: qui eſt filius dei propter formā dei in qua eſt non diceret (inquit Auguſtin⁹) apoſtolus de principibus huius ſeculi. Aug. in lib. prio de tri. Si enim cognouiſſent: nunꝙ dn̄m glorie crucifixiſſent: ex forma eī ſerui crucifix⁹ eſt. ꝛ tamen glorie dominus crucifixus eſt. Talis eī (inſit) erat illa ſuſceptio que deū hominē faceret et hominē deum. Nā ecce diximus: qꝛ ꝑꝫ id quod de⁹ eſt glorificat nos ſcd̄m hoc vtiqꝫ q̄ dn̄s glorie eſt. ꝛ tamē dn̄s glorie crucifixus eſt: qꝛ recte dicitur ꝛ deus crucifix⁹ non ex virtute diuinitatis: ſed ex īfirmitate carnis. In xp̄o eī ſolo/ gloria nr̄a eſt: ꝛ in eo ſolo gloriari opꝫ q̄ ad oīm gloriā a deo prediffinit⁹ eſt. Et nō in ſe/ ſed in eo paul⁹ gloriatur ꝛ vbiqꝫ docet eē gloriādū. Et ſi herodes rex pylat⁹ ꝛ principes iudeorū cognouiſſent eū eē deū: nūꝙ eū crucifixiſſent. de⁹ eni erat: ſꝫ (vt ait Eſaias ꝓpheta) vere de⁹ abſcondit⁹: ꝑncipes hui⁹ ſcl'i nō ſolū hoīes

accipiēdos iudeorum ac roman orum. opinatus eſt diuus Ambro
Ambroſiꝰ ſius:ſed ⁊ hos principes ac poteſtates/aduerſus quos nobis collu-
ctatio eſt ſpiritualia nequitie in celeſtibus:quia conſilio ac voluntate
illorum crucifixus eſt chriſtus. Deniqꝫ poſt tentationes diabolus re-
Luce.iiij.b ceſſit ait vſqꝫ ad tēpus. Et ipſe dominus princeps inquit huius mū-
Joā.xiiij.d di venit:⁊ in me inuenit nihil. Principes ergo huius ſeculi per igno-
rantiam dominum maieſtatis crucifixerunt. Nā iudeorum princeps
quomodo principes huius ſeculi poſſunt intelligi qui erant ſubiecti
Luce.xx- regno romano:et neqꝫ romanoꝝ principes crucifixerunt chriſtū:qp-
iij.b. pe cū dixerit Pilatus. Nullā cauſam mortis īuenio in eo: vnde ⁊ ma
Matt.xx- nus lauit dicens iudeis. Innocēs ego ſum a ſanguine iuſti huiꝰ: vos
vij.c. videritis. Ea de cauſa motus Tertulianus in apologetico ſuo cōtra
gentes capite.xxj.circa finem in fauorem Pilati ita ſcribit. Oia ſup
chriſto Pilatus ⁊ ipſe iam ꝓ ſua cōſcientia chriſtianus Ceſari tunc
Tyberio nunciauit:ſed ⁊ Ceſares crediďiſſent ſuꝑ chriſto:ſi aut Ce-
ſares nō eſſent ſeculo neceſſarij/aut ſi ⁊ chriſtiani potuiſſent eſſe ceſa
Magnus res:hec Tertuliannus que ꝗuis in fauorem chriſtianoꝝ ſcripſerit:tū
Tertulianꝰ qꝛ talia de Pilato nuſꝗ alibi ſcriptū inuenerim illi credendū eſſe nō
cenſeo. Pilatus eñ quem vite finē meruit ſeipſum ꝓpria interfeciſſe
manu apud grecorū romanorūqꝫ hiſtorias Euſebius inueniſſe retu
Diuus Am lit. Hi ergo principes (inſit Aubroſius) crucifixerūt dñm quos triū-
broſius phauit libere in ſemetipſo:ꝗuis dicat Marcus euāgeliſta de demo
nibus. Sciebāt eñ chriſtū ipm eſſe ieſum. Scierūt quidē ipſuꝫ eſſe:
ſed qui in lege promiſſus erat. Myſteriū tñ eiꝰ quo filius dei eſt: ne-
ſciebant:hoc etiā petrus apoſtolus ad populū iudaicum dixit. Scio
fratres:qꝛ per ignorantiā egiſtis hoc malū:ſicut ⁊ principes vñi:non
tamen huiꝰ ſeculi. Si ergo ꝑ ignorantiā ſerui occiderunt dñm: pctm
eis aſcribi nō debet. Sed nō licet ignorare:⁊ ꝗuis dñm eſſe neſciret:
tamen quia rem impiam faciebāt:non erant neſcij. Dominꝰ tamē ma
ieſtatis crucifixus dicitur cū mori neſciat. Sed qꝛ verbū caro factum
eſt.i.dei filiꝰ incarnatꝰ eſt:hō factus eſt:ipſi aſcripta eſt mors:qꝛ iudei
nō vtiqꝫ carnē ꝑſecuti ſunt:ſꝫ eū qui operabatꝛ ꝑ carnē:ac ꝑ hoc ꝗuis
dñs maieſtatis mortem ignoret:ꝗtū tñ ad iudeorum votuꝫ pertinet
⁊ ad principē huius ſeculi dominū occiderūt in carne. Et ſi principes
huius ſeculi deum hoiem factū non intellexerunt ꝗto magis hoies.
Sed ſi verba offendiculū vel ſcādalū faciebāt:virtutibꝰ tñ ⁊ ſignis ſi-
des non debuerat denegari. Infirmitati eñ ⁊ ignorātie humane vir-
tus debuerat p̄poni:⁊ credi ꝙ humane rōni īpoſſibile videbatꝛ:iōqꝫ
diligentibus deum.i.credentibꝰ p̄parauit domū:de quo loquitꝛ aplſ
per Eſaiam prophetam dicens. Quod oculus non vidit/nec auris
audiuit/nec in cor hominis aſcēdit que p̄parauit deus diligentibꝰ ſe

Oculus (inquit Auguſtinus) non vidit) quia non eſt color: auris non audiuit / quia nō eſt ſonus: in cor hominis non aſcendit / quia non eſt terrena cogitatio. Sic intelligite quod oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit que preparauit deus diligentib⁹ ſe. Adhuc (inquit) quid hoc ſi queris a me: illum interroga qui habitare cepit in te. Dico tñ et ego hoc enim querimus quid deus ꝓprium ſeruet bonis: ſi bona tanta largitur et malis ⁊ bonis ⁊ cū dicerez: qđ oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit: non deſunt qui dicant Putas quid eſt. Ecce quid eſt qđ ſeruat deus ſolis bonis: quos tñ ipſe fecerit bonos. Ecce quod eſt breuiter preciū nr̄m definitū eſt per ꝓpheta͞. Ero illorum de⁹: ⁊ ipſi erunt mihi in plebs. Ero illorum deus precium nobis ſeipſum ꝓmiſit. Quare aliud ſi inueneris melius. Si dicerem promiſit aurum gauderes: ſe promiſit ⁊ triſtis es. Si diues deum non habet quid habet: nolite aliquid a deo querere niſi deum gratis amate: gratis amabitis: ſi ſolum deum ab illo deſiderabitis. Nolite timere inopiam. Dat ſe nobis: ⁊ ſufficit nobis. Dat ſeipſum nobis: ⁊ ſufficit nobis. Philippum apoſtolū audi in euangelio. Domine oſtende nobis patrem ⁊ ſufficit nobis.

Auguſtin⁹ in ſermone de natali ad martyr.

## Theorema tertium.

### Vulgata editio.

Omnino audit̃ inter vos fornicatio: et talis fornicatio qualis nec inter gentes: ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis non magis luctum habuiſtis vt tollatur de medio veſtruz qui hoc opus fecit. Ego quidem abſens corpore: preſens autē ſpiritu: iā iudicaui vt preſens eum qui ſic operat⁹ eſt. In nomine domini noſtri ieſu chriſti congregatis vobis ⁊ meo ſpiritu cū virtute dn̄i noſtri ieſu tradere huiuſmodi hominem ſathane in interitum carnis vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri ieſu chriſti.

i. Cori. v.

### Intelligentia ex greco.

Oīno audit̃ in vobis fornicatio: ⁊ talis fornicatio q̄ neq̧ in gētib⁹ noīatur: vt vxorem patris ſui quiſpiā habeat. Et vos inflati eſtis: et non magis ingemuiſtis vt tolleretur e medio qui hoc facinus admiſit. Ego enim vt abſens corpore: preſens autē ſpiritu: iam tanq̄ preſens iudicaui eum qui hoc ſic operatus eſt: vt in nomine domini noſtri ieſu chriſti condolentibus vobis et ſpiritu meo traderē cum poteſtate domini noſtri ieſu chriſti eum ipſum ſathane in interitum carnis vt ſpiritus ſaluus fiat in die domini ieſu.

### Expoſitio.

COgnito opere fornicationis illius pellendum illũ fuiſſe de cetu fraternitatis apoſtolus volebat: publice eniz nouercam ſuam loco vxoris habebat: in qua re neq̧ teſtibus opus erat/neq̧ tergiuerſatione aliqua poterat tegi crimen. Ideo dicit abſens facie: preſens autem autoritate ſpiritus qui nuſq̄ abeſt. Quoniam omnis carnalis voluptas a diabolo eſt: ac per hoc cum huic voluptati remittitur: traditur

Ambroſiꝰ

ſathane. Caro enim diuo Ambroſio teſte hoc habet in natura: vt intereat. Anima ergo cum ſe iungit deſiderio eius infirmans ſpiritalez ſuũ vigorem ſimul interitum patitur: itaq̧ ſi hic correptus ſtupri admiſſi erubeſceret eiectum ſe non interiret penitentia ſubſequente. Nã omnium conſenſu ⁊ preſentia: ſed ⁊ virtute dñi ieſu: id eſt ſentẽtia: cuius legatione fungebatur apoſtolus abijciendum illuz de eccleſia: cũ eijcitur traditur ſathane in interitum carnis. Et anima eniz ⁊ corpus interemit quando que contra legem ſunt/fiunt Sed in hac aliter cauſa interitus carnis homini deputatur. Quanq̄ enim omnia peccata carnalem hoiem preſtant: hoc tñ ſpecialiter deſiderium carnis eſt: qđ ſordibus maculatam aiam cum corpore tradit gehenne: qꝛ victa aia libidine carnis fit caro: ſicut ⁊ corpus recte gubernatũ ſpiritale appellatur. Animus tamen eſt: qui aut victus illecebris totũ hominẽ carneũ facit: aut in vigore nature ſue manens carni preſtat: vt ſpiritalis dicatur. Tradi cõtaminatum ſupradictũ ſathane: vt ſpiritusſanctus ſaluꝰ ſit in hoibus eccleſie in die iudicij. Niſi enim (inſit Ambro.) eiectus eſſet: non fieret ſaluus ſpũs eccleſie in die iudicij. Deſerebat enim oẽs contaminationis cauſa: vt in die dñi nudi a ſpirituſancto inuenti audi

Mat. vij. d.
Ro. viij. b.
Ephe. iiij. S.

rent a iudice dño. Recedite a me nõ noui vos: ſicut dicit ad romanos. Si quis autem ſpiritum chriſti non habet: hic non eſt eius: ⁊ in alia epiſtola. Nolite ꝯteſtare ſpiritumſanctũ dei. Si eniz contriſtat̃/deſerit: ⁊ nõ erit saluꝰ: nõ vtiq̧ ſibi qui impaſſibilis eſt: ſed nobis quibꝰ datus eſt. vt per illum dei filij eſſe probemur. Res eniz que amittitur

Aug. in lib. contra fauſtum.

ſalua non eſt: non vtiq̧ ſibi que vbicũq̧ ſit neceſſe eſt/ſit: ſed ei a quo amittit̃ ſic plane ⁊ non crudeliter autore diuo Auguſtino tradidit hominem apoſtolus ſathane in interitum carnis vt ſpũs ſaluus ſit in die domini ieſu: tradidit/et alios vt diſcerent non blaſphemare. Et ſi heretici nolũt hic mortem intelligere (fortaſſis enim incertum eſt) quãlibet vindictam per ſathanã factã ab apoſtolo fateant̃. Qđ non eum odio: ſed amore feciſſe manifeſtat illud adiectũ: vt aia ſalua ſit percutiens in quam illum tradens eum poteſtati demonis: vt corpus quo male vſus fuerat viſibiliter torqueretur in exemplũ aliorum: ⁊ ne aia dei imago: que male conſcia facti fuerat: periret ineternuz. Quis eñi non deterreret a ppetrando aliquo ſcelere ſi videret aliquẽ ob ſimile

Hec vero Auguſtinꝰ in libro de ſermõe dñi in monte.

perpetratum domino obſeſſum tam miſerabiliter torqueri.

## ¶ Theorema quartum.

### ¶ Vulgata editio.

¶ Omnia mihi licent:ſed non oīa expediunt:oīa mihi licent:ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. ¶ Et alibi. Omnia mihi licent:ſed nō oīa expediunt. Omnia mihi licent:ſed nō omnia edificant. j. Cori.vj.

### ¶ Intelligentia ex greco.

¶ Omnia in mea ſunt poteſtate:ſed non omnia cōducunt: omnia in mea ſunt poteſtate:ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. ¶ Omnia in mea ſunt poteſtate:ſed non omnia conferūt:omnia in mea ſunt poteſtate:ſed non omnia edificant.

### ¶ Expoſitio.

SI poſſum⁹ euitamur inter id qꝺ lꝫ: ⁊ qꝺ nō lꝫ atqꝫ ideo nō expedit aliq̄ certo fine diſtiguere:ea mihi videnꝛ licere ſm mentē Augu. ⁊ nō expedire:q̄ ꝑ iuſticiā quidē(q̄ corā deo eſt)ꝑmittunꝛ:ſed ꝓpter offenſionē hominū/ ne ob hoc impedianꝛ a ſalute vitanda ſunt. Ea vero nō licere:⁊ iō nō expedire que ſi ipſa iuſticia vetanꝛ:vt facienda non ſint etiā ſi ab eis q̇b⁹ ī noticiā fuerint ꝑlata/laudenꝛ. Qꝺ ſi ita eſt:ideo nō niſi illicita ꝓhibenꝛ a dn̄o:vt ea q̄ illicita ſunt/⁊ nō expediūt:nō legis vinculo:ſed libera dilectiōis beneficētia caueanꝛ. Scꝺm vero traductionē grecā aliter exponi poteſt apoſtol⁹:vt nr̄ Stapulēſis ſcripſit Nā ⁊ erat in poteſtate apl̄i ⁊ ellueri ciboqꝫ ⁊ potu refarcire ventrē et crapula diſtēdi ⁊ fornicari:⁊ cetera id gen⁹ q̄ carnis ſunt:ſed ſub nullius taliū redactus eſt poteſtate. Qꝛ rōni ſpūiqꝫ herebat:⁊ qui heret ſpiritui deo heret:⁊ qꝛ etiā illa nō cōducūt. Nā ⁊ eſcas q̄ ad ventrē ſūt ⁊ vētrē qui eſt ad eſcas:vtraqꝫ de⁹ deſtruet. Hec aūt opinio videꝛ vulgari facilior:qꝛ Auguſtino teſtāte inter id qꝺ illicitū eſt:⁊ iō nō expedit:atqꝫ id qꝺ licitū ē/nec tn̄ expedit q̇d interſit aliq̄ vniuerſali regula definire difficile eſt. Citi⁹ eñ quiſqꝫ dixerit omne qꝺ fieri nō expedit: pctm̄ eſt, Oē aūt peccatū illicitū ē. Oē ergo qꝺ nō expedit illicitū eſt. Et vbi erunt illa que licita eſſe/ſed nō expedire apl̄s dixit:ſi oē qꝺ nō expedit licitū non eſt. Quapropter qꝛ verū dixiſſe apl̄m dubitare non poſſumus:⁊ aliqua peccata eſſe licita dicere non audemus. Reſtat fabrum noſtrū Stapulenſem opinionem ſuā ſuꝑ petrā ſtabiliſſe:vel vt dicam⁹ cū Aug. ⁊ Ambroſio ⁊ alijs apud quos vulgata editio firmatur ⁊ recipiꝛ aliquid fieri quod non expedit:⁊ tn̄ ſi licitum eſt:non eſſe eccatū:ſuis qm̄ non expedit/no n ſit vtiqꝫ faciendū. Qꝺ ſi q̨bſurdū

Ex Auguſtino in lib. ad polētiū.

Faber Stapulenſis.

videtur: vt aliquid fiat quod non expedit et dicatur non peccaſſe qui fecerit. Intelligendum erit hoc ex conſuetudine rationis eſſe abſurdū que ita late patet: vt etiam iumēta q̄uis rationis expertia: tn̄ plerūqꝫ dicamus debere vapulare cum peccant. Peccare autem proprie non eſt: niſi eius qui vtitur rationali voluntatis arbitrio. Quod in omnibus mortalibus animantibus non niſi homini eſt diuinitus attributum. Sed aliud eſt cum proprie loquimur: aliud cū verba ex alijs rebus transferendo vel abutendo: mutuamur igitur ſi apoſtoli mentem reperire voluerimus: qꝛ verum dixiſſe Paulum non ab homine ſed a deo apoſtolum dubitare non poſſumus: et aliquid ex nobis aſſerere non audemus. Reſtat vt dicamus cum ſtapulenſi intelligentiā ex greco eſſe catholicā aut aliquo certo fine diſtinguere: vt iam dictū eſt inter id quod licet ⁊ quod non licet: atqꝫ ideo non expedit. Illa enim Auguſtini diſtinctio excogitata pie: ſed ad litterā forte violenta. Gloriari itaqꝫ merito fabro noſtro debemus: qui ad noſtrā ⁊ poſteriorū doctrinam tot immortalia ediderit monumenta ⁊ precipue quod epiſtolas Pauli latinas fecerit/⁊ nunc intelligentiam ex greco/nūc vulgatam taxat interpretationem. Scimus enim qua nocte denſiſſima hec latuerint. O beata non tātum quam inhabitas ciuitas: ſed et oīs gallia que tali decorata eſt viro: qui eo maiorib᷑ dign᷒ eſt preconijs: q̄ eloquentiam philoſophicam que ſub gothorum vandalorū ⁊ hunorū tp̄a perpeſſa fuerat gallia: immo (quod multo deterius) optime littere que ante illa calamitoſa ſecula maximo erant flore formauerit quo excellentius eſt animos ciuium: q̄ menia condere.

Stapulenſis doctrina.

## Theorema quintum.

### Vulgata editio ⁊ greca ſimiles.

j. Cori. vj. Omne peccatum quodcunqꝫ fecerit homo extra corp᷒ eſt: qui autem fornicatur in proprio corpore peccat.

### Expoſitio.

Et videatur apoſtolus in tantū exaggerare voluiſſe fornicationis malum vt in comparatione hui᷒ fornicationis: cetera extra corpus habenda eſſe dixerit. Quecūqꝫ peccata ſolo hoc tantūmodo fornicationis malo in corpus proprium peccare dixerit: quia vt Auguſtinus ſcribit maiore libidinis ardore (quo ſuperior nullus eſt) voluptas ipſi᷒ corporis tenet ſeruū: efficitqꝫ captiuū. Hec dicta ſint de ſpeciali fornicatione huius corporis: qꝛ non ſolū fornicatio in ſacris litteris ſpecialiter: ſed etiā generaliter arguitur et nominatur ⁊ illa eſt etiam ge-

Diuus Auguſtinus

gñalis aīe hūane qua nō adherēs q̄ſq3 deo: adheret mūdo. vñ Johā
nes dicit. Si q̄s dilexerit mūdū: dilectio pr̄is nō eſt ī eo. Et apoſtol⁹
Jacobus dixit. Adulterari neſcitis q2 amicitia hui⁹ mūdi / inimica eſt
deo. Oſtendit hic apoſtolus vt diuus Ambroſius ſcribit grauiſſimū
eſſe peccatum: q2 ex hoc omne deperit corpus. In ceteris aūt peccatis Ambroſi⁹
portio perit: non totū. Totum ei corpus vir eſt ⁊ mulier: q2 portio vi
ri eſt mulier. Quicūq3 enī aliud peccatū admiſerit / extra ſe peccat for-
nicarius vero in carnē ſuam peccat. Age ſi laqueo vitā finiat: aut fer-
ro ſe trucidet: non in corpus ſuū videtur peccare. Sed in aīam cui vim
facit: fornicari aūt corporale delictū eſt: quod ⁊ corpus ꝯtingit ⁊ aīa3
Non eī ſine deſiderio carnis: q2 habet ⁊ caro propriū motum: aīa cō
cupiſcit vt peccet in carnem: q̄uis ſine anima nihil poſſit. per id ergo
ꝙ in carnē que ex ſe eſt: peccat ad originē enī retulit. In corpus ſuum
dicitur peccare vt deſinet a fornicatione quaſi ſibi parcēs. Quibuſdā
iterum videtur: q2 qui fornicatur ideo in corpus ſuum dicitur peccare
q2 eccleſie mēbrum eſt: ⁊ ſe contaminans in eccleſiā peccat cuius mē-
brum eſt. Qui ergo eccleſie mēbrum eſt. dicendū eſt illi cū fornicatur:
q2 non ſibi / ſed in eccleſiā peccat. porro aūt dicit apoſtolus: q2 qui for
nicatur per id ꝙ ī portionē ſuā delinquit: in corpus ſuū peccat. Cete
ra peccata ⁊ ſi per corpus generant̄ non tamen vt diuus Ambroſius Ambroſi⁹
ait aīam ita carnali cōcupiſcentia faciunt obſtuptā ⁊ obnoxiam quē-
admodū cōmiſceri facit aīam cum ipſo corpore vſus libidinis agens
in opere carnalis fornicationis: q2 in tantū agglutinatur aīa corpori
vt in ipſo momento nihil aliud cogitari homini liceat aut intendere:
q2 ipſam mentē captiuā ſubdit ipſa ſummerſio ⁊ abſorbitio libidinis
⁊ concupiſcentie carnalis.

## ¶ Theorema. vj.

### ¶ Vulgata editio.

¶ Cum liber eſſem ex omnibus omniū me ſeruū feci vt plures lucri j. Corin. ix.
facerē. Et factis ſunt iudeis tanꝙ iudeus. vt iudeos lucrarer. his qui
ſub lege ſunt quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) vt
eos qui ſub lege erant lucrifacerem his qui ſine lege erant tanꝙ ſine
lege eſſem (cū ſine lege dei non eſſem) ſed in lege eſſem chriſti vt lucri
facerē eos qui ſine lege erant. Factus ſum infirmis infirmus: vt infir
mos lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum. vt omnes facerē ſal-
uos. Omnia autē facio propter euangeliū: vt particeps ei⁹ efficiar.

## ¶ Intelligentia ex greco.

¶ Cum enim liber eſſem ex omnibus meipſum: in omnibus ſeruum feci vt plures lucrifacerem: his qui erāt ſub lege quaſi ſub lege: vt eos qui ſub lege erāt lucrifacerem: illegitimis quaſi illegitimus cum non eſſem illegitimus deo / ſed legitimus chriſto: vt lucrifacerem illegitimos: factus ſum īfirmis velut infirmus: vt infirmos lucrifacerē. Omnibus oīa factus ſum: vt omnino quoſlibet ſaluos facerem. Hoc autē facio propter euangelium: vt particeps eius efficiar.

## ¶ Expoſitio.

Seruum autem ſic ſe omnium factum dicit dum ſemper humilitatem ſimilem omnium mente imbecillium exhibuit: vt eos per patientiā firmaret ad ſalutem futurā cōfouens animos illorum qui aut peccabant: aut res diuinas tardius ſequebantur vt non aſpere ferrent reprehēdi ſe. Et non videtur quaſi ſimulaſſe: vt omnibus fieret omnia: quod ſolent adulatores facere / ſed non ita eſt. Uir enī diuinꝰ ⁊ medicus ſpiritalis ſciens omniū cauſas ⁊ vulnera: magna induſtria cōfouet illos ⁊ compatitur. Cū omnibus enim hominibus quedam habemus cōmunia. Factus eſt ergo iudeis quaſi iudeus: qꝛ (vt diuo Ambroſio placet) propter ſcandalum illoruꝫ circuncidit Thimotheū: ⁊ purificatus aſcendit templum: ne occaſionem per eū acciperent blaſphemādi. Rem ergo fecit que iam ceſſare deberet: ſed fecit / ſcd̄m legem. Nā ⁊ conſenſit illis legem eſſe a deo ⁊ prophetis: ⁊ exinde illis oſtendit chriſtū hunc eſſe q̄ promiſſus eſt: vt aſſenſus eius haberet effectuꝫ: hi qui ſub lege ſunt ſamaritani noſcuntur. Legem enim ſolam accipiunt id eſt quinqꝫ libros moyſi. Sunt aūt ex origine perſarum ⁊ aſſiriorū quos rex aſſirioruꝫ ſublatis filijs iſrael in captiuitatem poſuit ad icolenda loca ſamarie: ideo ⁊ ignem colunt more perſarum. His ergo apoſtolus dum non negabat legem eſſe a deo: fiebat quaſi ſub lege: ſed ex ea illis mitti vel miti verbo chriſtum intelligendum tradebat: ſicut ⁊ ſamaritana illa que dixit ad dominū. Scio qꝛ meſſias venit docta per legem. Diuus quoqꝫ Aug. dicit quod aliud eſt eſſe ſub lege / ⁊ aliud in lege. Aliud ſine lege. Sub lege carnales iudei. In lege ſpiritales iudei ⁊ chriſtiani. Unde illi ſeruauerunt moreꝫ illum patrium ſed onera inſolita credentibus gentibus non impoſuerūt. Et ideo nec illi circunciſi adduxerūt preputiū nec iſti prepuciati circunciſi ſunt. Sine lege autem gentes que nondum crediderunt quibus tamen ſe apoſtolus congruiſſe teſtatur per miſericordē ꝯpaſſionē: nō ꝑ verſipelleꝫ ſimulationē (id eſt vt eo modo ſubueniret ⁊ carnali iudeo vel pagano / quomodo ſibi ipſe ſi hoc eſſet ſubueniri voluiſſet) portans

Ambroſiꝰ.

Qui ſunt ſamaritani.

Ioā. iiij. d.

Auguſtinꝰ.

vtiqꝫ eorum infirmitatem in compaſſionis ſimilitudine nõ fallens in
mendacij fictione hec ille. Cũ iudeis in cibo ⁊ potu / ⁊ in omnibus
que tamen euãgelio obeſſe non poſſent / ſe ſimilẽ faciebat: vt iudeos
xp̃o acquireret. Cũ gentibus in cibo ⁊ potu ⁊ alijs ſe etiã ſimilez fa
ciebat: vt gregi xp̃i aſſociaret gentes. Et carne infirmis erat vt qui
carnis infirmitate circundatus eſſet cũ eſſet ſpiritualis: quatenus ip-
ſos ad ſpiritũ proueheret. Omnibus ſe vbi peccatũ non eſſet confor-
mabat: vt oẽs ſaluos faceret / ⁊ ob hoc inſuper vt particeps eſſet euã
gelij. Hec eſt enĩ merces: quã ex his oĩbus expectat. Et vt beat⁹ Am
broſius ſcribit. Dũ aſſentit illis paulus: id eſt gentilib⁹ iuxta phyſicã Diuus Ambroſius.
vt rationẽ. Mundũ factũ a deo ⁊ que in eo ſunt: ⁊ aĩam eſſe immor-
talẽ. ⁊ ab ip̃o nos originẽ habere (Ita ei in actis apoſtoloꝝ ait. Et ſi
cut quidã ex vobis dixerunt: ipſius ei ⁊ genus ſumus) ſic fiebat qua-
ſi ſine lege: per quod ſubintroducebat illis xp̃m ip̃m eſſe quem deus
ad iudicandũ mundũ p̃elegit: ⁊ ipſum eſſe ꝑ quẽ oĩa fecit ⁊ infirm⁹ fa
ctus eſt / dum propter fratres infirmos a licitis abſtinet: ne illis ſcan-
dalum generet. Et hoc fuit viri prudentis ⁊ ſpiritalis: vt oĩbus oĩa fa
ctus: propoſitum tñ religionis non excederet: qꝛ vbi ceſſit: ad hoc ceſ-
ſit vt proficeret: ⁊ nec aliud fecit q̃ lex mandauit.

## Theorema.vij.

Vulgata editio ⁊ greca conueniunt.

Vir quidẽ non debet velare caput ſuũ: qm̃ imago ⁊ gloria dei eſt. j. Corin. xj
Mulier autẽ gloria viri eſt non enĩ vir ex muliere eſt: ſed mulier ex vi-
ro: etenim nõ eſt creatus vir propter mulierẽ: ſed mulier propter virũ
Ideo debet mulier velamen habere ſupra caput ſuũ: ⁊ ꝑpter ãgelos.

Expoſitio.

Quamuis vna ſubſtãtia ſit vir ⁊ mulier: tñ qꝛ vir caput eſt
mulieris: anteponẽdus traditur: vt per cauſam ⁊ tradi-
tionẽ maior ſit: non per ſubſtãtiã. Inferior ergo mulier
viro eſt. Ex eo ei eſt ac per hoc obnoxia videt mulier vi-
ro: vt imperio ei⁹ ſubiecta ſit. honorificentiã ⁊ dignitatẽ
viri obſtare dicit ne velet caput. Imago ei dei non congruũ eſt vt ve-
letur abſcondi ei non debet. Stapulenſis vero nr̃ ſic paulum exponit Stapulẽſis
vir ⁊ angeli ĩmediate creati ſunt a deo: ⁊ ideo nullũ velamen in huius
rei ſimbolo debet habere vir cũ connectitur ad deũ / non ſecus ac an-
geli. At mulier non ſolũ propter virũ habere dꝫ: ſꝫ ẽt ꝑpter angelos:
ſuperbia ei eſſet ſi creationẽ ſuã angelis faceret equam. cum hanc po-
teſtatẽ habeat mediante viro vir immediate fact⁹ eſt a deo imago et

ſimilitudo dei/ad eius gloriã:mulier vero mediante viro quaſi vela-
mine/inter eã ⁊ deũ poſito medium ei vt interſtitiũ ⁊ velamẽ quoddã
eſt. vir eni eſt prima ⁊ immediata gloria dei:mulier mediata ⁊ ſecũda
⁊ imediata gloria viri/⁊ ipſius viri gratia facta. Hec ille. Diuus ta-
men Ambroſius aliter apoſtolũ exponit cui magis adherẽdũ cenſeo
Ambroſ⁹. Et ſi patrie multuz debeamus veritatẽ tñ oĩbus anteponendã cenſeo
quã magnã ⁊ pre omnibus fortiorẽ eſſe ſacre affirmant littere. Oĩs
iij. eſdre. iiij nãq; terra veritatẽ inuocat:celũ etiã ipſam benedicit:⁊ oĩa opera mo-
uentur ⁊ tremunt eã:⁊ non eſt cũ ea quicq̃ iniquũ. Dicet forſitã aliqs
nonne tuus faber veritatẽ hic ſectat⁹ eſt. Cui reſpõdebim⁹ fabrũ/nec
veritatẽ impugnare:ſed eã tueri nõnunq̃ vero ipſam ſubticuiſſe:verũ
(vt inquit Horatius) quãdoq; bonus dormitat Homerus. ⁊ iuxta
illud varonis. Nemo vn⁹ oĩa poteſt ſcire. Faber per angelos ſpiritua-
les ſubſtantias apoſtolũ intelligere affirmat Ambroſius vero. Ange-
los epõs dicit. ſicut docetur in apocalipſi iohãnis. Et qꝛ vtiq; hoies
ſunt:q̃ non corriperent plebẽ arguũtur:⁊ quod rectũ eſt/in illis lau-
datur. Mulier ergo idcirco debet (iquit) velare caput:qꝛ nõ eſt ima-
go dei ſed vt oſtendatur ſubiecta. Et qꝛ preuaricatio per illaz incoa-
ta eſt:hoc ſigni debet habere. vt in eccleſia propter reuerentiã epiſco-
palem non habeat caput liberũ/ſed velamine tectũ. Nec habeat po-
teſtatem loquendi:qꝛ epiſcopus perſonã habet xp̃i. Quaſi ergo ante
iudicez:ſic ante epm̃:qꝛ vicarius dñi eſt:propter reatus originẽ ſubie-
cta debet videri. Multum eĩ diſtat inter gloriam dei ⁊ gloriã viri. vir
enim ad imaginem dei factus eſt:non mulier. Hec eſt autẽ imago dei
in viro:qꝛ vnus deus/vnum fecit hominẽ:vt ſicut ab vno deo ſunt oĩa
ita eſſent ⁊ ab vno homine omnes homines:vt vnius dei inuiſibilis:
vnus homo viſibilis imaginẽ haberet in terris. vt vnus deus in vno
homine videretur autoritatem vnius principij conſeruare ad confu-
ſionem diaboli:qui ſibi neglecto vno deo:dominiũ ⁊ diuinitatem vo-
luit vſurpare. Quod propheta Ezechiel ſignificat. Et apoſtolus idẽ
Ait enim:ita vt in templo dei ſedeat oſtendẽs ſe quaſi ſit deus. Si vir
ſolum imago ſit dei ⁊ non mulier. Quid dicem⁹ ad hec:ſi pro ſua per-
ſona/mulier adimplet imaginem trinitatis:cur ea detracta de latere
viri/adhuc ille imago dicitur:aut ſi ⁊ vna perſona hominis ex tribus
poteſt dici imago dei. ſicut in ipſa ſumma trinitate ⁊ vnaqueq; pſona
deus eſt:cur mulier non eſt imago dei. Nunc propterea caput velare
precipitur q̃ ille:quia imago eſt prohibetur. Sed videndum vt diuo
placet Auguſtino quomodo non ſit contrarium quod dicit apoſtolus
(non mulierem ſed virum eſſe imaginem dei) huic quod ſcriptum eſt
in Geneſi. Fecit deus hominem ad imaginem dei fecit eum maſculũ

⁊ feminam (fecit eos ⁊ benedixit eos). Ad imaginem quippe dei na-
turam ipſam humanam factã dicit/que ſexu vtroq; completur. Nec
ab intelligenda imagine dei ſeparat feminam: credo illud ergo eſſe
quod iam dixi cum de humane mentis natura agerem mulierem cum
viro ſuo eſſe imaginem dei vt vna imago ſit tota illa ſubſtantia. Cum
autem ad adiutorium diſtribuitur (quod ad eamipſam attinet) non
eſt imago dei quod autem ad virũ ſolum attinet imago dei eſt: tã ple
na atq; integra quã in vnũ coniuncta muliere hec Auguſtinus.

## Theorema.viij.

### Vulgata editio ⁊ greca non differunt.

Primũ quidem conuenientibus vobis in eccleſiam: audio ſciſſu- i. Corin. xi
ras eſſe inter vos ⁊ ex parte credo. Nam oportet ⁊ hereſes eſſe, vt et
qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis.

### Expoſitio.

Hereticorum genus callidum: non ſpiritu ſapientie: ſed
impatientie quo ſolent hereticorum feruere primordia
⁊ pacem perturbare ſanctorum. Iuxta illud apoſtoli.
Oportet ⁊ hereſes eſſe ⁊c. Unde etiam dictũ eſt filius
eruditus ſapiens erit imprudente autem miniſtro vte-
tur. Multa quippe (Auguſtinus inquit) ad fidem catholicã pertinẽ Aug. in lib.
tia dum hereticorũ callida inquietudine exagitãtur vt aduerſus eos xviij. de ci-
defendi poſſint ⁊ conſiderantur diligentius: ⁊ intelliguntur clarius ⁊ uitate dei.
inſtantius predicantur ⁊ ab aduerſario motu queſtio dicẽdi exiſtit oc
caſio. Sed mal⁹ frater in filio ſuo (hoc eſt in opere ſuo) puer eſt id eſt
ſeruus fratrũ ſuorũ: cũ ad exercitationẽ patiẽtie vel ad profectũ ſapiẽ
tie ſcienter vtuntur malis boni. Scio inquit Ambroſius nonnullos
mente corruptos verſutia diaboli dicentes: oportet hereſes eſſe: non Diu⁹ ãbro.
vtiq; voluit nec optauit: ſed q: ſint: futurum dixit paulus: ſicut ⁊ dñs.
Oportet inquit venire ſcandala: ⁊ oportet filium hoĩs pati: preſcius
ꝙ iudas proditor erat futurus. permittit deus interdum ſciſmata ⁊
hereſes in vobis eſſe: vt probi manifeſti ſint in vobis vt enĩ aurum cũ
ignis nihil adimit ſed quod reddit illuſtrius probũ eſſe cognoſcitur
⁊ minime adulterium: ſic qui inter ſciſmata ⁊ hereſes non concutitur
ſed firm⁹ in eccleſie traditionibus perſeuerat ille probat⁹ eſt fidelis.

## Theorema.ix.

¶ Vulgata editio cum greca conuenit.

i. Cori. xiiij ¶ Qui loquitur lingua: oret vt interpretetur. Nã ſi orẽ lingua: ſpiritus meus orat mens autẽ mea ſine fructu eſt. Quid igitur faciendum eſt. Orabo ſpiritu orabo ⁊ mente. pſallam ſpiritu: pſallam ⁊ mente.

¶ Spiritus prophetarum: prophetis ſubiectus eſt.

¶ Expoſitio.



Cum qui linguis loqui deſiderat: orare debere vt accipiat donũ interpretandi vt proficiat ceteris ſtudium eius. Manifeſtũ eni eſt ignorare animũ noſtrum ſi lingua loquatur quã neſcit ſicut aſſolent latini homines grece cãtare oblectati ſono verborum: neſcientes tñ quid dicant

Ambroſi⁹. Spiritus aũt vt diuo Ambroſio placet ꝙ datur in baptiſmo ſcit quid oret animus dũ loquitur: aut perorat lingua ſibi ignota. Meus aũt qui eſt anim⁹ ſine fructu eſt. Quẽ enim põt habere fructũ qui ignorat que loquatur: cũ quis hac lingua loquitur quã nouit: tã ſpiritu ꝙ mẽte orat: qꝛ non ſolum ſpũs eius quẽ dixit datum. In baptiſmo ſcit ꝗd

Auguſt. de Geneſi ad litteraꝫ. xij. oratur. ſed ⁊ anim⁹ ſimili modo: ⁊ de pſalmo nõ ignorat. Hic aũt ſpiritus vt ſcribit diu⁹ Aug. a mẽte diſtinguit euidentiſſimo teſtimonio Si eni orauero (inquit apoſtolus) lingua ſpũs meus orat: mens autem mea infructuoſa eſt. Quare (inſit) apparet magis ad mẽtẽ pertinere prophetiã: ꝙ ad iſtũ ſpiritũ qui (mõ quodã proprio vocatur ſpiritus) vis aĩe quedã: mẽte inferior vbi corporaliũ rerũ ſimilitudines exprimũtur. Itaqꝫ magis ioſeph propheta ꝙ intellexit ꝗd ſignificarent ſeptem ſpice ⁊ ſeptẽ boues: ꝙ pharao ꝙ eas vidit in ſomnis. Illius eĩ ſpiritus informatus eſt vt videret huius mẽs illuminata vt intelligeret. Ac per hoc in illo erat lingua / in iſto ꝓphetia: qꝛ in illo rerum imaginatio: in iſto imaginationũ ĩterpretatio. In li. de eccle. dogmatibus ita ſcribit Aug. Non eſt tertius in ſubſtantia hoĩs ſpiritus ſicut

Auguſtin⁹. didimus contẽdit: ſed ſpũs ipſa eſt aĩa pro ſpiritali natura. Anima vero vocatur ꝙ ad viuificandũ animet corpus. Tertiũ vero ab apoſtolo cũ aĩa ⁊ corpore inducitur ſpiritũ gratiã ſpiritusſancti eſſe intelligimus quã orat apoſtolus vt integra perſeueret in nobis ne noſtro vitio aut minuatur aut fugetur a nobis: qꝛ ſpiritusſanct⁹ effugiet fictũ. Cum aũt dicit apoſtolus ⁊ ſpũs prophetarũ ꝓphetis ſubiectus eſt. Hoc dicit qꝛ vnus atqꝫ idem ſpiritus eſt qui tã prophetis futura dicentibus ꝙ his qui reuelant ſcripturas infundit ſe pro ratione ⁊ qualitate cauſarum idcirco dixit (inſit Ambroſius) ſubiectus eſt prophe-

Diuus Ambroſius. tis vt ingenia accenderet ac ſpe ꝙ ſpiritus conatus adiuuet. Deſiderio (inquit) optimo ad dei res enarrandas ſubuenit vt impleat boni propoſiti voluntatẽ. Nam ⁊ de ſaluatore idem dictum eſt. bibant au-

tem de ſpiritali ſequente petra: petra autẽ erat chriſtus. hoc eſt ⁊ ſub-
iectum eſſe quod ⁊ ſequi. Sequebatur enim vt humanis ſuffragijs
deficientibus adeſſet ad auxiliũ tribuenduz. Ita ⁊ ſpiritus ſubiectus
dicitur vt conatus bonos adiuuet: cum ſuggerit. Subiectus enim vi-
detur qui cepta alterius perficit.

## ¶ Theorema. x.

### ¶ Vulgata editio eadem eſt cum greca.

¶ Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia tunc ⁊ ipſe filius ſubiectus erit illi qui ſubiecit ſibi omnia vt ſit deus omnia in omnibus. j. Cori. xv.

### ¶ Expoſitio.

Filius ſecundũ diſpenſationem carnis ſubiectus erit ſe-
cũdũ autem diuinam hypoſtaſim ⁊ dei formam: cũ pa-
tre regnans ſuper omnia vt filius dei qui deus eſt: in
omnibus ſit omnia in deo deus ⁊ regnans ſuper om-
nia. Qui filium dei patri equalem non eſſe contendunt
ſolent vſurpare familiarius hoc teſtimonium. Non enim poſſet eis
error oboriri palidius nomine chriſtiano: niſi de ſcripturis non intel-
lectis. Dicunt enim. Si equalis eſt quomodo ſubiectus eris. Quod
vtiq̄ ſimile eſt illi euangelice queſtioni. Si equalis quomodo maior
eſt pater ipſe enim dominus ait. Quoniam pater maior me eſt. Regu
la catholice fidei vt beatiſſimus Auguſtinus ſcribit ſic ſe habet: vt cuz
aliqua in ſcripturis dicuntur de filio ꝙ ſit minor patre: ſcd̃ȥ ſuſceptio
nem hominis intelligantur. Cum vero ea dicuntur quibus demõſtra
tur equalis ſ̄m quod deus eſt accipiantur. Apparet ergo queadmo-
dum dictum ſit: ⁊ pater maior me eſt ego ⁊ pater vnum ſumus: ⁊ de-
us erat verbum ⁊ verbum caro factum eſt ⁊ non rapinam arbitratus
eſt eſſe ſe equalem deo ⁊ ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipi-
ens. Deus autem omnia in omnibus dicitur vt nemo eoruz qui ei co-
herent amet aduerſus eum ſuam propriam voluntatem: manifeſtum
ſit oibus quod idez apoſtolus alio loco dicit. Quid aũt habes quod
non accepiſti. Omnia in oibus (inſit Ambro.) eſt deus pr̄: hoc eſt: vt
omnis creatura vnum ſentiat vna voce omnis lingua celeſtium ⁊ ter-
reſtrium ⁊ infernorum confiteatur vnũ eſſe deum ex quo ſunt omnia
Cum ergo dixit omnia in omnibus: hoc ſignificauit: quia ex ipſo

Johã. xiiij.

Diuus Ambroſius.

ſunt: ⁊ in ipſis eſt. Ex ipſo qꝛ ab ipſo creata ſunt. In ipſis qꝛ omnium confeſſione vnus erit deus. Si autem dixiſſet vt ſit deus in omnibus intelligeretur in oi̅bus quidē eſſe: ſed per affectū aut cōmunē ſenſum: non tamen ea ipſa ex ipſo eſſe. Cū autē dicit faber ꝙ filius dei q̇ deus eſt: in oi̅bus ſit oi̅a in deo deus ⁊ regnans ſup̲ oi̅a ⁊ in creaturis creatura ⁊ deo ſubiectꝰ vt creatura ſed que om̅is creature caput puto fabrū cum propoſitiuo ⁊ nicolao de Cuſa ⁊ antiquis theologis xp̄z et creatorē ⁊ creaturā poſuiſſe: ſed cū chriſtus ſit nomen ſuppoſiti ⁊ perſone ſupponens pro perſona ſecūda trinitatis non videtur dici poſſe creatura ſed creator ſolū. Nā dixit ipſe anteꝙ̄ abrahā fieret ego ſum. Illa enim humana natura ſc̄m quā chriſtus eſt homo nec eſt xp̄s nec creator ſed eſt natura aſſumpta a deo ſc̄m quā dei filius homo dicitur

Dei filius xp̄s creator non creatura dicitur.

Cuſanꝰ cardinalis opꝫ ip̄m tale ita deū eē mente cōcipere vt ſit et creatura ita creaturā vt ſit ⁊ creator. creatorē et creaturā abſqꝫ confuſione hec ille ca. iij. de docta ignorantia

## Theorema. xj.

### Vulgata editio.

Omnes quidē reſurgemꝰ: ſed nō oēs immutabimur. In momēto in ictu oculi in nouiſſima tuba (canet eī tuba) ⁊ mortui reſurgēt incorrupti ⁊ nos ı̄mutabimur. Oportet eī corruptibile hoc induere incorruptionē ⁊ mortale hoc induere immortalitatem.

### Intelligentia ex greco.

Non oēs quidem dormiemus: oēs aūt immutabimur in indiuiſibili in ictu oculi in nouiſſima tuba clanget eī ⁊ mortui reſurgēt incorruptibiles ⁊ nos ı̄mutabimur. Oportet eī corruptibile hoc ı̄duere incorruptibilitatē: ⁊ mortale hoc induere immortalitatem.

### Expoſitio.

GReci codices vt venerabilis beda ſcribit ſic habēt. Oēs quidē dormiemꝰ non tn̄ oēs immutabimur. Iſtā cōmutationē in meliꝰ ſine dubitatiōe oportet intelligi: qꝛ oēs ⁊ iuſti ⁊ iniuſti reſurrecturi ſunt. ſꝫ ſicut dn̄s in euāgelio loquit̄: qui bene fecerūt in reſurrectionē vite: q̇ male egerunt in reſurrectionē iudicij: iudiciū appellās penā ſempiternam. Sicut in alio loco: qui nō credit inq̄t: iam iudicatꝰ eſt. Proinde illi q̇ ad iudiciū reſurrecturi ſunt nō cōmutabunt̄ in illā incorruptelā q̄ nec doloris corruptionem pati pōt. Illa nāqꝫ fideliū eſt: atqꝫ ſctōrū. Iſti vero perpetua corruptiōe cruciabūtur: qꝛ ignis eorū nō extinguet̄ ⁊ vermis eorū non moriet̄. Quid ſibi (inquit Augu.) vult iſta diſtinctio ⁊ mortui reſurgent incorrupti ⁊ nos ı̄mutabimur: niſi qꝛ oēs ı̄corrupti reſurgent: ſꝫ ex his iuſti etiā ı̄mutabunt̄ in illā incorruptelam cui oi̅no nulla poſſit nocere corruptio ac p̲ hoc qui in eā non commutabūtur:

incorrupti quidē reſurgent integritate mēbrorū: ſed non corrūpendi dolore penarū cū audierint: ite in ignē eternū qui paratus eſt diabolo ꝛ angelis eius. A quo auditu malo iuſtus nō timebit. De illa vero cōmutatione iuſtorū cū dixiſſet ꝛ nos īmutabimur tāq̄ quererem⁹ quomodo iſtud fiat: vel qualis iſta cōmutatio futura ſit adiungit ꝛ dicit. Oportet eī corruptibile hoc induere īcorruptionē ꝛ mortale hoc īduere īmortalitatē. Dicet forſitā aliq̄s cōtra fabrū greci codices vt beda refert ſic habent. Oēs quidam dormiemus quare ergo poſuit faber. Non oēs quidē dormiemus. Reſpondebit ipſe in exemplaribus grecis ſic eſſe ꝛ verbis apoſtoli conſonū. Nā apoſtolus ex reuelatione dñi alio loco dicit. hoc eī vobis dicimus in verbo dñi: qꝛ nos qui viuimus qui reſidui ſumus in aduentu dñi non preueniemus eos qui dormierunt ꝛc. ij ergo qui viui rapientur non morient̄. Nā mors ſeparatio corporis ꝛ aīe eſt: aduentus aūt dñi in momētaneo inſtāti erit q̄d ipſe idem dñs expreſſit dicens. Sicut enī fulgur exit ab oriente ꝛ ptꝫ vſqꝫ ad occidentē ita erit ꝛ aduentus filij hoīs. Et reſurrectio in momento in indiuiſibili enim: vt hic inquit apoſtolus in ictu oculi in nouiſſima tuba mortui reſurgent incorruptibiles: diuus quoqꝫ Ambroſius dicit q̄ oēs hoīes reſurgent: ſed ſoli qui regnaturi ſunt in gloriā mutabuntur: ſiue ita (inquit). Oēs reſurgem⁹ qui in aduentu chriſti mortui īueniemur nō oēs īmutabūt̄ q̄ ī corpe ſint repti: qꝛ ſcti ſoli beatitudinis gloriā cōſequēt̄ nouiſſim⁹ aduēt⁹ ītelligit̄ xp̄i. Mortui aūt vel peccatores intelligendi ſunt: qui etiā viuentes mortui eſſe dicūtur vt ad penā aut immortales vt abſqꝫ aliqua mēbrorū diminutione reſurgant vel certe (inquit) ſimpliciter oēs mortuos reſurgere dicit: et ſolos ſanctos cū his q̄ viui iuſti inuenti fuerint in gloriam immutari vt euacuatis cauſis mortis ꝑ diuinā victoriā ac ſi abſorpta nō pereat.

Reſponſio pro fabro.

Ambroſi⁹.

## ¶ Tractatus ſecundus libri Theorematū beatiſſimi Pauli in ſecundā epiſtolam ad Corinthios.

### ¶ Theorema primū.

¶ Vulgata editio ꝛ greca conueniunt.

¶ Alijs quidem odor mortis in mortē: alijs autē odor vite in vitam.

¶ Expoſitio.

Hoc dicit apoſtolus: qꝛ incredulis p̄dicatio crucis chriſti odor mortis eſt. Audiētes (inſit Ambro.) verbū dei ſic accipiunt quaſi peſtē ex qua oritur mors: ꝛ neceſſe eſt vt iuxta fidē illorū fiat eis. verū qꝛ fides ſermo auditus dei nuncius eſt ſalutis eterne ꝛ ſm fidem illorum continget eis. Siue ergo in his qui pereūt: ſiue in his qui ſalui fiūt: xp̄i bonus

Diuus ambroſius.

odor deo:erant apoſtoli:q2 ſinceriter ⁊ ſine adulatione predicabant
Qui ei nō credebant ipſi ſibi laqueū circundabāt his liberis ſicut di-
cit dñs ad Ezechielē prophetā. Tu predica:ſi te audierint lucraberis
Eze.iij.e. aīas eorū:ſi quo minus ipſi ſibi viderint:tu tñ liberaris a perditione
eorū:bonus odor xp̄i eſt predicatio veritatis quē odorē in vitā capit
Ex lib. ſen. qui in euāgelio bonis morib⁹ ſeruit ⁊ cōgruit mortem incurrit cuius
proſperi. ab his q̄ bene loquit᷑ vita diſſentit. q̄ cōditio vt proſper ſcribit etiā au-
ditores abſtringit:cum recta predicatio ab alijs per incredulitatē au-
ditur in mortem ab alijs per fidem ſuſcipitur in ſalutem.

## ¶Theorema ſecundum.

¶Uulgata editio eadem cum greca.

ij.Corin.v. ¶Recōciliamini deo. Nam eū qui nō nouit peccatū pro nobis pec-
catū fecit:vt nos efficeremur iuſticia dei in ipſo.

¶Expoſitio.

In peccato quippe dictū eſt:q2 hoc ipſum qđ pro pecca-
to offerebat᷑ peccatuz vocabat᷑. vnde illud eſt apud apo-
ſtolū de xp̄o dño. Eum qui nō nouerat pctm̄ pro nobis
peccatū fecit. Deus pr̄ ſcʒ eum filiū pro nobis fecit pec-
catū.i.ſacrificiū pro peccato. Sic ergo agnus in holo-
cauſtomata. vt ipm̄ pecus eſſet pctm̄.i. ſacrificiū fieret pro pctō ſicut
de ariete quod ſeqtur in ſaluatore dicit:tanq̄ ipm̄ ſit ſalutare. cum ſit
Aug.lib.ij. ſacrificiū ſalutaris qđ poſtea repetendo manifeſtat. Nā ⁊ illud ꝓ pec-
cōtra maxi cato dicit qđ prius dixerat inſalutare. Qđ eni(vt Aug. ſcribit)dixiſſe
mianum. cōmemoras qm̄ xp̄s cuʒ peccator nō eſſet pctm̄ pro nobis fecit lege
(inquit)diligenti⁹:⁊ ne forte mendoſuʒ incurreris codicē aut latinus
interpres errauerit grecū inſpice ⁊ inuenies nō xp̄m pro nobis feciſſe
peccatū:ſed a patre deo ipm̄ xp̄ʒ factū eſſe peccatū.i.ſacrificiū ꝓ pec-
cato. Nō ergo fecit ipſe peccatū:ſed eū pro nobis deus pr̄ peccatū fe-
cit:hoc eſt vt dixi ſacrificiū pro pctō. Si enī recolas vel relegas:inue-
nies in libris veteris teſtamēti peccata appellari ſacrificia pro pctis.
hō vt diuus Ambro. ſcribit fact⁹ eſt xp̄s cauſa peccati: quē non tange-
Ambroſi⁹ bat ſors neq3 dignitas naſci hominē. ꝑpter qđ autē oīs caro ſub pctō
eſt:ideo fact⁹ caro:factus eſt pctm̄. Et qm̄ oblatus eſt pro peccatis nō
imerito pctm̄ fact⁹ dicit᷑:q2 ⁊ hoſtia in lege q̄ ꝓ pctis offerebat᷑ pctm̄
nūcupabat᷑. vt nos eſſem⁹ iuſticia dei i ipo qui pctm̄ neſciebat dicente
Eſaia. Qui peccatū non fecit nec dolus inuentus eſt in ore eius:quaſi
peccator occiſus eſt:vt peccatores iuſtificaret apud deū in chriſto.

## ¶Theorema.iij.

¶Uulgata editio ⁊ greca parum differunt.

ij.Cori.xij. ¶Scio hoiēʒ i xp̄o ante ānos quattuordecī ſiue i corpe neſcio:ſi-

ne extra corpus nescio: de⁹ scit) raptū eū ipsum vsq̃ in tertiū celū ⁊ scio
ei ipz hoīez (siue in corpore siue extra corp⁹ nescio de⁹ scit) q̄ raptus
fuit i paradisuz ⁊ audiuit ineffabilia verba: q̄ nō licet homini loqui.

## ¶ Expositio.

Quid est quod dictū est: audiuit ineffabilia verba q̄ non
licet homini loq̄: hoc ſane puto q̄d talia erant verba illa
⁊ talis eo℞ modus: qualia ⁊ quomodo mortalis hō p-
ferre non poſſet his ſe raptū (vt ſcribit Ambroſi.) dicit
apl's. i. hinc vſq̃ ad tertiū celū: deinde i paradiſum cele
ſtē: in quo latroni dicit dn̄s: q̄ futur⁹ eſſet cū eo in paradiſo iquit pa-
tris: illic vbi ⁊ ciuitas dr̄ eē hieruſalē mr̄ nr̄a. Quid ergo mirū ſi poſt
reſurrectionē corp⁹ iam expiatū atq̃ tenuatū factū immortale futurū
credat in celis: qn̄ non dubitat apl's adhuc mortale corp⁹ potuiſſe le-
uari ad celos ⁊ tolli in paradiſum dei pr̄is celeſtē: pro hmōi homine:
id eſt q̄ iā dignus eſt deo. vt ex hoc experiret gloriari ſe dicit. ⁊ nō vult
aperte dicere: q̄r de ſe loquit ne laudare ſe videat. Et iohannes apl's
cū de ſe ſciat loq̄: hic eſt ait diſcipl's quez diligebat ieſus. q̄ ⁊ recubuit
in cena ſupra pectus eius ne glorioſe de ſe affari videret. Auguſtinus
mouet quomō ipſa dei ſubſtātia videri potuerit a q̄buſdā in hac vita
poſitis ppter illō q̄d dictū eſt ad moyſem. Nemo pōt faciē meā vide-
re ⁊ viuere niſi q̄r pōt humana mēs diuinit⁹ rapi ex hac vita ad āgelicā
vitā: anteq̄ p ipam c̄munē mortē carne ſoluat. Sic eī rapt⁹ eſt q̄ audi
uit illic ieffabilia verba q̄ non licet homini loq̄ vbi vſq̃ adeo facta eſt
ab hui⁹ vite ſenſib⁹ q̄dā intentiōis auerſio vt ſiue in corpore ſiue ex-
tra corp⁹ fuerit. i. vtrū ſicut ſolet fieri vehemētiore extaſi mens ab hac
vita in illā vitā fuerit alienata manente corpis vinculo an oīno exolu-
tio facta fuerit qualis i plena morte c̄tingit neſcire ſe diceret. Ita fit vt
⁊ illō verū ſit q̄d dictū eſt. Nemo pōt faciē meā videre ⁊ viuere: q̄r ne-
ceſſe eſt abſtrahi ab hac vita mētē qn̄ i illi⁹ ieffabilitatē viſiōis aſſumit
⁊ nō ſit incredibile q̄buſdā ſctīs nōdū ita defunctis: vt ſepeliēda cada
uera remanerēt: ēt iſtā excellētiā reuelatiōis fuiſſe c̄ceſſaz. Si celū pri
mū recte accipim⁹ hoc oē corporeū gn̄ali noīe q̄cq̄d ē ſup aquas ⁊ ter
rā. Scd'z aūt in ſimilitudine corpali q̄d ſpū cernit ſicut illō vn̄ aīalib⁹
pleni⁹ i extaſi petro diſc⁹ ille ſummiſſus eſt. Tertiū vero q̄d mēte cōſpi
cit ita ſecreta ⁊ remota ⁊ oīno arrepta a ſenſib⁹ carnis atq̃ mundata
vt ea q̄ in illo celo ſunt ⁊ ipaz dei ſubſtātiā verbūq̃ deū p q̄d ſcā ſunt
oia: i charitate ſpūſctī ieffabilit valeat videre ⁊ audire nō icōgruēter
arbitramur ⁊ illō eſſe apl'm raptū. ⁊ ibi fortaſſis eē padiſum padiſo℞.
Si enī aīe bone leticia in rebus bonis eſt i oī creatura quid ea leticia
preſtātius que in verbo dei eſt per quod facta ſunt omnia.

## ¶ Liber tertius Theorematū beatiſſimi Pauli in epiſtolam ad Galatas.

## Theorema primū.

### Uulgata editio ⁊ greca omnino ſimiles ſunt

Gala. j.

Paulus apoſtolus non ab hominibus neq per hominē ſed per ieſum chriſtum ⁊ deum patrē qui ſuſcitauit eū a mortuis ⁊ qui mecū ſunt oēs fratres eccleſijs Galatie gratia vobis ⁊ pax a deo prē nr̄o ⁊ dn̄o ieſu chriſto qui dedit ſemetipm̄ pro pctis nr̄is: vt eriperet nos de pn̄ti ſeculo nequā ſcʒ volūtatē dei ⁊ prīs nr̄i cui ē gl̄a i ſcl̄a ſcl̄oꝝ. Amē

### Expoſitio.



In hac epiſtola ad eos ſcribit qui iam cōmoniti erāt auctoritate illorū qui ex iudeis erant ⁊ ad obſeruationes legis cogebāt ceperāt ei eis credere tāq paulus apoſtolus non vera predicaſſet q eos circuncidi noluiſſet. Et ideo ſic cepit. Miror q ſic tā cito traſferimini ab eo q vos vocauit in gloriā xp̄i in aliud euangeliū. Hoc ergo exordio cauſe q̄ſtionē breuiter inſinuauit: qq ⁊ ipſam ſalutationē cū dicit ſe apoſtolū nō ab hominib⁹ neq per hominē qd in nulla alia epiſtola dixiſſe inuenitur ſatis oſtēdit ⁊ illos q talia pſuadebant non eſſe a deo ſed ab hominib⁹ ⁊ ceteris apl̄is quātū ad auctoritatē teſtimonij euangelici pertinet imparē ſe haberi nō oportere: quādoquidē non ab hoīb⁹ neq p hoīem ſed p ieſum xp̄m ⁊ deū patrē ſe apoſtolū nouerit hācautē epiſtolā vno volumine expoſuit diuus Auguſtinus in quo illud qd dicit priores ergo apoſtoli veraces q non ab hoībus ſed a deo per hominē miſſi ſunt p ieſum xp̄m ſcʒ adhuc mortale verax etiā nouiſſimus apoſtolus qui p ieſum chriſtū totū iam deū poſt reſurrectionē ei⁹ miſſus eſt pp̄ter īmortalitatē (vt prīo retractationū lib. ſcribit) dictuʒ eſt totū iam deū quā poſt reſurrectionē habere cepit: nō propter diuinitatē ſp immortalē a qua nūq receſſit: in qua tot⁹ deus erat ⁊ tn̄ moriturus adhuc erat. Hunc aūt ſenſum ſequentia manifeſtāt adiūxi (inqt) dicens priores ſunt ceteri apoſtoli per ieſum chriſtum adhuc ex parte hominem id eſt mortalē. Nouiſſimus paulus apoſtol⁹ per chriſtum iam totū deū id eſt ex omni parte immortalē hoc enī (inſit) dixi exponens quod ait apoſtolus non ab hominibus neq per hominem: ſed per ieſum xp̄m ⁊ deū patrē: quaſi iā ieſus xp̄s nō ſit hō. Sequitur ei q ſuſcitauit eū a mortuis vt hinc appareret cur dixerit: neq per hominē proinde propter īmortalitatē iam nūc nō homo xp̄s de⁹ propter ſubſtātiā vero nature humane i qua aſcēdit in celū ēt mediator dei ⁊ hoīʒ homo xp̄s ieſus: qm̄ ſic veniet quomō eū viderūt q viderūt euntē in celū Diuus quoq Ambroſius dicit apoſtolū ſe non ab hominibus electū ⁊ miſſum ad predicandum teſtatur ſicut erant quidam qui electi ab apl̄is mittebantur ad eccleſias roborādas. Neq ſicut alij q a iudeis

Auguſtin⁹ retracta. c. xxij.

Notāter dicit aug. quaſi iā non ſit hō: qr vere dr̄ xp̄s hō ⁊ de⁹ ſʒ quaſi videt tātuʒ quātū ſcd̄m q homo.

mittebantur ad diſturbandas eccleſias quos pſeudo apoſtolos vo-
cat ſed a filio dei miſſum ſe: quem in hac cauſa idcirco hominez nega-
re videtur: q̄r precepta quaſi deus dedit: non quaſi homo: ⁊ quem ele
git diuino iudicio elegit per quod idoneū/⁊ firmū ſe predicatorem ſi
gnificat: q̄r multo vtiq̄ melior eſt quē de⁹ elegit: ꝙ quē homo: neq̄ ei
per hominem ſicut arbitrabantur/de chriſto qui hos cogebant circū
cidi: ſed ꝑ ieſum chriſtum id eſt ſed per eum/qui deus ⁊ hō eſt. Quod
ſtatim aperit apoſtolus cū dicit: ⁊ deum patrem qui ſuſcitauit eum a
mortuis: hoc dicto duas hereſes damnauit: ⁊ Manichei ⁊ fotini: q̄r
manicheus chriſtum hominē negat ⁊ nō negat crucifixum: ⁊ fotinus
chriſtū deum eſſe non cōcedit: ⁊ tamen ipſum corpus ſuum excitaſſe a
mortuis negare non audet: vt manicheus cū crucifixū non negat ſtul
te enī eum hominem non fateri videatur ⁊ fotin⁹ impietate quadam
deum negare quē ſeipſuz a mortuis excitaſſe fatetur. Legit enī dixiſſe
dn̄m. Soluite templū hoc ⁊ ego tribus diebus excitabo illud hoc au
tem dicebat de templo corporis ſui. Igitur ipſe excitans ſe a mortuis
corpus ſuuz ſignificabat ſe a mortuis excitaſſe ⁊ nihilominus tamen
a patre ſuo dicitur excitatus. propterea ꝙ omnis virtus filij de patre
eſt: vt geſta filij facta ſint patris: ex quo ſunt omnia.

## ¶ Theorema ſecundum.

### ¶ Uulgata editio.

¶ Cum autem veniſſet cephas anthiochiā in faciē ei reſtiti: q̄r repre- Gala. ij.
henſibilis erat. Prius enī quā venirent quidā a Jacobo cū gētibus
edebat. Cū autē veniſſent: ſubtrahebat ⁊ ſegregabat ſe timens eos q̄
ex circūciſione erant. Et ſimulationi ei⁹ cōſenſerunt ceteri iudei: ita vt
⁊ barnabas duceretur ab eis in illā ſimulationē. Sed cū vidiſſem ꝙ
non recte ābularent ad veritatē euangelij: dixi cephe corā oībus. Si
tu cū iudeus ſis gentiliter viuis ⁊ nō iudaice: quomodo gētes cogis
iudaizare: nos natura iudei: ⁊ non ex gētibus pctōres/ſciētes aūt ⁊c.

### ¶ Intelligentia ex greco.

¶ Cum aūt venit petrus anthiochiā in ꝑſona ei reſtiti: q̄r deprehen-
ſus erat. Nā priuſꝙ venirent quidā ab Jacobo: cū gentib⁹ edebat: cū
aūt veniſſent: ſubducebat ⁊ ſeparabat ſeipm̄ timens eis qui erant ex
circunciſione. ⁊ cū eo ſimulabant ⁊ reliqui iudei a deo vt ⁊ barnabas
eorū ſimulatione/ſimul abſtineret. At vero qn̄ vidi ꝙ non recte ābu-
larent ad veritatē euangelij dixi petro corā oīb⁹. ſi tu cū iude⁹ ſis gēti
liter viuis ⁊ non iudaice: nos natura iudei ⁊ nō ex gentibus peccato-

res: ſcientes ꝙ non iuſtificatur hō ex operibus legis ſꝫ ſolū per fidē.

¶ Expoſitio.

Poſt concordiam ſocietatis ⁊ honorificentiā primatus quā ſibi inuicem per gratiā dei detulerunt nūc interueniente cauſa ſed in ſolicitudinem eccleſie in faciē (iquit) illi reſtiti. Quid eſt hoc: niſi in preſenti ei contradixi. Et qua cauſa ſubiūxit dicens. qꝛ reprehenſus erat reprehēſus (inquit Ambroſius) vtiqꝫ ab euāgelica veritate: cui hoc factum aduerſabatur. Nam quis eoꝝ auderet petro primo apoſtolo (cui claues regni celoꝝ dn̄s dedit) reſiſtere niſi alius talis qui fiducia electionis ſue ſciens ſe non imparē conſtanter improbaret quod ille ſine conſilio fecerat. Hi oēs iudei vt idem Ambroſius ſcribit qui cōſenſerūt ſimulationi Petri ⁊ Barnabe bone fidei fuerunt: ſed propter ſcandalum illorum qui veniebant ab iacobo: erant enim emulatores legis qui ⁊ legē ⁊ chriſtum equo iure venerarentur: quod contra fidei diſciplinā eſt: preſentibus eis non cōmiſcebantur gentibus. Timebāt eni impetum audacie eorū qui emulabantur legem. Quod ſi ſolū fuiſſet non erat reprehenſibile: ſed in quo erratū eſt in ſubiectis oſtēdit. Nā ⁊ ipſe vtiqꝫ ceſſit animoſitati ⁊ audacie iudeorum timens ne per hoc (quod facile eſt) ſurriperet ſcandalum: qđ difficile ſedaretur: qꝛ ⁊ ſm̄ legem purificauit ſe coactus ⁊ timotheū circūcidit inuitus. Non eni aliq̊d petro fuiſſet erroris ſi preſentibus iudeis diſſimulaſſet a gentilibus timens ſcandalū. Sed hec tota cauſa reprehenſionis eſt: quia aduenientibus iudeis ab iacobo: non ſolū ſegregabat ſe ab eis cum q̊bꝰ gētilit̄ vixerat: ſꝫ ⁊ ꝯpellebat eos iudaizare cā timoris illoꝝ vt q̊d horum verū eſſet ignorarent gentiles. Sciebant enī ipſum ſecū non quaſi iudeū vixiſſe poſt autē audiētes ab eo: qꝛ iudeoruꝫ iuſtar ſequēdum erat: heſitabant vtiqꝫ quid eſſet veruꝫ. Si enim hoc verum erat vt iudaizarēt: ipm̄ preuaricatorē tenebant qꝛ gentiliter vixerat. Si autem illud melius erat ⁊ verū vt ſimpliciter viuerent: euerſio erat gentilium per eius ignauiā quibus adempto bono res laborioſa ⁊ ineſſicax tradebatur apoſtolus aūt paulus qn̄ ad horā ceſſit: nō hoc ⁊ ſuaſit: ſcđꝫ rem ſuperfluā ⁊ inanē facere clamitabat propter furorē iudeorum. Cui quidē rei non ſuccubuiſſet: niſi cauſa interfuiſſet: qua audacia iudeoruꝫ plurimū ſe iactaret. Erat aūt timotheus filius mulieris iudee: patre autē greco: vnde factū eſt. vt infans ſm̄ legē minime circūcideretur. Inſidiabantur ergo exploratores ſi eū qui iudeus natura erat incircuncīſum aſſumeret quod illicitū putabāt gn̄i iudeorū: occaſionē querentes qua eum euerſorē tenerēt legis: hac cā ad horā ceſſit furori eorū. Qđ aūt paulꝰ petro corā oibꝰ hoc dixit/neceſſitas coegit

vt oēs (infit Auguſtin⁹) illius obiurgatione ſanarent. Nō enim vtile erat errorem qui palā noceret in ſecreto emēdare huc accedit ꝙ infirmitas ⁊ charitas petri cui ter a dn̄o dictū eſt: amas me: paſce oues meas: obiurgationē talē ꝑ poſterioris paſtoris pro ſalute gregis libentiſſime ſuſtinebat. Nā erat obiurgatore ſuo ipſe q̄ obiurgabatur mirabilior ⁊ ad imitandū / difficilior. Facilius eſt ei videre q̄d in alio corrigas atq; id vituperando vel obiurgādo corrigere ꝙ̄ videre quid in te corrigendū ſit libenterq; vel ꝑ te ipm̄ nedū per aliū: adde poſteriorē; adde corā oībus. valet aūt hoc ad magnū humilitatis exēplū: q̄ maxima eſt diſciplina chriſtiana: humilitate eī conſeruat charitas. Nā nihil eā citius violat quā ſuperbia. Et ideo dn̄s non ait. Tollite iugū meū ⁊ diſcite a me qm̄ quatriduana de ſepulchris cadauera exuſcito atq; oīa demonia de corpib⁹ hoīm morboſq; depello ⁊ cetera hmōi: ſ; Tollite (iq̄t) iugū meū ⁊ diſcite a me: q: mitis ſū ⁊ hūilis corde. Alibi vero dicit Aug. Si hoc fecit petrus q̄d facere debuit mētitus eſt paulus ꝙ eum viderit non recte ingredientē ad veritatē euangelij quiſq̄s ei facit quod facere debet recte vtiq; facit: ⁊ ideo falſum de illo dicit q̄ dicit eū non recte feciſſe q̄d eum nouit facere debuiſſe. Si aūt verum ſcripſit paulus verū eſt ꝙ petrus non recte ingrediebatur ad veritatē euangelij. Ego quidē (Auguſtinus infit) illud petrū ſic egiſſe credo vt gētes cogeret iudaizare hoc ei lego ſcripſiſſe paulū quē mētitū eſſe nō credo ⁊ iō nō recte agebat hoc petr⁹: q: erat ꝯtra euāgelij veritatē vt putaret q̄ credebāt i xp̄m ſe ſine illis veterib⁹ ſacramētis ſaluos eē nō poſſe. hoc eī ꝯtendebāt āthiochie q̄ ex circūciſiōe crediderāt ꝓinde (inq̄t) nūc q̄ſq̄s xp̄ianoꝝ (ꝙuis ſit ex iudeis) ſiīr ca celebrare voluerit: tāꝙ ſopitos cineres eruēs nō erit pius deductor vel baiulus corporis: ſ; impius ſepulture violator paul⁹ neminē aliū apoſtolorū tūc viderat niſi iacobū fratrem dn̄i. vidit eī iacobū hieroſolimā: q: illic erat cōſtitutus ab aplis ep̄s: q̄ ⁊ ipe vt ſcribit diuus Ambro. prius fuerat incredulus: ſicut dicit euāgeliſta. Q: nec fratres ei⁹ inq̄t adhuc credebāt. In eū. hic iacob⁹ (infit) fili⁹ fuit ioſeph: q̄ iō frater dn̄i appellat⁹ ē: q: ⁊ ioſeph pr̄ ei⁹: ⁊ iā dn̄i pr̄ nuncupat⁹ eſt. Sic eī dicit Maria ad ieſū i Luce euāge. Quid feciſti nobis fili. Et eī ⁊ ego ⁊ pr̄ tu⁹ meſti ⁊ triſtes q̄rebam⁹ te. Et i euāge. iohan. d̄t philipp⁹ ad nathanael. Quē ſcripſit moyſes i lege ⁊ ꝓphete. Inuenim⁹ ieſū a nazareth filiū ioſeph hoc ergo mō (iſit) dict⁹ ē dn̄s frater iacobi ⁊ ceteroꝝ: q̄ ⁊ fili⁹ nūcupabat ioſeph. Quidā eī ducti iſania hos veros dn̄i fr̄es de maria natos ipſa aſſertōe ꝯtēdūt: cū ioſeph nō veꝝ ei⁹ pr̄ē; dicāt appellatū. Si eī hi veri erāt fratres ei⁹: ⁊ ioſeph erit ver⁹ pr̄: q: qui dixit pr̄ē; ei⁹ ioſeph idē ⁊ dixit ⁊ fratres ei⁹ iacobū ⁊ ceteros hec ille. Diu⁹ yſidor⁹ ſeptio ethimologiarū cap. ix. ſcribit ꝙ iacob⁹ fili⁹ zebedei fr̄ iohānis: q̄ poſt aſcēſionē dn̄i ab herode māifeſtat occiſ⁹ ⁊ iacob⁹ alphei ob diſtinctionē

Diuus Augu. i expōe epl'e ad ga. Io. xxj. e.

Mat. xi. b.

Diu⁹ Aug. i epl'a ad diuū hieronī. Alibi in eadē epl'a ad hieronimū.

Ambro. in expōe epl'e ad gala. c. j.

Luce. ij. g.

Johan. ij.

Hec ābroſij opinio de hrō iacobo ꝯtra illos ē qui dicūt ioſeph iuuenē fuiſſe cū virgine matre dn̄i ⁊ ꝙ permāſerit virgo in euū.

Iſidori opinio de iacobo fr̄e dn̄i.

prioris cognominatus: cognomentum ambo a patre ſumpſerunt: vt primus dicatur filius zebedei: ⁊ ſecundus filius alphei iacobꝰ alphei dicitur minor qui in euangelio frater domini nominatur: quia maria (inquit) vxor alphei: ſoror fuit matris dn̄i: quã mariã cleophe Joãnes euangeliſta cognominat: a patre ſiue a gentilitate familie: aut quacunqꝫ alia cauſa ei nomen imponẽs. Alpheus aũt hebreo ſermone in latinũ exprimitur milleſimus ſiue doctus: huic primũ credita eſt

Baſilꝰ ceſarienſis. hieroſolimitana eccleſia. Ipſe enim ⁊ baſilius ceſarienſis epiſcopus cuius claritas per totum orbẽ refulſit. In ſcripturis nobis addiderũt miſſe celebrationẽ. vt ex conſilio habetur rewenſi. Que fuerit de Jacobo alphei verior opinio incertũ eſt id enim ex authore reperire difficile eſt: neqꝫ eius rei Ambroſius ⁊ yſodorus authores eſſe potuerũt

Diuus Auguſtinus. tot annos poſt Jacobum minorem ſcribentes. Auguſtinus tamẽ lib. j. locutionis Iſidoro conuenit.

## ¶ Theorema tertium.

### ¶ Uulgata editio ⁊ greca conueniunt.

Gala, iij. ¶ Quicunqꝫ enim ex operibus legis ſunt ſub maledicto ſunt. ſcriptũ eſt enim. Maledictus oĩs qui non permanſerit in oĩbus que ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea. Qm̄ aũt in lege: nemo iuſtificatur apõ deum manifeſtum eſt: qꝛ iuſtus ex fide viuit: lex autẽ non eſt ex fide ſed qui fecerit ea viuet in illis. Chriſtus nos redemit de maledicto legis: factus pro nobis maledictꝰ: qꝛ ſcriptum eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno: vt in gentibus benedictio abrahe fieret in chriſto ieſu vt promiſſionem ſpiritus accipiamus per fidem.

### ¶ Expoſitio.

QUi ſub lege agunt: ſub maledicto ſunt qꝛ trãſgreſſores legis ſunt pctores. Scriptũ eſt in deuteronomio. Maledictus oĩs qui non permanſerit in omnibus que ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea: qꝛ ſi quid legis preteriſſet aliquis: maledictus haberetur. Et tanta mãdata ſunt vt impoſſibile ſit ſeruari ea. Unde ⁊ Petrus apoſtolus in actibus apoſtolorum ait. Quid imponitis iugum fratribus quod neqꝫ patres noſtri neqꝫ nos potuimus portare. Negligenti enim ⁊ ſuphbo populo hec data erant vt per omnem conuerſationem legem haberet Ac per hoc recedendũ a lege docet: ne iuſticia per fidem queſita depereat. Nõ enim eſt ex fide lex. Nam vt diuo Ambroſio placet nihil mã dat credendum omnia eni eius manifeſta ſunt vt ſeruans legem viuat

Si quo minus neceſſe eſt plectatur: qꝛ q̄ ſciuit vitandū admiſit pōt opponi (inquit) e diuerſo ⁊ dici. Si ī lege nemo iuſtificatur: quid eſt vt maledicatur qui aliquid pꝛeterit legis: verū eſt: qꝛ nemo per legem iuſtificatur ſed apud deū. Juſtificatur autem apud mundū vt ſecurus ſit in vita pꝛeſenti. Si aūt apud deū iuſtificari vult vt illi ad meritum pꝛoficiat ī die iudicij dei ſequatur fidē. Alioquin hic ſecurus reus erit in futurum pꝛodeſt ergo lex: ſed que in tabulis ſcripta eſt. Nā cetera vt oneri eſſent data ſunt. Et qm̄ nemo poterat implere legem: rei erāt omnes maledicto legis: vt vindicaret in eos. Chꝛiſtus autem homo natus oblatus a patre pꝛo nobis redemit nos a diabolo. Moꝛti enī volenti offerens illū pꝛo his qui maledicto legis erant obnoxij. Maledictum illum fecit vt Ambroſi. ſcribit hoc modo ſicut in lege hoſtia pꝛo peccatis oblata peccatū nūcupabatur propterea pꝛo maledictis oblatus factus eſt maledictū. Nā ⁊ a iudeis factus eſt maledictū dū quaſi peccatoꝛ occiditur. Ideo non dixit factus eſt pꝛo nobis maledictus: ſed maledictū. His enim qui propter peccatū pꝛopꝛium moꝛti offerebatur maledictus fiebat. In ſua enī cauſa moꝛiebatur. Et ſi pꝛopꝛius aſpicias videbis chꝛiſtū maledictū eoꝛum factum a quibus occiſus eſt. Crux eī ſaluatoꝛis peccatū ⁊ maledictum eſt iudeoꝛū: quia ſcriptū eſt: maledictꝰ oīs qui pendet in ligno hoc moyſes dixit in deu- Moyſes.
teronomio de reis moꝛtis vt ſufficeret ſuſpenſis in ligno illic eſſe vſq; ad veſperā: ⁊ deponi vſq; ad ſepulturā: qꝛ ſuſpenſus moꝛiebatur in ligno ne diutius ſi eſſet ſuſpēſus maius haberet oppꝛobꝛiū moꝛs eius q̄ deberet ⁊ fieret macula genere eius, ſi amplius moꝛs eius publicaretur. Ac per hoc ſaluatoꝛ innocens ſuſpenſus in ligno non eſt maledictus: ſed maledictū illoꝛū a quibus ſuſpenſus eſt. Quantū tamen ad iudeos pertinet quaſi peccatoꝛē illū occidendū pylato offerētes maledictum illum fecerunt vt quaſi reus occideretur cum eſſet innocens: qꝛ dignus moꝛte: maledictus eſt iuxta legē. Uidentes ei mul- Jo. xij. c.
tos aggregari doctrine eius, zelati ſunt dicentes. Ecce totus mūdus abijt poſt illum ac per hoc pꝛo nobis occiſus dicitur. Et duplici genere pꝛo nobis. Cū enim putāt illum occidi debere ne doceret nihil ꝓfecerunt: qꝛ ⁊ doctrina eius creuit ⁊ moꝛtem euacuauit in paſſione ſua. Deſcendens enim ad inferos genus hominum liberauit qua cauſa et occidi ſe permiſit ſciens pꝛo nobis eſſe contra diabolum: vt in gentibus benedictio abꝛahe fieret in xp̄o ieſu: vt benedictionē ſpiritus accipiamus per fidem. Et hoc dicit qꝛ expꝛobꝛatis ⁊ maledictis iudeis: cum ſibi de iuſticia legis blandirentur occiſo ſaluatore quaſi ſabbati violati reo pꝛomiſſionis benedictio abꝛahe tranſitum fecit ad gentes per fidem chꝛiſti ieſu. Unde dicit dominus iudeis. Tolletur a vobis Math. ſ. a.
regnum ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. Diuus Auguſtinus in

expoſitione epiſtole ad Galatas ſic apoſtoli dictũ exponit. Chriſtus
nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum: quia
Deute. xxj. ſcriptum eſt. Maledictus omnis qui pẽdet in ligno. Que ſententia
ſpiritaliter intelligentibus ſacramẽtum eſt libertatis. Carnaliter au-
tem ſentientibus ſi iudei ſunt iugum eſt ſeruitutis ſi pagani aut here-
tici velamentũ eſt cecitatis. Nam ⁊ quidaꝫ noſtri minus in ſcripturis
eruditi ſententiam iſtam nimis timentes ⁊ ſcripturas veteres debita
pietate approbantes: non putant hoc de dño eſſe dictum ſed de iuda
traditore eius. Aiunt enim propterea nõ eſſe dictũ. Maledictus oĩs
qui figitur in ligno ſed qui pendet in ligno: qꝛ non hic dñs ſignifica-
tus eſt ſed ille qui ſe laqueo ſuſpendit. Nimis (inquit) errãt nec attẽ-
dunt ſe contra apoſtoluꝫ diſputare qui ait. Chriſtus nos redemit de
maledicto legis factus pro nobis maledictum. Qꝛ ſcriptum eſt: ma-
ledictus oĩs qui pẽdet in ligno. Qui ergo pro nobis factus eſt male-
dictum ipſe vtiqꝫ pependit in ligno id eſt chriſtus qui nos liberauit a
maledicto legis vt nõ iam timore iuſtificaremur in operibꝰ legis ſed
Gala. iij. b. fide apud deũ que non ꝑ timorẽ ſed ꝑ dilectionẽ operat̄. Spũs enim
ſanctꝰ qui hoc ꝑ moyſen dixit vtrũqꝫ preuidit vt ⁊ timorẽ viſibilis pe-
ne cuſtodirentur qui nondũ poterãt ex inuiſibili fide viuere: ⁊ ipſe ti-
morẽ iſtũ ſolueret ſuſcipiendo quod timebat̄ qui timore ſublato do-
nũ dare poterat charitatis. Nec in hoc ꝙ maledictꝰ eſt appellatꝰ q̃ pẽ-
det in ligno cõtumelia in dñꝫ putanda eſt. Ex parte q̊ppe mortali pe-
pendit in ligno. Mortalitas aũt vnde ſit notũ eſt credentibus: ex pe-
na quippe eſt ⁊ maledictio peccati primi hominis quã dñs ſuſcepit
⁊ peccata noſtra ꝑtulit corpore ſuo per lignũ. Si ergo diceret̄ mors
maledicta eſt nemo exhorreſceret. Quid aũt niſi mors dñi pependit
in ligno vt mortẽ moriendo ſuperaret eadẽ igitur maledicta que victa
eſt. Itẽ ſi diceretur peccatũ maledictũ eſt: nemo miraretur. Quid aũt
pepẽdit in ligno niſi peccatũ veteris hoĩs quod dñs pro nobis in ipſa
carnis mortalitate ſuſcepit: vnde nec erubuit nec timuit apoſtolus di-
cere peccatũ eum feciſſe pro nobis addens: vt de peccato condẽnaret
peccatũ. Non eni ⁊ vetus homo noſter ſimul crucifigeretur: ſicut idẽ
apoſtolus alibi dicit niſi in illa morte dñi peccati noſtri figura pẽde-
ret vt euacuetur corpus peccati vt vltra non ſeruiamus peccato. In
eius peccati ⁊ mortis figura etiã moyſes in heremo ſuper lignũ exal-
tauit ſerpentem perſuaſione quippe ſerpentis homo in dãnationem
mortis cecidit. Itaqꝫ ſerpens ad ſignificationẽ ipſius mortis conue-
nienter in ligno exaltatus eſt: in illa enim figura mors dñi pẽdebat in
ligno. Nec propter aliud ille ſerpens eneus factus erat niſi vt permã-
ſure paſſionis dñi fidem ſignificaret. Etiã vulgo quippe dicunt̄ enea

quorum numerus manet: nunc aũt tanq̄ enea permanet crucis fides vt cum alij morientur alij naſcantur ipſam tamen ſublimã permanere inueniant quam intuẽdo ſanentur. Nõ igitur miruz ſi de maledicto vicit maledictum qui vicit de morte mortem: ⁊ de peccato peccatum: de ſerpente ſerpentem. Maledicta autem mors: maledictum peccatum maledictus ſerpens: ⁊ hec omnia in cruce triumphata ſunt. Maledictus igitur omnis qui pendit in ligno. quia ergo non ex operibus legis ſed ex fide iuſtificat chriſtus credentes in ſe: timor maledictionis crucis ablatus eſt.

## ¶ Theorema. iiij.

### ¶ Vulgata editio ⁊ greca conueniunt.

¶ Dies obſeruatis ⁊ menſes ⁊ tempora ⁊ annos. Timeo vobis ne aliquomodo fruſtra laborauerim in vobis efficiamini vt ego: quia ego vt ⁊ vos.

Gala. iiij.

### ¶ Expoſitio.

VUlgatiſſimus enim eſt error gentilium vt vel in agẽdis rebus vel in expectandis euentibus vite ac negociorum ſuoruz ab aſtrologis ⁊ chaldeis notatos dies ⁊ mẽſes ⁊ annos ⁊ tempora obſeruent. ⁊ non ſolum gentiles annos ⁊ menſes obſeruant ſed ⁊ iudei vt Auguſtinus ſcribit ſeruiliter obſeruant dies ⁊ menſes ⁊ annos ⁊ tempora in carnali obſeruatione ſabbati ⁊ neomenie ⁊ menſe nouoruz: ⁊ ſeptimo quoq̄ anno quem vocant ſabbatum ſabbatorum. Que enim erãt vmbre futurorum iam adueniente chriſto in ſuperſtitione remanſerunt cũ tanq̄ ſalutaria obſeruarentur a neſcientibus. Et alibi inquit quis eſtimaret q̄tum peccatum ſit dies obſeruare ⁊ menſes ⁊ annos ⁊ tempora ſicut obſeruãt q̄ certis diebus ſiue mẽſib⁹ ſiue annis volũt vel nolũt aliq̄d ichoare eo q̄ ſcd̄z vanas doctrinas hoĩz fauſta vel infauſta eſtimant tempora niſi magnitudinem ex timore apoſtoli penſarem⁹ qui talibus ait: timeo vos ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Eos enim (vt alibi idem Auguſtinus ſcribit culpat) qui dicunt non proficiſcar quia poſterus eſt: aut qꝛ luna ſic fertur: vel proficiſcar vt proſpera cedant: qꝛ ita ſe habet poſitio ſiderũ. Non agant hoc menſe cõmercium: qꝛ illa ſtella mihi agit menſem vel agam: quia ſuſcepit menſem Non plantẽ hoc ãno vineã: quia biſſextus eſt non autem quiſq̄ ſapiens arbitratur obſeruatores tẽporũ reprehendendos q̄ dicunt. Non ꝓficiſcar hodie: qꝛ tẽpeſtas exorta eſt aut nõ nauigẽ: qꝛ ſunt hyberne reliq̄e ãt tp̄s ſeminãdi ẽ q̄ hibrib⁹ autũnalib⁹ t̃ra ſatiata ẽvl' ſi q̄ forte

Diu⁹ Aug. ſup epiſtolã ad Galat.

Auguſtin⁹ in lib. enchiridion.

Auguſtin⁹ in lib. ad ianuarium. ij.

alij naturales effect⁹ circa motū aeris ꝛ humoris ad variādas tēpo/
rū qualitates in siderū ordinatiſſima ꝯuerſiōe notati ſunt de q̄b⁹ di/
ctū eſt cū cōderent̄. Et ſint in ſignis ꝛ tꝑibus ꝛ in dieb⁹ ꝛ annis. Di/
es obſeruāt (inſit Ambroſi⁹) q̄ dicūt craſtino ꝓficiſcēdū nō eſt poſt
craſtinū em̄ nō oꝫ aliq̄d inchoari: ꝛ ſic ſolēt magis decipi hi colūt mē
ſes q̄ curſus lune ꝑſcrutātur: dicētes vt puta ſeptima luna ſtrumenta
cōfici nō debēt: noua iteꝝ luna ſeruū emptū vt puta domuꝫ duci non
oportet: ꝛ p hec facili⁹ ſolēt aduerſa ꝯuenire. Tēpora xṗo ſic obſer/
uāt cū dicūt hodie veris initiū eſt feſtiuitas eſt poſt cras vulcanalia
ſunt: ꝛ talia iteꝝ aiūt poſteꝝ eſt: domū egredi nō lꝫ. Annos ſic colūt
cū dicūt kalendis ianuarijs nouus eſt annus: quaſi non quotidiani
impleant̄ ſꝫ vt anni iˡlius recolāt memoriā bifrontis: hac ſupſtitione
vtūtur q̄ lōge debet eſſe a ſeruis dei: ſi em̄ deus ex toto corde diligat̄
ipō ꝓpitio nulla oꝫ eſſe formido: neqꝫ ſuſpitio harū rerum proſpere
enim poteſt cedere quicquid ſimpliciter ſub dei deuotione ſit.

## ¶ Theorema quintum.

### ¶ Uulgata editio ꝛ greca parum diſtant.

Gala. v. ¶ Si aūt fratres ego adhuc circūciſionē ꝓdico q̄d adhuc ꝑſecutio/
nē patior ḡ ſublatū ē ſcādalū crucis vtinā ꝛ āputent̄ ij q̄ diſturbāt vos

¶ Expoſitio.

Apertū eſt q̄d dicit: iō em̄ quaſi inimicus a iudeis ha/
bebat̄ ꝛ nō deſinebāt a ꝑſecutione eius q꞉ circūciſionē
iā nō ſtare docebat. Deniqꝫ iudeis cōpellentib⁹ ꝛ ſepe
numero falſas accuſationes cōtra eū deferētibus obli
quū iudicē vidēs coactus appellauit ceſarē ergo eua/
cuatū eſt ſcandalum crucis: ſcandaluꝫ erat iudeis ꝓdicatio crucis: q꞉
ſabbatum ꝛ circunciſionem euacuabat. Si autem admitteret circū/
ciſionem non eſſet ſcandalum ꝛ pacifici eſſent nobis iudei. Nam di
Auguſti/ cebant de ſaluatore. non eſt homo a deo qui ſabbatum non cuſtodit.
nus in expō Quid autem dicit inquit Auguſtinus: euacuatum eſt ſcandalum cru
ne ad gala/ cis: ſententiaꝫ illā repetit: ſi ex lege iuſtitia ergo chriſtus gratis mor
thas. tuus eſt: ſed hic quoniam ſcandalum nominat in memoriaꝫ reuocat
Galat. ij. d. propterea maxime in chriſto paſſos eſſe ſcandalum iudeos: q꞉ iſtas
carnales obſeruationes quas pro ipſa ſalute ſe habere arbitrabant̄
eum ſepe animaduertebant preterire atqꝫ cōtennere hoc ergo ita di/
xit ac ſi diceret ſine cauſa ergo chriſtum cum iſta contenneret ſcanda
lizati iudei crucifixerunt: ſi adhuc eis pro quibus crucifixus eſt talia
perſuadentur et adiecit elegantiſſima ambiguitate quaſi ſub ſpecie

maledictionis benedictionem dicens: vtinam abſcindantur qui vos conturbant. Non tantum inquit circuncidantur ſed abſcindant. Sic eni fiunt ſpadones propter regnū celoꝝ ⁊ carnalia ſeminare ceſſabūt.

## ¶ Liber quartus Theorematum in epiſtolam ad Epheſeos.

### ¶ Theorema .j.

¶ Vulgata editio ⁊ greca ſimiles.

¶ Benedictus deus ⁊ pater dñi noſtri ieſu qui benedixit nos i omni benedictione ſpirituali in celeſtibus in xp̄o ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionē vt eſſemus ſancti ⁊ immaculati in cōſpectu eius in charitate. Qui predeſtinauit nos in adoptionem filiorum per ieſum xp̄m in ipſum ſcd̄m propoſitū voluntatis ſue in laudē glie ſue. Ephe. j.

¶ Expoſitio.

AB eterno elegit nobis duces noſtros anteꝗ̄ iaceret mūdi exordia qui ſancti ⁊ immaculati ante deum eſſent dei ⁊ hominuꝫ charitate flāmantes vt per eos oēs homines adoptarentur in filios dei in chriſto dño proprio ⁊ conſubſtantiali filio ⁊ per chriſtum per eum pater operatur oīa preſcius deus (infit Ambroſius) omniū ſcit qui crediturí eſſent in chriſtum. ſicut dicit ad Romanos. Quos preſciit ⁊ vocauit nos: nō ſolum ex iudeis ſed etiam ex gentibus. Quos ergo deus vocare dicitur perſeuerant in fide: hi ſunt quos elegit ante munduꝫ in xp̄o: vt ſint incōtaminati corā deo in charitate: hoc eſt vt amor dei ſanctam illis faciat conuerſationem. Nemo eni melius alicui obtemperat ꝙ̄ qui ex charitate obſequitur. Et dicit decreuiſſe deū vt credentes in chriſtum adoptarentur deo in filios vt caput ipſorum ſit chriſtus verus dei filius ſed de predeſtinatiōe ſatis diximꝰ libro .j. Theoremate ſeptimo. Diuꝰ Ambroſius.

### ¶ Theorema ſecundum.

¶ Vulgata editio ⁊ greca conueniunt.

¶ Vnus deus ⁊ pater omnium qui ſuper oēs ⁊ per omnia ⁊ in oībꝰ nobis vnicuiqꝫ autem noſtrum data eſt gratia ſcd̄m menſuram donationis chriſti propter ꝙ dicit. Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Ephe. iiij.

Expoſitio.

Unus debet eſſe ⁊ animus populi: qꝛ hec que enumerat vnitatis ſunt. Concordant enim in oĩbus patrem tamẽ deum: qꝛ nulli debet ꝙ eſt: ſuper oĩa eſſe dixit: ⁊ per oẽs Ideo per omnes qꝛ ex eo omnes: ⁊ neceſſe eſt vt ſuper hec oĩa ſit que ex eo ſunt. Et in oĩbus nobis id eſt fidelibus. In nobis eſt enim per confeſſionẽ: qꝛ eum fatemur ⁊ qꝛ ſpiritū ſuum dedit nobis per quẽ ſine dubio in nobis eſt: in paganis non eſt qꝛ pater chriſti negatur eſſe ab illis. Et ne qꝛ diuerſa in hominibꝰ dona ſunt putarentur officere vnitati hoc purgat nõ eſſe vt contrariũ qꝛ in donis officiorum diuerſitas eſt non nature. Unicuiq; autẽ tantum dicit dari gratie: quantum donare dignatus fuerit dñs: non tamẽ ſine equitatis menſura qꝛ vnicuiq; pro viribus tribuet vt tantum hauriat
p. lxvij. d. quantum ſitit. Scriptum eſt in pſalmo. Aſcendens in altum captiuã
Diuus Ambroſius. duxit captiuitatem dedit hominibus. Dona tamen hec (inſit Amb.) poſt triumphos cepit largiri vincens eſt enĩ mortem exaltatus in cruce ſicut ipſe: ait enim. Cum exaltatus fuero a terra oĩa traham ad me expoliauit inferos cum captiuos quos ex preuaricatiõe ade aut proprijs captos peccatis in conditione tenebat abſtulit conſentientes ſibi ⁊ aſcendens inde in celos induxit. Ex quibus aliquanti reſurgentes in corporibus multis apparuerunt ad teſtimoniū euicte mortis vt qui forte chriſti reſurrectionem crediturí non eſſent ex horum reſurrectione quos mortuos ſcirent rei fierent hos enim viderunt quos cognoſcerent dudũ vixiſſe quãuis captiui inuiti ⁊ alieni ducantur: ſaluator tamen ⁊ ſuos duxit ⁊ voluntarios. Apparẽtia enim ſua dũ laceſſit deſiderantes liberari cepiſſe illos dicitur. Qd autem aſcendit ꝗd eſt niſi qꝛ etiam deſcendit in inferiora terre. Ex ſentẽtia enim tenebãtur apud inferos ꝗ ſententia ſaluatorẽ tenere nõ poterat qꝛ vicit peccatū.

## Theorema tertium.

Uulgata editio ⁊ greca nõ differunt.

Eph. iiij. Nolite ɔtriſtare ſpiritũ ſanctũ dei: ĩ q̃ ſignati eſtis ĩ die redẽptõis.

Expoſitio.

Cum bene agimus gaudet in nobis ſpiritusſanctus datus nobis videns monita ſua proficere vtilitatibus no-
Luce. xv. b ſtris ſicut dictum eſt a dño. Ita gaudium erit in celo in vno peccatore penitẽtiã agente. Gaudet ergo ſpiritusſanctus in ſalute noſtra non ſibi qui (vt diuus Ambroſius ſcribit) non indiget letitia ita econtrario ſi obedientes ei nõ fue-

rimus contriſtatur: qꝛ non habet profectum in nobis vult enī nos per
tinere ad vitam. Non tamen ſic contriſtatur vt patiatur: quippe cū im
paſſibilis ſit. Sed cum eum contriſtatum dicit noſtri cauſa hoc ſigni
ficat: qꝛ deſerit nos eo ꝙ leſerimus eum ꝯtennendo monita eius. Cō
triſtatio itaqꝫ eius: indignitas noſtra eſt que filio nos dei prohibet
appellari. Ipſe eſt enim ſpiritusſanctus qui ſignificat filios dei ma
nens in nobis.

## ¶ Tractatus ſecundus libri quarti theorematū in epiſtolam ad philippenſes.

### ¶ Theorema primum.

¶ Vulgata editio ⁊ greca ſimiles ſunt.

¶ Hoc enim ſentite in vobis quod ⁊ in chriſto ieſu qui cum in forma Philip.ij.
dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo: ſed ſemetipſꝫ
exinaniuit formā ſerui accipiens in ſimilitudinem hoīz factus ⁊ habi
tu inuentus vt homo humiliauit ſemetipſum factus obediēs vſqꝫ ad
mortem: mortem autem crucis. propter quod ⁊ deus exaltauit illū: et
donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine ieſu om
ne genu flectatur celeſtium terreſtrium ⁊ infernorum ⁊ omnis lingua
confiteatur: qꝛ dñs ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris.

### ¶ Expoſitio.

Cum dominus noſter in hunc mundū venit non que ſua
ſunt conſiderauit ſed que aliorum ⁊ que noſtra futura
erant bona. Et qui natura dñs erat omnium venit non
dominari ſed ſeruire natura ſeruis. Filius (inq̄t) homi
nis non venit miniſtrari ſed miniſtrare chriſtus ſemper
in forma dei erat. qꝛ imago eſt inuiſibilis dei. Sed apoſtolus (vt di
uus Ambroſius ſcribit) de dei filio cum incarnatus homo factus eſt:
tractat dicens. hoc ſentite vobis quod ⁊ in chriſto ieſu id eſt de deo et
homine: qui cum in forma dei eſſet inter homines vtiqꝫ conuerſatꝰ ge
ſtis ⁊ operibus apparebat eſſe deus forma eniꝫ dei nihil differt a deo
Ideo in forma ⁊ imago dei appellatus eſt vt intelligeret̃ non ipſe: pa
ter eſſe deus: ſed hoc eſſe quod deus eſt hic ergo non rapinaꝫ arbitra
tus eſt eē ſe parē deo. Sciēs ei in forma dei ſe eē: nō furatus eſt vt di
ceret. Ego ⁊ pater vnū ſumus. Et alibi propterea inquit ꝑſeq̄bantur

iudei ieſum:qꝛ non ſolum ſoluebat ſabbatum:ſed ⁊ patrem ſibi pro-
prium dicebat deum:equalem ſe faciens deo. Iure ergo exequauit ſe
deo. Ille enim arbitratur rapinaꝫ qui ſe parem facit ei a quo inferior
eſt. Sed vt humilitatis legem doceret iudeis ſe comprehendentibus
non ſolum non repugnauit:ſed ſemetipſuꝫ exinaniuit hoc eſt poteſta
tem ſuam ab opere traxit:vt humiliatus ocioſa virtute infirmari vide-
retur formā ſerui accipiens:dum tenetur ⁊ ligatur ⁊ verberibus agi-
tur vſqꝫ ad crucē:factus obediens patri cui ſe equalem ſciebat. Non
ſibi defendit equalitateꝫ ſed ſubiecit ſe. Hanc patientiā ⁊ humilitatē
imitari nos docet vt non ſolum coequalibus non nos anteponamus
verūetiā inclinemus nos:auctoris noſtri ſecuti exemplū. Formā ta-
men (inſit Ambro.) dei nō accepiſſe dicitur ſed eſſe in forma dei Ser

Diuus Ambroſius.

ui autem formā accepiſſe:dū quaſi peccator humiliatur. Serui autē
ex peccato fiunt:ſicut Chā filius Noe qui primus merito nomen ſer
ui accepit. Duas in ſe naturas chriſtus veriſſime habet diuinam ⁊ hu
manā diuina forma dei humana vt ſtapulēſis noſter ſcribit forma ho
minum eſt diuina veritas eſt humana diuina imago ⁊ ſimilitudo:di-
uina archetypus ⁊ exemplar humana figura. Non enī mihi (inſit Am
broſius) ſicut quibuſdā videtur ſic formā ſerui accepiſſe dū homo na
tus eſt. Uide enim quid dicat:hoc ſentite in vobis quod ⁊ in xp̄o ieſu
id eſt deo ⁊ homine. Ante incarnationem enim aut chriſtus poteſt di-
ci:aut ieſus:qꝛ ſimul ambo nomina ⁊ hominis filium ⁊ dei filium ſi-
gnificant. Nam ante natiuitatem quid dicit inter cetera petra autem
erat chriſtus. Et non tentemus chriſtum ſicut quidam tentauerūt vbi
ergo aut deum aut hominem vult ſignificare ſcriptura vnū e duobus
ponit aut ieſum aut chriſtum. Dei enim filius homo natus ſic in for-
ma dei erat:qꝛ cum homo videretur opera dei faciebat vt in geſtis re-
bus appareret deus eſſe qui tantum homo eſſe a iudeis putabatur.
Opera enī formā ſignificabāt vt qꝛ opera eius nō vtiqꝫ hominis ope
ra ſunt:hic qui in opere vel forma dei erat:deus intelligeretur forma
enim dei quid eſt niſi exemplū:ꝙ deus apparet dum mortuos excitat
ſurdis reddit auditum leproſos mundat ⁊ alia. Quomodo autē ho-
mini ſimilis factus dicitur ſi homo tātū erat. Et qua ratiōe habitu re
pertus vt homo eſt:ſi non eſſet ⁊ deus niſi qꝛ cum anteꝙ̄ ſe inclinari
permitteret ſemꝑ iudei virtute viſus ſit poſtea infirmatus. In habitu
hominis repertus eſt. Nā in monte vtiqꝫ quaſi deꝰ apparuit:⁊ in ma
ri pedibus ambulans non ſolū homo:ſed ⁊ deus viſus ⁊ intellectus
eſt. Deniqꝫ qui erant in naui quid dicūt:vere filius dei eſt hic. Iſta er-
go virtute ceſſante velut homo viſus eſt. Ideo enim dicit:quaſi:vt il-
lud ſignificet:qꝛ ⁊ deus eſt. Infirmitatis enim cauſa deum dicit ſimi-
leꝫ factum hominibus ꝙ in ſubiectis aperit dicēs:humiliauit ſemet-

ipſum factus obediens vſqꝫ ad mortem mortem autē crucis. hic eſt vn
de habitu repertus eſt vt homo retinens enim virtutem ſuam ne ap-
pareret in eo: vt homo viſus eſt ⁊ occiſus qui mori neſcit.

## ¶ Theorema.ij.

### ¶ Vulgata editio.

¶ Itaqꝫ fratres mei chariſſimi ⁊ deſideratiſſimi gaudium meū ⁊ co Philip.iiij.
rona mea: ſic ſtate in domino chariſſimi Euchodiam rogo ⁊ ſintichē
deprecor idipſum ſapere in dño. Etiam rogo ⁊ te germane compar:
adiuua illas que mecum laborauerunt in euangelio cum clemente et
ceteris adiutoribus meis quorum nomina ſunt in libro vite.

### ¶ Intelligentia ex greco.

¶ Quare fratres mei dilecti ⁊ deſiderati gaudium ⁊ corona mea ſic
ſtate in domino dilecti enodiam rogo etiam ſintychen rogo idem
ſentire in domino: etiam rogo ⁊ te ingenua coniunx: adiuua eas que
certauerunt mecum in euangelio cum clemente ⁊ ceteris cooperatori
bus meis quorum nomina ſunt in libro vite.

### ¶ Expoſitio.

Quod vulgata editio dicit ⁊ te germane compar videtur
potius paulus ad mulierem loqui ꝙ ad virum quod ex
eo quod continuo ſubiungitur intelligi poteſt: vt cui tā
ꝙ mulieri mulieres cohabitatrices cōmendat adiuuan
das. Et clemens alexandrinus: ⁊ euſebius ⁊ pars bo-
na grecorum: hunc locum intelligunt de propria vxore pauli quā tam
familiariter ⁊ ex affectu alloquitur paulus. Sed huic interpretationi
multi forſitā reclamabūt ⁊ maxime ex dictis diui Ambroſij prime ad
corinthios ſeptimo ex illo textu pauli. Dico autē non nuptis ⁊ viduis
bonū eſt illis ſi ſic permaneant ſicut ⁊ ego. Non diceret inſit Ambro-
ſius. bonū eſt in nuptis vt ſint ⁊ ego niſi eſſet integer in corpore. Nec
diceret (inquit) omnes homines volebam eſſe ſicut meipſum. Si ha
buerit vxorem ⁊ hoc dixit virgines eſſe noluit: ſed abſit. Sic eī (inſit)
a puericia ſpiritu ſeruiuit: vt huius rei ſtudium non haberet. Quippe
cum iuuēculus anticipatus ſit a gratia dei poſtꝙ dixit vnūquēqꝫ pro
prium donuꝫ habere a deo oſtendit in qua re melius eſt eſſe propēſio
rem: qꝛ in eo adiuuatur quis quod videtur auiditate mentis appete-
re: hec ille ⁊ alibi dixit oēs apoſtolos preter iohannem ⁊ paulū vxo-
res habuiſſe. Item ⁊ alius ex dictis Hieronimi ad euſtochiuꝫ de vir Diuus pa-
ginitate ſeruanda reclamabit ad quē ſcribens ait de virginib⁹ (inquit ter Hiero.
Apoſtolus) preceptum domini non habeo. Cur. Quia ⁊ ipſe vt eſſet.

virgo nõ fuit imperij ſed proprie voluntatis. Et in eodẽ inquit neqꝫ
enim audiendi ſunt qui eum habuiſſe vxorez ꝯfingunt hec ſacer Hie
ronimus non negauerim beatiſſimum Paulũ virginem fuiſſe ⁊ ma
gnum ac eximiuz virginitatis preconem fuiſſe propter quod et ico
nij vincula ⁊ carceres perpeſſus eſt. Sz ex authore: id reperire diffi
cile eſt neqꝫ eius rei Ambroſius ⁊ Hieronimus authores eſſe potue
runt tot annos poſt Pauli memoriam ſcribentes: ſed nonne Pau
lus inter virgines ſe locat cum ad corinthios: velim autem omnes
homines eſſe tanq̄ ⁊ meipſum. Et cum rurſum dicit: dico autem ijs
qui ſine vxore ſunt ⁊ ijs que vidue ſunt bonũ ipſis eſt ſi maneant quẽ
admodum et ego: non aperte. Nam vt ſtapulenſis ſcribit in primo
loco loquitur de ijs qui vxores habebant: qui ſecundum virginitatẽ
ſimiles Paulo eſſe non poterant: ſed in hoc duntaxat ꝙ et ſi thorum
habentes perpetuo propter orationem iuge dei ſeruitium et chriſti
regis eterni imitationem continerent: ⁊ vt Paulus ab omni mulie
bri contactu propter eadem abſtinebat. Et in ſecundo loco loquitur
de ijs qui ſine vxoribus ſunt quod celeſtibus conuenit ⁊ viduis ⁊ de
mulieribus que celibes ſunt ⁊ vidue: ſic igitur ex his locis non habe
mus ꝙ ſe magis inter virgines locet quam inter continentes in tho
ro ⁊ inter celibes ex thoro ingenue tamen fateor Ambroſiuz ⁊ Hie
ronimum illius ſententie fuiſſe Paulum videlicet vxorez non habuiſ
ſe: ſed qui oppoſitum tutantur: inficias ibunt: ſe confingere Pau
Diuus igna tius. lum vxorem habuiſſe. Nunqd nõ audiendus Paulus: qui id dicere
(vt ipſi delucide oſtẽdũt) videtur: nõne audiẽdus diuinus ignatius
qui ⁊ Paulo coetaneus ⁊ qui Paulum vidit in carne: qui inter con
iugatos in epiſtola ad philadelphienſes collocat Paulũ. Quid igi
tur faciemus: tribuemus Ambroſio ⁊ Hieronimo libenter Paulũ
caſtitatis amatorem virginem fuiſſe. At non tam facile vxorem non
habuiſſe maiorum reclamante authoritate: ⁊ id quoqꝫ facientiuz: nõ
abſqꝫ ratione dictum autem illic hieronymi vel Ambroſij neqꝫ maio
rum authoritatem neqꝫ oculatorum teſtium fidem qualis (nullo infi
ciente) diuinus fuit ignatius neqꝫ ſcripture rationem habere viden
tur: ſed potius ſuaſiunculam arbitrariam ac oratorum dicendi mo
dum: voluit inſuper clemens Alexandrinorum epiſcopus Euſebius
et greci fere omnes Paulum proprie vxoris non tacere memoriam.
cui mulieres alias commendat ⁊ maxime vt ijs ſit auxilio que in euã
gelio laborauerunt. Quam in hac valefactione epiſtole ad philippẽ
ſes cum ceteris ſalutat ſubiungens quid in noua ex greco intelligen
tia legere poteris eccleſia enim matrimonia non damnat: ſed ſubijcit
non abijcit ſed diſpenſat ſciens in domo magna non ſolum eſſe vaſa
aurea ⁊ argentea: ſed etiam lignea et fictilia. Demũ beatus ignatius

in quinta epiſtola paulo ante citata eãdem comprobat ſententiã: ſcilicet nuptias honorãdas eſſe nõ reprobãdas. Non detraho (inquit) ceteris beatis q̃ nuptijs copulati fuerunt: quorũ nunc memini. Opto enim deo dignus ad veſtigia eorũ in regno ipſius inueniri ſicut abraham Iſaac ⁊ iacob ſicut Ioſeph ⁊ Eſaias ⁊ ceteri prophete: ſicut petrus ⁊ paulus ⁊ reliqui apoſtoli qui nuptijs fuerunt ſociati.

## ¶ Tractatus tertius libri quarti in epiſtolã ad Coloſſenſes.

### ¶ Theorema .j.

### ¶ Vulgata edito ⁊ greca ſimiles.

¶ Qui eſt imago dei inuiſibilis primogenitus omnis creature quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in celis ⁊ in terra viſibilia ⁊ inuiſibilia ſiue throni ſiue dominationes ſiue principatus ſiue poteſtates omnia per ipſum ⁊ in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt ante omnes ⁊ om̃ia in ipſo conſtant. Collo. j.

### ¶ Expoſitio.

Filius imago eſt patris ſed conſubſtantialis imago neqꝫ ĩ filiũ ꝓprie dixeris quod cõſubſtantiale nõ fuerit et ſpeciali etiam conſubſtantialitate. Necꝫ enim imaginẽ tuam in ſpeculo filium diceres: q2 ⁊ ſi ſit naturalis imago non tamen conſubſtãtialis. Eſt igitur filius dei imago patris ⁊ conſubſtantialis imago. Et vt diuus Ambroſius ſcribit Inuiſibilis dei imago viſibilis eſſe non poteſt alioquin nec imago. Quod enim inuiſibile eſt pingi non poteſt: nec enim viſibilis poteſt inuiſibilem videre. Aut enim corpus eſt quod videtur aut figura aut aliqua informata ſubſtantia quam fert acies oculorum totum tamen corpus eſt. Deus aũt qui ab his omnibus alienus eſt quomodo poteſt imaginẽ habere viſibilem. Sed ideo ſic dicitur vt talis filius intelligatur qualis eſt pater: vt q2 de ip̃o eſt: ⁊ nihil diſtat ab eo in diuinitate nature imago eius dicatur ⁊ forma ne alius deus a perfidis crederetur q̃uis noĩe ipſo hoc contineatur. Ideo ei verus dei filius dicitur: vt de ipſo eſſe credatur. Sed ꝓpter malã intelligentiã etiã hoc additũ eſt: vt imago ei9 dicat᷑: vt cũ apparet licet in figura humana: aut certe in igne: vt ad moyſem nõ ip̃e pater intelligatur eſſe ſed filius ⁊ per id qđ imago eius dr̃ nihil ab eo diſtare credat᷑. vñ dicit ad philippũ: philippe q̃ me videt: videt ⁊ prẽꝫ: quo tu dicis: oñde nobis prẽꝫ

non credis quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt: hec eſt vnitas et ſub/
ſtantialitas patris ⁊ filij vt inuicem ſint: vt qui videt filium: videat
et patrem intellectu certe operum diuinorum viderunt filiuz non car
nalibus oculis: que operatus eſt filius: dixit eſſe patris vt vnitatem
virtutis oſtenderet. Eodem genere viſus eſt et Jacob vnde nomen
accepit iſrael: id eſt videns deum propter hoc ergo imago dictus eſt
inuiſibilis dei: vt ipſe eſſe intelligeretur qui per intellectum viſus eſt
deus. Ante omnem creaturam: genitum filium non creatum teſtatur
apoſtolus: vt ſecerneret natiuitatem eius a creature factura. Et vt
hoc penitus clareſcat ſubiecit. Quia in ipſo condita ſunt omnia in ce
lis: ⁊ in terra: hoc eſt vt omnium potentia in eo eſſe credatur: ⁊ de eo
perfecta dum omnia fiunt per ipſum hoc eſt caput eſſe totius creatu
re quia ab ipſo vt ſint eſſe ceperũt. Jdeo autẽ que ab ipſo facta ſunt
per ipſum facta dicuntur quia adhoc natus eſt vt faceret creaturam:
hoc eſt feciſſe in eum et per eum erat enim in deo qui proceſſit de deo
ita vt vnus eſſet deus: ac ſic ſit vt neqꝫ diminutio ſit patris: neqꝫ pro/
fectus filij dum naſcitur. Ante omnes (Ambroſius inquit) ſic eſt qꝛ
hic ſolus de deo patre natus eſt: de ingenita vtiqꝫ ſubſtantia dei: hec
autem virtute eius quam per generationez habet a patre ſubſtiteruñt
non vt communio eis ſubſtantie ſit cum eo. ſed ex nihilo nutu dei pa
tris filio agente ceperunt in ipſo cuncta conſtant: quia ſine eo nihil
ſunt: niſi enim huic fuerint ſubdita errore deuia: quaſi perditiõi fient
obnoxia. Ante omnia enim natus eſt de deo vt cuncta crearet que
non erant. Jterum autem accepta carne de virgine natus eſt: vt pecca
tum ꝙ ex virgine Eua intrauerat in mũdum aboleretur. Natus er/
go ⁊ mortuus reſurrexit: vt que primum fecerat: poſtea iterũ recrea
ret: quia per errorem fuerunt velut mortua: vt ſemper in omni vita ſit
primus ⁊ princeps ſecũdum dei formam dictum eſt ante omnes col
les genuit me. i. ante omnes altitudines creaturarũ. Et ante lucife/
rum genui te. i. ante omnia temporalia ⁊ tempora ſecundum autem
formam ſerui vt ſcribit diuus Auguſtinus. dictũ eſt dñs creauit me
in principio viarũ ſuarum: qꝛ ſm formã dei dixit ego ſum veritas et
ſm formam ſerui ego ſum via. Quia ei ipſe eſt primogenitus a mor
tuis iter facit eccleſie ſue ad regnum dei ad vitam eternam cui caput
eſt ad immortalitatez etiam corporis. Jdeo creatus eſt in principio
viarum dei in opera eius: ſecundum formam enim dei principium
quod et loquitur vobis in quo principio fecit deus celum et terram
ſecundum autem formam ſerui ſponſus procedens de thalamo ſuo
ſecundum formam dei primogenitus omnis creature et ipſe eſt an
te oẽs ⁊ oĩa illi ꝯſtant ſcdꝫ formã ſerui ⁊ ipe eſt caput corporis eccľie.

Augu. lib. primo de tre nitate.

## Theorema ſecundū.

### Vulgata editio parum diſtat a greca.

Hoc autem dico vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum
Nam ⁊ ſi corpore abſens ſum: ſed ſpiritu vobiſcum ſum gaudens et Collo. ij.
videns ordinem veſtrum ⁊ firmamentuꝫ eius que in xp̄o eſt fidei vr̄e.

### Expoſitio.

Commouet ne in malorum colloquijs ⁊ aſtutia iniquita
tis: ſenſus eorum traduceretur: qꝛ ſapientes mundi ar-
te quadam ⁊ minutijs diſputationū irretire geſtiūt ſim
plicium aīas vt ratione mundanarum rerum abſtrahant
eos a ſpe que eſt in chriſto. vnde (vt diuus Ambroſius Ambroſi⁹
ſcribit) apoſtolus ſpiritu ſe illic adeſſe dicit vt reuerentiam eius ante
oculos habentes abſtinerent ſe ab huiuſmodi hominibus. Si enim
ſpiritus Heliſei prophete vidit fraudem giezi euntis ad naamā ſyrū
vt acciperet ſub nomine eius que illi mandata non fuerant: ⁊ deſcen-
dentem prōpto animo naamā eius plus dediſſe q̄ꝫ fuerat poſtulatus
quāto magis apoſtolus ea q̄ dixit poterat in ſpiritu videre. Maior
enim gratia fuit in apoſtolis q̄ꝫ in prophetis. Et vt promptiores il-
los faceret circa traditionem euangelij gaudere ſe dicit in diſpoſitio-
ne conuerſationis illorum vt ſcientes vnde deo placeatur: in eo fierēt
firmiores per quod digni effecti ad vtilitatis profectū fidei ſue addi-
ſcerent ſenſum. Reſpondendū eſt hominibus qui calūniari libris no-
ſtre ſalutis ⁊ eruditionis affectant: vt quicquid ipſi de natura rerum
veracibus documentis demonſtrare potuerunt oſtendamus noſtris
litteris non eſſe contrarium quicquid autem de quibuſlibet ſuis vo-
luminib⁹ in noſtris litteris id eſt catholice fidei contrariū protulerūt
aut aliqua etiam facultate oſtendamus. Atqꝫ vt Auguſtinus ſcribit
ita teneamus mediatorē noſtruꝫ in quo ſunt omnes theſauri ſapiētie Auguſtin⁹
atqꝫ ſciētie abſcōditi vt neqꝫ falſe philoſophie loquacitate ſeducamur
neqꝫ falſe religionis ſuperſtitione terreamur.

## Liber quintus theorematum beatiſſimi pau-li in primam epiſtolam ad Teſſalonicenſes.

## Theorema primum.

### Vulgata editio ⁊ greca conueniunt.

Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: qꝛ nos qui viuim⁹ qui j. ad teſ. iiij.
reſidui ſumus in aduentu dn̄i non preueniemus eos qui dormierunt.

Qm̄ ipſe dn̄s in iuſu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei deſcendet de celo: ⁊ mortui qui in chriſto ſunt reſurgent primi deinde nos qui viuimus qui relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam chriſto in aera: ⁊ ſic ſemper cum domino erimus.

## ¶ Expoſitio.

Ipſe enim chriſtus dn̄s voluntate patris quaſi primus
angelus dei cū exercitu celeſti: ſicut cōtinetur in Apoca
lipſi Joannis apoſtoli: deſcendet de celo ad gerēdum
Joſue. v. d. — bellū noīe dei ꝯtra antichriſtū. Quo extincto iuſſu eius
Diuus ambroſius. — reſurgēt mortui. Eſt em̄ vt ipſe dixit ad ieſum filiū naue
dux ⁊ princeps exercitus dn̄i. ꝑpter qd (inſit Ambroſius) archāgelus dr̄. Cū aūt in tuba dei deſcēdet: de⁹ eſt: q2 vtrūqꝫ ꝯtinēt ſcripture: ſicut in exodo. quē angelū in flamma apparuiſſe Moſi legimus: ſta
Exo. iij. b. — tim ipſum in ſubiectis eſſe deū agnoſcim⁹: ideſt filiū dei: dicēte eadē ſcriptura. Et aſcēdēs inquit Moſes auertit ſe q2 nō potuit cōſiderare in faciē dei. Dux aūt ⁊ princeps iō q2 caput oīm eſt: q2 ꝑ ipſum oīa ſed nōne q̇ tūc inuenient̄ viui morietur: nō hoc exprimit oraculū: ſꝫ q rapientur obuiā chriſto in aera neqꝫ aduerſat̄ articulo fidei nobis ꝑ ſpiritūſanctū relicto q̇ ait inde vētur⁹ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos: ſi viuos intelligimus eos q̇ tūc viuent: ⁊ mortuos eos q̇ ex mortuis reſurgent omnib⁹ em̄ hominib⁹ ad terminū mortis prefinitū veniētib⁹ ſemel mori cōſtitutū eſt: q̇d mirū: ſi tūc cū ijs q̇ ad eum terminū nō ꝑueniūt qui ex dei conſtituto preteriri nō pōt ob chriſti ꝑſentiā nō mori diſpenſatū eſt Beat⁹ tn̄ Ambroſius ſcribit ꝙ in ipſo raptu mors ꝓueniet ⁊ quaſi per ſoporem vt egreſſa anima in momēto reddatur cū em̄ (inq̄t) tollentur morietur: vt ꝑueniētes ad dn̄m ꝑſentia dn̄i recipiant aīas q2 cū dn̄o mortui eſſe nō poſſunt. De reſurrectiōe mortuoꝝ ita ſcribit diuus Auguſtin⁹ oīm em̄ hominū erit reſurrectio: ſi oīm erit ergo om̄es moriūtur vt mors ab Adā ducta oībus filijs ei⁹ dominet̄. Uerꝫ (inq̄t) q2 ſunt ⁊ alij eq̄ chatholici ⁊ eruditi viri q̇ credunt anima in corpore manente immutandos ad incorruptionem ⁊
immortalitatē eos qui in aduentu domini viui inueniendi ſunt: ⁊ hoc
Augu. lib. de eccleſiaſticis dogmatibus. — eis reputari pro reſurrectione ex mortuis ꝙ mortalitatem immutatione deponant non morte. Quolibet quis acquieſcat modo non eſt hereticus niſi ex contentione hereticus fiat ſufficit enim in eccleſia legere carnis reſurrectionem et credere futuram de morte.

## ¶ Theorema ſecundum.

### ¶ Uulgata editio.

¶ Spiritum nolite extinguere prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate quod bonuz eſt tenete ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem deus pacis ſanctificet vos per omnia. vt integer ſpiritus veſter ⁊ anima ⁊ corpus ſine querela / in aduentu dñi noſtri ieſu chriſti conſeruetur. j. Ad teſ. v.

¶ Intelligentia ex greco.

¶ Spiritum nolite extinguere: prophetas nolite contemnere. Omnia autem examinate bonum retinete. Ab omni ſpecie mali abſtinete Ipſe autē deus pacis ſanctificet vos omnino conſummatos ⁊ iteger ſpiritus veſter ⁊ anima ⁊ corpus ſine reprehenſione ſeruētur in aduētum domini noſtri ieſu chriſti.

¶ Expoſitio.

Non extinguamus ſpiritū ſi quis habet fidem ſpem dilectionem deuotionem que ſunt ſpirituſſancti dona: extinguere non debemus quin potius ſi poſſumus augere: gratie enim dei in quocunqꝫ reperiantur magnifaciēde ſunt ⁊ deus venerandus in illis prophetias non contemnamus. Nam prophetie ſunt ad edificationem ⁊ qui prophetiaꝫ contēnunt ſpiritum dei contemnūt prophetie authorez qui ſcrutatur pfunda dei ⁊ loquit̄ ꝑ ꝓphetas miſteria ⁊ ꝓphetie q̄ maxime ꝯtenēde nō ſunt: ee ſunt maxime quas vetꝰ ⁊ nouū ꝯtinēt teſtamētū: ⁊ plene ſunt lucis xp̄i: tā p̄teritorū q̄ꝫ futuroꝝ tēpoꝝ. Oīa (infit Amb.) q̄ dicuntur probanda monet apoſtolus: ⁊ quicquid ſobrie ⁊ benedictū fuerit retinendum. Quecunqꝫ enim apoſtolorum ⁊ ipſius domini dictis congruunt ea benedicta habenda ſunt ⁊ retinenda ab his autem que inimica fidei videntur abſtinendum. Solent enī ſpiritus immundi fallaciter quaſi per imitationem dicere bona: ⁊ inter hec ſubinducere praua: vt per hec que bona ſunt: accepto ferantur ⁊ mala: vt quia vnius ſpiritus dicta putantur non diſcernantur ab inuicem: ſed per id quod licitum eſt commendetur illicitum autoritate nominis non ratione virtutis. Solent enim ſub apoſtolorum nomine ⁊ ipſius dñi nefanda docere ⁊ aduerſa ideoqꝫ oīa probanda monet: qꝛ non poſſunt eloquia dñi eē diuerſa vel vt traductio greca hꝫ. Oīa examināda ſunt. hinc ē vn̄ ⁊ iohannis apoſtoli ep̄la. Nolite inquit oī ſpiritui credere ſꝫ ꝓbate ſpūs ſi ex deo ſunt qꝛ ſi multa bona dicat: in aliquo aūt q̄d ſi dei aduerſum eſt ꝓmat ſciat̄ nō eſſe ſpūſſctūs. Nihil ei erroris in ſpū ſancto poterit reperiri. Dixit ergo ap̄ls vt oīa examinemus: ⁊ q̄ꝫ verū bonum fuerit ⁊ vera prophetia: retineamus ſunt ergo tentanda oīa probanda examinanda ⁊ ſi non ſufficis examinare: aliorum te crede examini q̊s dei timor ⁊ amor agit ⁊ neq̄ꝫ varia curioſitas ⁊ examinatiōe (vt par erit ⁊ deꝰ dabit ficta) ſi bonū reperis iuxta ap̄li ſententiā

Diuus Ambroſius.

retine: ſin minus repelle. Nam hic pericula ſunt multi horroris ⁊ formidinis pleniſſima. Item ab omni ſpecie mali abſtineamus: ſpecies mali non eſt ſpecies ſed eſt informitas qui igitur hoc iubet ab omni informitate nos abſterret ⁊ omne peccatum vetat. Quippe cum omnia que habet pater filij ſint hunc ſanctificare nos optat apoſtolus vt nos illuſtret pietate clementie ſue ⁊ omne votum noſtrū dirigat ī per-
Ambroſiꝰ. fectione vt integer ſit ſpiritus datus nobis. Tunc enim (inſit Ambroſius) integer eſt ſi bone vite ſtudeamus animā habentes mundam ⁊ corpus ſine querela: vt totus homo ſit perfectus poteſt enim corpus mundum eſſe ⁊ anima inquinari per malum cogitatum ideoq; ſpiritum in homine mundum dicit eſſe debere. Si autem mala vita vel cogitatio intercedat non erit integer ſpiritus qꝛ deſerit hominem peccatis obnoxium. Dum enim diſſentit anima ⁊ corpus: q̄uis ſine ſenſu ſit alieni ab illo efficiuntur: ⁊ velut perdens eos non erit integer ſpūs ad hoc enim datur homini vt maneat ⁊ ſit quaſi caput eius. Integer ergo non erit: qꝛ perdit mēbra dum recedit ab eo homo ea agens que odit ſpirituſſanctus. An vero ſpiritus anima ⁊ mens differant ſatis a nobis libro ſecundo de mirabilibus ſacre ſcripture ⁊ in primo theorematum libro dictum eſt.

## ¶ Theorema tertium libri quinti in ſecundam epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

¶ Vulgata editio ⁊ greca eandem intelligentiam habent.

ij. ad teſ. ij. ¶ Rogamus autem vos fratres per aduentū domini noſtri ieſu xp̄i ⁊ noſtre congregationis in ipſuꝫ vt non cito moueamini a veſtro ſenſu neq; terreamini neq; per ſpiritum neq; per ſermonem: neq; per epiſtolam tanꝗ̃ per nos miſſam: quaſi inſtet dies dn̄i. Ne quis vos ſeducat vllomodo. Quoniam niſi venerit diſceſſio primū ⁊ reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui aduerſatur ⁊ extollitur ſupra omne quod dicitur deus aut quod colitur ita vt in templo dei ſedeat oſtendens ſe tanꝗ̃ ſit deus: nunc retinetis ꝙ cum adhuc eſſem apud vos hec dicebā vobis: ⁊ nūc q̄d detineat ſcitis vt reueleť ī ſuo tēpore.

¶ Expoſitio.



Pauli hec eſt reuelatio de aduentu antichriſti obſcura et velata. Et duos antichriſtos (vt ſtapulenſi noſtro placet) nominibus prime ⁊ ſecūde beſtie ſancta reuelat Ioannis apocalipſis: prima beſtia iam venit: ⁊ ille fuit mahumetes qui apparuit ſub heraclio ⁊ cuius facta adhuc durant: breui per dei miſericordiam funditus interitura. Secunda

beſtia nondum apparuit de qua magis videtur loqui apoſtolus:ſed non prius veniet vt diuus Ambroſius ſcribit dominus q̄ regni romani defectio fiat, ⁊ appareat antichriſtus qui īterficiet ſanctos: reddita romanis libertate ſub ſuo tamen nomine:sciēs enim venturum dominum ad ſe comprimendum nomē eius ſibi vſurpabit. Et vt regnum eius verum eſſe videatur:attrahet ſecum qui ſimul cum eo pereant:ita vt in domo domini in ſede ſedeat chriſti: ⁊ ipſum deum ſe aſſerat:non filium dei:vnde in euāgelio ad iudeos dominus ait. Ego veni in nomine patris mei ⁊ non me recepiſtis ſi alius venerit in nomine ſuo illum accipietis. Quamobrem ex circunciſione aut circunciſum illum venire ſperandum eſt:vt ſit iudeis credendi fiducia illi: itaq; cum teſſalonicenſibus ſcribit apoſtolus:docet omnes in re huiuſcemodi cautos eſſe debere: Et hoc ſupeſſe dicit vt reueletur ille q̄ ante dominum venturus eſt vt iam ſperetur ⁊ dominus venturus eſt quod ſupra quaſi ſub velamine factus eſt:dicēs niſi prius venerit defectio quam regni romani abolitionem ſuperius intelligendam diuus Ambroſius memorauit:vt cum defecerit ⁊ venerit antichriſtus. tunc aduentus domini imminere credatur. Myſteriuz iniquitatis a Nerone inceptū eſt qui zelo idolorum ⁊ apoſtolos interfecit inſtingante patre ſuo diabolo vſq; ad Diocletianum ⁊ nouiſſime Julianum qui arte quadam ⁊ ſubtilitate ceptā perſecutionem implere nō potuit: q2 deſuper conceſſum non fuerat:his em̄ miſtris vtitur ſathanas vt interim ſub turba deoꝝ ad ſeducēdos hoīes vni⁹ veri dei manifeſtatiōe illudat:quādiu ſteterit regnū romanū hoc eſt qđ dicit:donec in medio fiat. Sed de antichriſto ſatis a nobis dictum eſt libro quarto de religione chriſtiana.

## ¶ Tractatus ſecūdus libri quinti theorematū in epiſtolam ad thimoteum primam.

### ¶ Theorema primum.

¶ Uulgata editio ⁊ greca eandem habent intelligentiam.

¶ Hoc preceptum cōmēdo tibi fili timothee ſecundū ꝓcedētes in te ꝓphetias: vt milites in illis bonā militiā habēs fidē ⁊ bonā cōſcientiā. Quāquidē repellētes circa fidē naufragauerūt ex q̄b⁹ hymene⁹ ⁊ alexāder quos tradidi ſathane vt diſcant non blaſphemare. i. ad Thi. i.

### ¶ Expoſitio.

Qui fidē ſpnit proculdubio male eſt ɔſcietie. Aut enī hy-
pocrita p̄dicaṫ aut apt' blaſphem' ſicut erāt hymene' ⁊
alexāder q̄ (vt diuo Amb. placet) deſerētes fidē naufra
gi facti ſunt. id eſt nudi veritate aut priuati vita. Quid
eſt enī veritas niſi vita. Quos tradidiſſe ſe dicit ſathane
vt emēdarenṫ cā blaſphemie. Traditio autē hec eſt: qꝛ ɔmotus apl's
blaſphemijs eoꝝ ſentētiā protulit in eos. Diabolus autem q̄ ad hoc
paratus eſt vt auerſos a deo accipiat in poteſtatem audita ſententia
corripit eos. vt intelligerent hac cauſa ſe penis aſtringi quia blaſphe
mauerant. hinc eſt vnde in euangelio dictum eſt inter cetera: iam noli
peccare ne quid tibi deterius contingat oſtendens cauſa peccati ali-
Johā. v. c. quando infirmitates inferri corporibus. Et quia miniſtro diabolo
Lu. xiij. d. fiūt declarauit dominus dicens. Inter multa hec autem cum ſit filia
abrahe quā alligauerat ſathanas decem ⁊ octo annis non oportuit
ſolui a vinculo die ſabbati. De hymeneo autem ⁊ Alexandro ꝙ eos
Chriſoſto. tradidit ſathane. Chriſoſtomus excommunicationem ⁊ reſecationē
a corpore chriſti intelligit: ita vt nulla cum eis fidelium eſſet cōmunio
nulla ſpiritualium ſuffragiorum participatio. Et hec eſt citra interitū
⁊ vexationem carnis ⁊ occulta ſathane traditio. Illa autem que fuit
Corinthij inceſtuoſi manifeſta fuit cum interitu ⁊ vexatione carnis
terrifica. Et id non vt perirent: ſed vt ex hac deiectione a ſanctorū
ſocietate diſcerent non blaſphemare nō male loqui de chriſto ⁊ eius
fide ⁊ reſipiſcentes dignāqꝫ penitentiam agentes iterū inſererentur
corpori chriſti a quo qui ſeparatus eſt vt ouis a grege ſeparata ⁊ pre
ſente lupo ilico eſt ſub lupi poteſtate ita ⁊ ille continuo eſt ſub ſatha-
ne poteſtate: A cuius morſibus ſolus chriſtus eripit qui ⁊ nos ſemp
protegat defendat eripiat rex ſeculorum in omnia ſecula benedictus.

## ¶ Theorema. ij.

¶ Vulgata editio ⁊ greca eandem intelligentiam habent.

I. Timo. ij. ¶ Hoc enim bonum eſt ⁊ acceptum coram ſaluatore noſtro deo qui
omnes homines vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem veritatis venire
vnus enim deus vnus ⁊ mediator dei ⁊ hoīm homo chriſtus ieſus.

## ¶ Expoſitio.

SI deus vtiqꝫ qui omnipotens dicitur omnes homines ſaluos vult fieri cur non impletur eius voluntas. Sed in omni (inquit Ambroſius) locutione ſenſus eſt conditio latet. Unde dicit petrus apoſtolus. Omnis ſcriptura indiget interpretatiõe. Uult enim deus oĩs ſaluos fieri ſed ſi accedant ad eum. Non enim ſic vult vt nolentes ſaluentur ſed vult illos ſaluari ſi ⁊ ipſi velint. Nam vtiqꝫ qui legem omnibus dedit nullum excepit a ſalute. Nunquid non medicus idcirco proponit in publico: vt omnes ſe oſtendat velle ſaluare ſi tamen ab egris requiratur. Non eſt enim vera ſalus ſi nolẽti tribuatur nec gaudere poteſt impercepta ſalute qui inuitus ſi tamen fieri poteſt accepit medicinam: vt non dicam qꝛ medicine effectum habere non poteſt: niſi ad illam eger animũ commodauerit: quia hec medicina non eſt corporalis ſed ſpiritalis que neqꝫ dubijs proficit neqꝫ inuidis. Fides eſt enĩ que dat ſalutem quã niſi mens tota ſuſceperit voluntate non ſolũ nihil proderit ſed ⁊ oberit. Fidei etenim gratia hanc habet poteſtatẽ vt deuotis ſibi diuinam infundat medelam: indeuotis vero conferat morbum per quem totus homo intereat. Dei ⁊ chriſti vnam ſignificat voluntatem in ſaluandis hominis vnde deum patrem: qꝛ ab ipſo eſt omnis auctoritas vnum eſſe fatetur ⁊ vnum mediatorem dei ⁊ hominum chriſtum ieſum. Miſſus enim a patre factus arbiter reconciliauit deum ⁊ homines reformando eos ad agnitionem eius. Quia enim vnus eſt pater ⁊ filius non perſona ſed indifferenti natura vt arbiter eſſet dei ⁊ hominum filius dei aſſumpta carne homo natus eſt: vt mediator dei ⁊ hominum homo eſſet chriſtus ieſus id eſt non ſine diuinitate: quia in deo homo erat ⁊ deus in homine vt ex vtroqꝫ eſſet mediator ⁊ vtrumqꝫ reconciliaret in ſe primum hoc fecit. Non enim (infit Ambroſius) poterat vnitatem dei cuſtodiens mediator dei et hominum vocari quaſi alius eſſet deus qui diſſidentem hominem a deo in gratiam reuocaret ſed homo qui legem datam non preteriret factus eſt arbiter inter eum qui peccauit: ⁊ inter illũ qui peccare ignorat vt hic ignoſceret ⁊ homo decetero in dei fide maneret.

Diuus Ambroſius.

## Theorema tertium.

Uulgata editio ⁊ greca eandem habent intelligentiam.

Precipio tibi coram deo qui viuificat omnia ⁊ chriſto ieſu qui teſtimonium reddit ſub pontio pylato bonam confeſſionem vt ſerues mandatum ſine macula irreprehenſibile vſqꝫ in aduentũ domini noſtri ieſu chriſti quem ſuis temporiib⁹ oſtẽdet btũs ⁊ ſolus

potens rex regum ⁊ dominus dominantium qui ſolus habet immoꝛtalitatem ⁊ lucem inhabitat inacceſſibilem quem nullus hominū vidit ſed nec videre pōt. ¶ Cui honoꝛ ⁊ imperium ſempiternum. Amen.

## ¶ Expoſitio.



Ipſe ſolus deus omnium eſt entitas ⁊ omniū vita qui oībus dat eſſe: ⁊ omnibus qui viuunt dat viuere: q̄ miſit filiū ſuū in terris ⁊ cōfeſſionē bonā teſtat⁹ eſt q̄ oīm eſt viuificatoꝛ ſub pōtio pylato. Rex ſum ego (inquit) ego in hoc nat⁹ ſum ⁊ ad hoc veni in mūdū: vt teſtimoniū ꝑhibeā veritati: oīs qui eſt ex veritate audit vocē meā. Solus eſt enim ipſe qui propꝛiam ⁊ a nullo habet acceptam beatitudinem atq̄ potētiam dominatum ⁊ regnum necnō inmmoꝛtalitatē. Hec omnia habet pater: ſimiliter ⁊ filius a patre. Lumen autē inacceſſibile ſolius patris eſt: qꝛ (Ambꝛoſius infit) nulli vnq̄ apparuit quem vidit nemo hominum nec videre poteſt: non qꝛ aliud lumen filij ſit: quippe cū in pſalmo ſcriptum ſit. Et in lumine tuo videbimus lumen hoc eſt lumē patris eſſe in filio ſed qꝛ (inquit) nemo videt patrem ac per hoc inacceſſibile habitat lumē. Non eſt (vt idem Ambꝛoſius ſcribit) oꝛdo alicui videndi patrem niſi chꝛiſto qui de deo eſt: hic vidit deum. Fili⁹ autem qꝛ omnia ipſe agit ⁊ apparere dicitur ⁊ videri. Illud ergo peculiare patris eſt quod ſupꝛadictum eſt. Cui honoꝛ ⁊ poteſtas eterna. Si modum querimus infit Auguſtinus quomodo locutus ſit deus certiſſime tenere debemus deum aut per ſuam ſubſtantiam loqui aut per ſibi ſubditam creaturam: ſed per ſubſtantiam ſuam non loqui niſi ad creandas oēs naturas ad ſpirituales vero atq̄ intellectuales nō ſolum creandas ſed etiam illuminandas cum iam poſſunt capere locutionem eius qualis eſt in verbo ei⁹ quod in pꝛincipio erat apud deū ⁊ deus erat verbum per quod facta ſunt omnia. Illis autem qui eum capere non poſſunt cum loquitur deus non niſi per creaturam loquitur aut tantummodo ſpiritualem ſiue in ſomnis ſiue in extaſi in ſimilitudinem coꝛpoꝛaliū aut etiam per ipſam coꝛpoꝛalem dum ſenſibus coꝛpoꝛis vel aliqua ſpecies apparet vel inſonant voces per hoc enim vt alibi ſcribit videri ab homine non poteſt per quod videt homo coꝛpoꝛe coꝛpoꝛea nā ſi ⁊ mentibus pioꝛū eſſet inacceſſibilis non diceretur accedite ad eum ⁊ illuminamini. Et ſi mētibus pioꝛum eſſet inuiſibilis non diceretur videbimus eum ſicuti eſt.

## ¶ Theorema quartum in ſecundam ad timo. Epiſtolam.

¶ Vulgata editio ⁊ greca eandem habent intelligentiam.

¶ In magna domo non ſolū ſunt vaſa aurea ⁊ argentea: ſed lignea ⁊ fictilia: ⁊ quedam quidem in honorem: quedam autē in contumeliam. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis erit vas in honorem ſanctificatum ⁊ vtile domino ad omne opus bonum paratum.

¶ Expoſitio.

Diceret quiſpiam quomodo deus inter ſuos: quoſdam qui nominant nomē eius indigne (⁊ ſi neq̄q̄ deberet) quomodo inq̄ tales iniuſtos mēdaces ⁊ vaniloquos ſuſtinet: huic queſtioni ſatiſfacit Paulus ⁊ ſignificauit in eccleſia diuerſos eſſe hoīes. Quoſdam bonos ⁊ ſummos viros: quos in auro intelligi vult quoſdam bonos tantum: quos in argento deſignat. Alios vero non bonos quos vaſa lignea ⁊ fictilia appellat: quod nulli ambiguū putat diuus Ambroſi⁹. Nā (inquit) in corinthiorum hoc eccleſia probat frequens ſermo obiurgantis apoſtoli. Nunc autem in eccleſia noſtra palam eſt: et in tēplo hieroſolymis in quo typus erat eccleſie manifeſtis lectionib⁹ approbatur. Erant enim ibi ſaducei: ex quorum radice erant hymeneus et philetus. De quorum praua ſententia cum apoſtolus eſſet locutus: ſtatim hoc ſubiecit: vt nō eſſet mirabile in eccleſia videri homines diſſentientes. Nam ⁊ in corinthiorum eccleſia quidam erant qui diſſentientes reſurrectionem negabant inſanus tamen nouatianus vt errori ſuo blandiatur. aliter hoc intelligendum tradit: vt domus magna totus mundus ſignificari credatur: quia habet dominū diuerſitatē cum conſtet apoſtolum exemplo vſum domus diuitis ⁊ opulentis: q̄ quāuis copioſa ſit: habeat tamen vaſa lignea ⁊ fictilia ⁊ teſtacea hoc modo in eccleſia quanq̄ ſancta dicatur: habet tamen ⁊ vicioſos ⁊ praua ſentientes. Quos contumelia dignos oſtendit: non tamen perituros: ſed purgandos per ignem: quia domui ex aliqua parte neceſſaria ſunt. Nouatianus autem eleuatus ſuperbia vt eccleſie ſue veritatem ⁊ ſanctitatem generalem defenderet hoc modo intelligendum decreuit quaſi eccleſia penes ipſum ſit: ⁊ cūctos habeat purificatos propter illas cauſas quibus nos innocētes accuſat. Sed quid op⁹ erat hoc loco de mundo aliquid dicere: aut vt quid affirmaret mundū domum magnam ſignificans. Nam dicit dominus apoſtolis: non eſtis de mundo: ego autem elegi vos. Quomodo igitur intra mūdū concludendi ſunt qui negantur de mundo eſſe. Et idem apoſtolus. Quo inquit mihi de his qui foris ſunt iudicare: nā in vna domo omnes ſub vno ſunt nomine vno enim domini ſui nomine cenſentur omnes. Mundus autem diuerſe profeſſionis cōtinet homines: ita vt diſpares profiteantur ſe habere deos et dominos: non ergo domum magnam mundi dixit: ſed eccleſiam: in qua omnes ſub vnius domini

Diuus ambroſius.

ſunt nomine. Dum dicit apoſtolꝰ. Si quis ergo purgauerit ⁊c. Alia hereſis fraude ſua cōuincitur que aſſerit animas quaſdā natura eſſe malas que ad bonum cogi non poſſint cū hic dicat apoſtolus poſſe malos immutari in bonum ⁊ ſordidos purificari: poterāt enim hymeneus ⁊ philetus mundare ſenſum ſuum ſi voluiſſent vt fierēt vas ſanctificatum preparatum in honorem.

## ¶ Theorema quintum.

### ¶ Vulgata editio.

ij. Tim. iiij.

¶ Penulam quam reliqui Troade apud carpum veniens affer tecum ⁊ libros: maxime autem mēbranas.

### ¶ Intelligentia ex greco.

¶ Phelonem quem dimiſi Troade apud carpum veniens affer et libros: maxime autem mēbranas.

### ¶ Expoſitio.

Phelonem memoriale ſui voluit alicui ante mortem relinquere. Lucam ſecum habebat. Marcum mandat ⁊ obnixe mēbranas que apud carpum virum ſanctiſſimū (de quo diuinus Dionyſius in celeſti hierarchia mentionem facit) erant deferri. Sed ad quid nam niſi vt illas Luce ⁊ Marco electis a ſpirituſancto diuinis ſcribis eas relinqueret ad reponendū ſanctum euangeliū. Apoſtolus vt diuus Ambroſius ſcribit natura iudeus fuit: ⁊ nec quicꝗ habuit alienum. Vnde ergo illi penula. Sed quia (inquit) erat a tarſo quos conſtat in ſocietatem romanorū receptos: vt decetero appellarentur ciues romani idcirco neceſſe eſt eos ⁊ curiam habere. In quā more romanorum penulati conueniant. Quicunqꝫ enim illo tempore cum muneribus obuiā exiſſent romanis immunitate perpetua donati ciues romani ⁊ fratres eorum nuncupabantur teſte eodem apoſtolo: poteſt ergo fieri vt ſi non ſuam quia totum ſe legi dederat patris ſui haberet penulam. Diffiniunt grāmatici penulam ſignificare id genus indumēti quod dum pluit veſti ſuperinduitur. Igitur dū pluit penula opus eſt. Si non pluit nullus eius eſt vſus. Niſi fortaſſis propter officiū ⁊ curiam more pariſienſum doctorum penulati conueniant.

Ambroſiꝰ.

## ¶ Theorema ſextum.

¶ Vulgata editio eandem cum greca habent intelligentiam.

¶ Priſcilam ⁊ Aquilam ⁊ Oneſiphori domum Eraſtus remãſit corinthi: trophimum autem reliqui infirmũ mileti. ij. Tim. iiij.

¶ Expoſitio.

AQuila ⁊ priſcella diuo Ambroſio authore ſunt apud quos hoſpitatus operabatur manibus apoſtolus. Oneſiphorus autem hic eſt: cuius teſtis eſt in prima epiſtola. Quid eſt (infit) vt preſente apoſtolo qui mortuos excitabat. Trophimꝰ infirmaretur: ſed ſigna (inquit) propter incredulos facta ſunt. Et quia ex diuerſis cauſis meritum collocatur apud deum: vt ſiue qui in tribulatione ſiue in egritudine deo gratias agit nec aduerſa parte ſuffragiuꝫ querit vt proficiat meritis apud deum propter imbres autem ⁊ frigora cõmonuit vt autũno ad ſe veniret.

## ¶ Theorema ſeptimum in epiſtolam ad titum.

¶ Uulgata editio ⁊ greca eandem habent intelligentiam.

¶ Stultas autem queſtiones ⁊ genealogias ⁊ contentiones ⁊ pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles ⁊ vane hereticum hominem poſt vnam ⁊ ſecundam correptionem deuita: ſciens qꝛ ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt ⁊ deliquit cum ſit proprio iudicio condemnatus. Ad titũ. iij.

¶ Expoſitio.

STultas has queſtiones appellat que ſalutis effectum non habent neqꝫ aliquã tribuunt ſcientie peritiã ad vtilitatem. Quomodo edificat qui clamoſos ⁊ contentioſos ⁊ victorie ambitioſos facit hunc defendendo illum aggrediendo vt pro victoria certetur non pro veritate Et mirum eſt eos qui circa ea que ſunt legis diuine ſolum queſtionariũ ad diſciplinam elegerunt ⁊ modũ non legiſſe preceptum pauli ad titum ſtultas queſtiones ⁊ genealogias ⁊ cõtentiones ⁊ pugnas legis deuita. Nã inutiles ⁊ vane ſunt hereticum hominem poſt primã correptionẽ deuita. Sunt eĩ heretici diuo Amb. teſte q̃ per verba legis legẽ impugnãt ꝓpriũ enim ſenſum verbis aſtruunt legis vt prauitatẽ mentis ſue legis autoritate cõmendent. Sciẽs eĩ impietas autoritatẽ multũ valere fallaciã ſub noĩe eiꝰ cõponit vt qꝛ res mala per ſemetipãꝫ acceptabilis eẽ non põt bono noĩs cõmendet. Idcirco huiuſmodi hoĩes vt inexcuſabiles ſint ſemel corripi oportere. Frequentius eĩ correpti exercitatiores fient in malo. Cogere aũt illos videtur qni ſepe corripit vt ſolicitiores fiant ad perditionem multorum ideo dimittendos vt negligentiores effecti ſoli ſorde depereant.

## ¶ Liber ſextus Theorematũ beatiſſimi Pauli apoſtoli in epiſtolam ad Hebreos.

## ¶ Theorema primũ.

### ¶ Vulgata editio ⁊ greca eandem habent intelligentiam.

Hebre. vj.

¶ Impoſſibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati guſtauerunt etiam donũ celeſte ⁊ participes facti ſunt ſpirituſſancti guſtauerunt nihilominus bonum dei verbum virtuteſq́ʒ ſeculi venturi ⁊ prolapſi ſunt rurſus reuocari ad penitentiã recrucifigentes in ſeipſis filiũ dei ⁊ exemplum ignominie facientes.

### ¶ Expoſitio.

Diuus Auguſtinus in li. de fide et operibus.

Ipſa ab egyptijs ſeparatio ſignificat diſceptionẽ a peccatis quã baptizandi profitentur. Ad hoc enĩ (vt Auguſtinus ſcribit) profitentur quod a petro dictuʒ eſt. Agite penitentiam ⁊ baptizetur vnuſquiſq́ʒ veſtrum in nomine dñi noſtri ieſu chriſti. Tanq̃ diceret. Recedite ab egypto per mare rubruʒ tranſite: vnde ⁊ in epiſtola que ad Hebreos inſcribitur cum eorum qui baptizantur cõmemorarentur initia poſita eſt ibi penitentia ab operibus mortuis. Sic enim dicit. Ideoq́ʒ remittentes initij ieſu verbum in conſummatione reſpiciamus non iterum iacientes fundamentuʒ penitentie a mortuis operibus ⁊ fidei in deum lauachri doctrine impoſitionis manuum reſurrectionis etiam mortuorũ ⁊ iudicij eterni. Hec igitur oĩa pertinere ad initia neophitorũ ſatis aperteq́ʒ ſcriptura teſtatur. Quid eſt autem a mortuis operibus penitentia niſi ab his q̃ oportet mortificari vt viuamus: iaciebãt Hebrei poſt perpetrata delicta iterũ fundamenta fidei penitentie baptiſmatis ĩpoſitionis manuuʒ ⁊ reliquorũ ac ſi nunq̃ prius baptizati fuiſſent ⁊ de nouo veniſſent ad fidei ⁊ chriſti cognitionem reſurrectionis carnis ⁊ eterni iudicij quod proinde eternuʒ dicitur ꝙ qui eo iudicabũtur ſiue ad vitam ſiue ad mortẽ ſic in eternũ ſunt mãſuri. Verũ id facere non debebant ſed ad perfectionẽ ferri quã adipiſcimur ſi a tẽpore regenerationis nõ ſcđm carnem ſed ſcđm ſpiritum viuimus. Quid eſt q̃ ſemel illuminati ſunt: certe q̃ ſemel baptizati hoc enĩ a maioribus noſtris photiſmatũ hoc eſt illuminationum ſacramentũ dicit. Celeſte donum guſtauerunt qui iuſtificationeʒ a peccatis acceperũt participes ſpiritus facti ſunt qui inſerti corpori xp̄i iam ſpũ xp̄i viuere ceperunt. Guſtauerunt bonũ verbũ dei qui euangelio chriſti paſti ſunt. Guſtauerunt ⁊ poteſtates futuri ſeculi qui corpus ⁊ ſanguineʒ xp̄i per que futurũ ſeculũ poſſideri poteſt ſumpſerunt qui ⁊ chariſm

la aliqua ſpiritusſancti acceperunt. Et quod ſequitur non dicitur ſimpliciter impoſſibile renouari ad penitentiam ſed impoſſibile renouari ad penitentiam recrucifigentes in ſeipſis filiū dei ⁊ exemplū ignominie facientes quod facerent certe: qui poſt baptiſmalē illuminationem lapſi per iteratum baptiſma lapſuum penitentes ſe renouari putarent. Nā per baptiſma cōmorimur cōſepelimur ⁊ conreſurgimus chriſto: quod nō niſi ſemel accidere poteſt. Nā ſemel mortuus ſemel ſepultus ſemel reſurrexit dn̄s. Nonne magnū ignominie exemplum. In ſecundo baptiſmate ſecundo crucifigere xp̄m: quaſi ſemel crucifixus mortuus ſepultus non ſuffecerit redimere mundū. Non igit̄ iteranda penitentia in multitudine baptiſmatū quaſi in multitudine paſſionum chriſti ⁊ ſepulturarū. Sed age ſi poſt baptiſmū eſt lapſis penitentie locus: quiſnā ille eſt ſi non fit per ablutionis lauacrū. Eſt p̄culdubio penitentie locus. Nā ſi non eſſet non tradidiſſet apoſtolus inceſtuoſum fornicarium ſathane in interitum carnis vt ſpiritus eius ſaluus fieret in die dn̄i. Confitemini ergo (inquit Iacobus) alterutrum peccata veſtra: ⁊ orate pro inuicē vt ſaluemini quaſi is qui infirmus erat inductis ſacerdotibus ſi in peccato erat confeſſionē feciſſet. qui modus viſus eſt facilior ⁊ vniuerſalior ad omnium ſalutem. Nā vicarij xp̄i ſimplices quoſdā adiuuant ad confeſſionem faciendam/⁊ pro ipſis orant qui alioquin neq̧ ſe confeſſione accuſare ſcirent neq̧ orare. Inſuper ⁊ humane aut ſi opus eſt etiam ſeuere corripiunt̄ hortātur ⁊ docentur ⁊ hoc in ſecreto quaſi ſolus audiret chriſtus: ſed de his amplius. lib. ij. de mirabilibus ſacre ſcripture.

Hec oīa latius tractātur. li. ij. de mirabilib⁹ ſacre ſcripture capite de blaſphemia et tu lege.

## ¶ Theorema. ij.

### ¶ Vulgata editio ⁊ greca eandē habent intelligentiā.

¶ Hic enim melchiſedech: rex ſalem ſacerdos dei ſummi qui obuiauit abrahe regreſſo a cede regum ⁊ benedixit ei: cui ⁊ decimas omniū dimiſit Abraham primū quidē q̄ interpretatur rex iuſticie: deinde aūt eſt rex ſalem quod eſt rex pacis ſine patre ſine matre ſine genealogia neq̧ initium dierum neq̧ finem vite habens aſſimilatus autem filio dei manet ſacerdos imperpetuum.

Ge. xiiij. d. Heb. vij. a.

### ¶ Expoſitio.

De Melchiſedech legimus in libro geneſeos de Melchiſedech etiam ſimilimodo eſt in epiſtola data ad Hebreos. Et vt apoſtolus ſignificaret quis intelligēdus eſſet per Melchiſedech adiecit ſine dubio eni ait. Qđ minimū eſt a meliore benedicitur. Quod quidē (vt di-

nus Auguſtinus ſcribit)non vtiq; ad traditionem retulit officiĳ ec-
cleſiaſtici. Quis enim(inquit)ambigeret regulam traditionis dn̄i-
ce qua benedicuntur ſubiecti a domino meliorem eſſe his qui benedi-
cuntur ab ea:domini enim miſterium in his verbis que ipſuz cōple-
ctuntur ac memorāt operatur perſone autem eius propriū meritum
⁊ potentiam voluit demonſtrare. Quis ergo hic ⁊ quantus eſt ad cu-
ius comparationem minor dicitur Abraam:quem conſtat in omni-
bus fidelibus ſignū habere teſtimoniĳ nobilitatis ac fidei habet eñ
melchiſedech inquit Auguſtinus benedictionem natura ⁊ ſubſtātia-
liter quem dicit ſcriptura ſummi dei ſacerdotem ⁊ per voluntatē dat
benedictionem igitur(infit)per hoc apparet melchiſedech vltra ho-
minem eſſe:qꝛ non erat vnde melior eſſet ꝙ Abraham niſi ſola prece-
dat illum natura. Natura enim impaſſibilis beatitudinez per ſubſtā-
tiam habet:humana autez neceſſitas beatitudinem acquirit per ge-
ſta. Quia enim perfectionem diuinitatis non habet per exercitium ⁊
colluctationem proficit vt melior fiat:cuz plus vincit ꝙ vincitur. Si
enim ſic ageret(quod impoſſibile eſt inquit)vt nunꝙ peccaret:me-
lior deo fieret:quod abſit. Quia natura q̄ poteſt peccare ſicut ⁊ non
peccare:ſi ſemp̱ vinceret:illi nature preponēda erat que ideo nō pec-
cat qꝛ impaſſibilis eſt. Non enim magnum videretur non peccare qꝛ
non poteſt magnificum autem ſi tamen poſſet peccare non peccaret
hoc ergo intereſt inter ſubſtantiam dei ⁊ hominis:quia dei ſubſtan-
tia beata ſemper eſt ſecuritate īuincibilis eternitatis ſue:hominis au-
tem ſubſtantialiter beata fit per laborem. Nam et natura homi-
num quamuis per laborem beatitudinem conſequitur non erit ta-
men intacta neq; deerunt ei cicatrices. Quomodo enim fieri po-
teſt vt ſepe congreſſa / et aliquotiens victa non ſit vulnerata: im-
paſſibilis autē ſemper intacta illeſa inuiolabilis manet igitur nō mi-
nimus diceretur Abraham ad melchiſedech niſi potior eſſet natura
melchiſedech ꝙ Abraam. Nam hec que diximus ingeniĳ eſſe forte vi-
dentur. Si autem legem reſpiciamus plurima adhuc ⁊ potiora dicē-
tur:hic enim Melchiſedech rex ſalez ſacerdos dei ſummi qui obuia-
uit Abrahe regreſſo a cede regum:qui ⁊ benedixit eum:primum qui-
dem interpretatur rex iuſtitie:deinde rex Salez quid eſt rex pacis ſi-
ne patre ſine matre ⁊ ſine genealogia:neq; initium dierum neq; finē
vite habens:ſimilatus autem filio dei manet ſacerdos imperpetuū
Et vt hec locis quibus ſignificauerat commēdaret deo adiecit: vide-
tis ait quantus ſit hic cui decimas dedit Abrahaz de primitiuis prin-
ceps patrum:vt enim qua potentia ⁊ quanta melchiſedech ſit oſten

Augu. i' li. j. veteris et no. teſta. q̄ſtiō e. cix. a.

Gene. xiiii.

dit laudat Abraã dicẽs. Qr princeps patrũ eſt: hoc eſt ceteris omni
bus melior Abraam ſed minimus ad Melchiſedech. Nonne mani Augu.opi.
feſtum eſt (inſit Auguſtinus) hunc hominem non eſſe ſed meliorem de Melchi
Quid eſt enim quod dicit de eo: quia res pacis eſt ꝛ rex iuſtitie pro ſedech.
pius accedite ꝛ videte. de longe enim ſolem videntes lucernam puta
tis: ꝛ argentum aſpicientes eſtimatis ſtannum poteſt aliquis homi
num dici rex pacis atqꝫ iuſtitie pax enim hominibus predicatur ſimi
liter ꝛ iuſtitia: hic autem ideo rex pacis ꝛ iuſtitie dicitur vt ab eo iuſti
tia ꝛ pax originem habere noſcatur. Non enim ſuper ipſum eſſe dici
poteſt quod ab ipſo regitur. Nam homines iuſtitia magiſtra ꝛ pa-
ce erudiuntur ad deum promerendũ. Hec ergo que hominuꝫ magi
ſtra eſt melchiſedech habet regem. Quantum ergo melior eſt homi-
ne melchiſedech quando gubernatrix hominum ſub ipſo eſt: hoc eſt
regẽ eſſe regum. Itaqꝫ cum rex iuſtitie ꝛ pacis dicitur auctor eorum
eſſe ſignificat vt quomodo domin⁹ Ieſus auctor vite eſt: ita ꝛ Mel
chiſedech auctor iuſtitie eſt ꝛ pacis. De melchiſedech dicat quia rex
iuſtitie ꝛ pacis eſt. Qua ratione ſecernatur non intelligo puto enim
(inquit Auguſtinus) nihil differre quantum ad rem pertinet regem
pacis a deo pacis. Rex enim dei eſt iuſtitia: ꝛ qui preuaricatur eũ re-
ſit dei iudicio. Melchiſedech autem ſacerdos dei ſummi ad benedi-
cendum Abraam apparuit ad preſagium futurorum ſanctorum. Qr
benedictio danda erat in futurũ plebi dei per antiſtitem fere dei: quẽ
dicimus ſacerdotẽ: hic ergo melchiſedech precurſor apparuit ſacra
ti futuri filij dei: quia precedit ad obſequium qui ordine ſequens: nõ
ergo admiranda ſint que diximus de melchiſedech: quando ſcriptu-
ra ad confuſionem obſtrepentiuꝫ plus addat ꝛ dicat poſt omnia eĩ
laude digna vt confundat maliuolos ait: ſimilatus autẽ filio dei ma
net ſacerdos in perpetuum. Similis aũt dei filio non poteſt eſſe niſi
ſit eiuſdem nature. Et quid (inſit Auguſtinus) incredibile videtur ſi
melchiſedech vt homo apparuit cum intelligatur tertia eſſe perſona
ſi enim chriſtus qui ſecunda perſona eſt frequenter viſus eſt in habi
tu hominis quid ambigitur de his que dicta ſunt legimus etenim in
pſalmo. Quia tu es (inquit) ſacerdos in eternum ſecundum ordineꝫ
melchiſedech: hoc nemo noſtruꝫ dubitat ad chriſti pertinere perſonã
quia eodem genere ſacerdos eſt chriſtus in eternum quo ꝛ melchiſe
dech. Sed ſumm⁹ ſacerdos eſt chriſtus melchiſedech ſecundus hec Diu⁹ ãbro.
eſt Augu. opinio de melchiſedech. Alij vero vt Amb. Nico. lirenſis De lira.
ſtapulenſiſqꝫ ꝛ ceteri authores dicũt Melchiſedech figurã eẽ xpi iõ Stapulẽſis

ſimphoniam chriſti ⁊ mechiſedech inquiunt hic diuinus inſerit apoſtolus. Neqꝫ nomen patris neqꝫ matris neqꝫ genealogia Melchiſedech in eloquijs ponitur neqꝫ initium dierum eius neqꝫ finis ꝙ chriſtus ſcd̃m humanitatem patrem non habuit ꝙ ſcd̃m diuinitatem non haberet matrem ꝙ eius diuina Geneſis ſit incognoſcibilis generationem (inquit) eius quis enarrabit ⁊ ꝙ humanã eius genealogiam ſacra texere non proprie deberent eloquia. Nam que texitur proprie ioſeph eſt genealogia non chriſti. Genealogia enim eius fuiſſet a virgine deducta ſerie: in dauid ⁊ iudam texenda: ſed moris non erat hebreorum a muliere texere genealogiam non ſcribitur (dicunt) principium neqꝫ finis dierum melchiſedech: qꝛ chriſtus manet ineternuꝫ neqꝫ reuera principium neqꝫ finem dierum habens patri coeternus quēadmodum ipſe dicebat iudeis. Amen amen dico vobis: anteꝙ̃ abraham fieret ego ſum. Sed reuera operoſum foret ⁊ huic loco minus accommodum recenſere impreſentiarum omnes authorum ſentētias de ſummo illo ſacerdote melchiſedech de quo meminit ad Hebreos apoſtolus. Neqꝫ ſatis conſtare nobis poteſt: quenam illarum ſit ceteris preferenda. Itaqꝫ veram eſſe ſcripturam fateri debemus eius autem intelligentiam aut lectione conſequi aut precibus a deo impetrare. Sed de melchiſedech latius diximus libro primo cap. x de mirabilibus ſacre ſcripture ad quem locum lectorē mittendū conſulo.

## ¶ Theorema tertium.

### ¶ Vulgata editio.

Hebre. xj.

¶ Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum argumentum nō apparentiuꝫ in hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo dei: vt ex inuiſibilibꝰ viſibilia fierēt.

### ¶ Intelligentia ex greco.

¶ Eſt autem fides eorum que ſperantur ſubſtantia rerum que nō videntur argumentū. In hac eī teſtimoniuꝫ acceperunt ſeniores. Fide intelligimꝰ ꝑfecta ſcl'a verbo dei: vt ex nō apparētibꝰ fctã ſint q̄ videntur

### ¶ Expoſitio.

ALius enim fide fulget: vt abraam alius caſtitate lucet: vt Joſeph. Alius nihilominus manſuetudine: vt homo dei moyſes. Item vero alius conſtantia: atqꝫ tolerantia vehementium dolorum ſicut admirabilis Job. In eo autem vbi dicitur abrahe: quia fides ei reputata eſt ad iuſticiam fides perfecta declaratur. Sicut enim / vt Origenes

cribit ſcientiam et prophetiam ex parte dicit apoſtolus. Et rurſum dicit eſſe perfectam in eo cum ſcribit ex parte ſcim⁹ ⁊ ex parte prophetamus. Cum venerit autem quod perfectum eſt deſtruetur ea que ex parte ſunt ita ⁊ fidem poſſumus intelligere eſſe aliquando ex parte ⁊ aliquādo perfectā. Et in euāgelio dicitur dn̄e auge nobis fidez. Et ipſe apoſtolus cum dicit: ſi habeā omnē fidē ita vt montes trāfferaȝ. Omnē cū dicit ex partib⁹ totā docet eſſe compoſitaȝ: ſȝ cū ad ſcripturas redeo non oībus credentibus inuenio (infit) ꝙ fides ad iuſticiā reputetur deniq; ſcriptum eſt de filijs iſrael: qꝛ crediderunt deo et famulo dei moſi. nec tn̄ additur quod de Abraā ſcriptū eſt. qꝛ reputatū eſt illi ad iuſtitiā ob hoc arbitratur Origenes ꝙ nō illis erat ſicut in Abraā ex multis partibus fidei in vnū coaceruata perfectio que mereretur ad iuſtitiā reputari ſimiliter (inquit) dici pōt ⁊ de alio qꝛ fidē dei habet: ſȝ non ſecundum ſcientiam ſi ignoret qꝛ fides ſine operib⁹ mortua eſt: ⁊ qꝛ fides dei non in ſolis verbis eſt: que interdū ab alio cōpoſita vel ſcripta diſcuntur: ſed in affectu mentis. Talē quondam habuit illa q̄ dixit ſi tetigero fimbriā veſtimēti eius ſalua ero. Si q̄s ergo nō ita habeat fidē vt ex actib⁹ ſuis bonis q̄ credit oſtēdat: pōt ⁊ ad ipſum dici qꝛ fidē dei hȝ ſed nō ſcd̄m ſciētiā pōt ⁊ de alio (infit) dici qꝛ charitatē dei hȝ ſed nō ſcd̄m ſcientiā: ⁊ iō dāda eſt precipue opa ſciētie. ne res nobis infeliciter accidat vt in fide poſiti fruſtremur a fide: zelū habētes bonoꝝ decidamus a bonis. Uis aūt ſcire qꝛ poteſt q̄ ſcientiā nō hȝ euaneſcere in fide. Audi ipſum Paulū q̄buſdā dicētē niſi ſine cā crediſtis. Accidit ergo ſine cauſa crediſſe his q̄ ſciētie operā nō dant vt in eo quod crediderūt ēt intellectū veritatis accipiāt. Sȝ nūc videamus ſi quid etiā ſecreti cōtineat ſermo: ſunt multa vt idē ſcribit Origenes: ⁊ diuerſa ſtudia litteraꝝ in hoc mūdo ⁊ videas ꝙ plurimos incipiētes a grāmaticis ediſcere carmina poetarū cōmediarūq; fabulas tragediarū: vel cōmētitias: vel horrificas narrationes hiſtoriarū lōga ac diuerſa volumina: tum deinde trāſire ad rethoricam atq; ibi omnē fucū eloquētie querere: poſt hec venire ad philoſophiam perſcrutari dialecticam. ſillogiſmorum nexus inquirere: menſuras geometrie pertentare: aſtrorum leges ac ſtellarum curſus perſcrutari: omittere quoq; nec muſicam: ⁊ ſic per oēs iſtas erudiri tam diuerſas: ⁊ varias diſciplinas in quibus nihil de dei voluntate cognouerunt multas quidem ſed peccatorum diuitias congregauerunt. Uideat autē vnū de eccleſia imperitū quidez in verbo atq; eruditione: ſed fide: ac timore dei repletum: qui propter timorē dei in nullo audet delinquere: ſed veretur omnino aperire os ſuum ne forte ſermo malus procedat de ore eius. ⁊ obſeruet etiam in minimo delinquere: a quibus obſeruare ſe non poteſt ille qui diues eſt in

In epiſtolaȝ ad rom. lib. x.

Origenes ſ homelia. iij. in pſal. xxxvj.

huiuſmodi ſapientia. Nos igitur ſibi conferens ſermo diuinus (ait) melius eſt modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas vt ſunt diuitie peccatorum ſapiētia huius mundi in qua diuites ſunt ⁊ abundantes in eloquentia: nec tamen ſe per hec continere preualēt a peccato. Modicum autē iuſti eſt qui habet fidem tanq̄ granum ſinapis modicam: ſed viuidam ⁊ vehementem: per quam communit: ⁊ continet a peccato. Melius eſt ergo modicum fidei iuſto ſuper diuitias peccatorum multas: quas habent in eloquentia ac ſapientia huius ſeculi que deſtruitur. Et ſi quidem ille ſit imperitus ⁊ idiota: ſed fidelis ⁊ timens deum: melius eſt modicum illud fidei huic iuſto ſuper diuitias peccatorum multas: quas ex huius ſeculi ſapientia cō pararunt: ſuper autem iſtos eſt qui diues eſt in verbo dei: et ſcientia veritatis: ideſt qui ſecundum apoſtolum diues eſt in omni verbo: et in omni ſcientia: ⁊ nihilominus diues eſt in operibus bonis. Maiores autem noſtri omnes concordanter aſſerunt fidem initium eſſe intellectus. In omni enī facultate quedam preſupponuntur vt principia prima que ſola fide apprehenduntur: ex quibus intelligentia tractandorum elicitur omnem enim aſcendere volentem ad doctrinam, credere neceſſe eſt his ſine quibus aſcēdere nequit. Ait enī Eſaias niſi credideritis non intelligetis. Fides vt Nicola⁹ cuſan⁹ ſcribit eſt in ſe complicans omne intelligibile: intellectus autem eſt fidei complicatio. Dirigitur igitur intellectus per fidē: ⁊ fides per intellectū extenditur vbi igitur non eſt ſana fides nullus eſt verus intellectus. Error principiorum ⁊ fundamenti debilitas: qualem concluſionem ſubinferant manifeſtum eſt. Nulla autem perfectior fides q̄ ipſamet veritas que ieſus eſt: quis non intelligit excellentiſſimum dei donū eſſe rectam fidem Johannes apoſtolus ait fidem incarnationis verbi dei nos in veritatem ducere vt dei filij efficiamur q̄propter hanc finalem cōcluſionem ſubinfert dicens. hec quidem ſcripta ſunt vt credatis: quoniam ieſus eſt filius dei.

*Nicola⁹ de cuſa cardialis li. iij. ca. xj. de docta ignorantia.*

## ¶ Theorema ſecundum.

¶ Vulgata editio ⁊ greca eandem habent intelligentiam.

*Hebre. xij.* ¶ Ne quis fornicator ſit: aut prophanus vt Eſau: qui propter vnā eſcam vendidit primitiua ſua. Scitote enim quoniam et poſtea cupiens hereditare benedictionem: reprobatus eſt. Non enim inuenit penitentie locum: q̄q̄ cum lachrimis inquiſiſſet eam.

## ¶ Expoſitio.

Eſau de via veniens deficiebat inedia: ⁊ in tantum famis rabie precipitatus eſt vt primatus ſuos lẽtis cibo diſtraxerit. Et que fuerunt gẽtes vt Origenes ſcribit. Genus fuerunt Eſau filij Iſaac fratris Iacob genus tribus progenies: prouincie regiones. Nam ſicut Iacob multitudinem genuit gentes iſraelitarum ⁊ iudeorum: ita Eſau multitudinem genuit gentiũ qui appellabantur idumei. Et quia adhuc erat memoria Abraham: ⁊ yſaac: ipſe Eſau dei erat cultor: ꝙꝙ enim in nonnullis violauerit: attamen eandem dei culturã filijs ſuis tradidit merito pleriqꝫ vt idem ſcribit Origenes idumeorum cultores dei fuerunt. ⁊ aliquanti valde religioſi ſicut Iob vel amici eius q̄ venerunt ad eũ. Cognominate namqꝫ ſunt quedam idumeorum regiones arabia in cuius arabie finibus manebat Iob nam ⁊ vxorem de arabia accepit: vt pote eiuſdez generis exiſtẽtibus arabicis. Nũc ſane perijt idumeorum ⁊ nomen: ⁊ lingua: ⁊ oẽs arabi nominantur atqꝫ om̃es ſyriace loquũtur. Iſaac vt diuus Ambroſius ſcribit ſeniori filio dixerat: vt cibum deferret ſibi: ⁊ acciperet benedictionem: ſed dum ille moram facit: ⁊ cibum agreſtem ⁊ forenſem requirit frater iunior domeſticum detulit ex ouium grege. Eſau ergo reprobatus eſt non tamen ſimpliciter reprobatus. Nam ⁊ benedictionem: ſed inferiori loco ⁊ poſſeſſionem accepit neqꝫ ad illum locum valuit ei penitentia. licet cuz multis lachrymis fuiſſet habita. Quid in filijs Iſaac indies ⁊ in filijs chriſti accidit ⁊ multi ob intemperantias ⁊ impuritates p̄cipuũ hereditatis locũ perdũt quem ſi poſtea q̄rũt hereditate reprobati ſunt non ſimpliciter: ſed ad eum locum neqꝫ penitentia multis continuata lachrimis eum obtinet benedictionis locum verbi cauſa virgo es ⁊ ad multa tempora mente ⁊ corpore incontaminatus vixiſti in fide filij dei irreprehenſibilis ſi perſeueras precipua benedictio ⁊ hereditas dabitur tibi eritqꝫ locus tuus cum virginibꝰ retinebiſqꝫ primogenitorum chriſti integrum ius. Si autẽ te malus abſtulerit error ⁊ cum muliere te inquinaueris pro modica ⁊ feda voluptate precipuam hereditatem perdidiſti quã poſt modum precipue volẽs reprobatꝰ es: ⁊ quantũcunqꝫ penitentiã egeris ⁊ lachrimas fuderis: locũ illum non inuenies ⁊ ſors tua nõ erit inter virgines. Si tñ penitẽtiã egeris nõ ſimpliciter reprobatꝰ eris: ſed bñdictionẽ pariter ⁊ hereditatẽ vt Eſau accipies ſed non eo loco quo et prius. ſunt enim in celeſti hereditate loco multa manſioneſqꝫ multe. Et Iſaac poſſeſſiones locaqꝫ multa habebat. Si autem te nõ peniteat benedictione priuabere ⁊ hereditate. Neqꝫ enim ſi Eſau nõ penituiſſet ⁊ fudiſſet lachrimas benedictionem a patre fuiſſet cõſecutus: hec enim olim in figura accidebant.

## ❡ Theorema quintum.

Hebre. xiij

❡ Vulgata editio ꝛ greca eandem habent intelligentiam.

❡ Doctrinis varijs ꝛ peregrinis nolite abduci. Optimum eſt ei gratia ſtabilire coꝛ non eſcis que non pꝛofuerunt ambulantibus in eis.

❡ Expoſitio.

Quemlibet non eſſe gnauū ad humanā philoſophiā litteraſq; gentilium capeſcendas voluit apoſtolus temperandū ergo eſt a plurimis ꝛ ſui huceq; ſue nocenda menſura. Multa quippe hominū genera tractare ea abſq; incōmodo non poſſunt. Alij in fide vacillant aut eiꝰ habitum a deo imbecillum habēt ꝛ infirmum vt ſi ea adirent que noſtre aduerſantur fidei facile decipulam incurrerent veluti rationes Ariſtotelis de motus eternitate. Auerrois de vnitate. Alexandri de coꝛruptibilitate intellectus quedam platonicoꝛuz placita que quāq; a noſtris iāpꝛidem exploſa ſunt nihilominus ſuperno lumine nō opoꝛtune admiſſo in eoꝛum tenebꝛis facile calligarēt. Ceterum nec ſeneſcēdum in philoſophoꝛum cōmentarijs medicis ipſis eſt atq; theologis. Theologos omnes recte eos appellauerim qui litteris ſacris incūbunt: vt deum cognoſcant venerantur colant eiuſq; placitis obſequātur aliiſq; ſint adiumento. Multos tamen non eo inficias dari poſſe ad pꝛiſtina ſtudia radius aut relaxādi animi gratia aut rememoꝛādi que obliti ſumus: aut cōponendi operis alicuius aut alioquopiaz genere iuuandi ſe ꝛ alios eis poꝛro in pꝛimis cauēdum qui enarrare Ariſtotelem ingrediuntur cauendum inquā cum huiuſcemodi negocia periculoſiſſima ſint his qui in obeūdo eo munere hallucinantur. Cuz ob diſtoꝛtos diſcentium affectus. Tum ob contumelias quibus ſe riuales (quos concurrentes vocant) afficiunt. Quo vitij genere ſatagunt captare fauoꝛem ignari vulgi: cuius a deo coꝛruptum iudicium vt eum ad ſtētoꝛis īuidiā vociferat exq̄ſitioꝛeſq; calūnias iactat doctioꝛē credat quare fit vt multi dū parare ſibi aut excogitare argumenta deberent enixe querant quaſdam hiſtrionum geſticulationes nouaſq; aduerſarium vilipendendi foꝛmas vt aſtantibus imperitis riſum excutiant ꝛ ei qui contra aut oppoſuerat aut reſponderat pudoꝛē ſi nature mitis ſi rigide ꝛ effrene furoꝛem ꝛ inſaniam. Et mirum eſt eos qui circa ea que ſunt legis diuine ſolum queſtionarium ad diſciplinā elegerunt modū non legiſſe peceptum pauli ad titum ſtultas queſtiōes ꝛ genealogias ꝛ contentiones ꝛ pugnas legis deuita ꝛ q̄ꝫ vtilis eſt pius ꝛ pꝛoficuus iuxta apoſtolica pꝛecepta recte inſtituendi ꝛ docendi modus: tā ille contentioſus ꝛ (vt ſic dicam) queſtionarius inutilis impius ꝛ vanus inutilis dico: qꝛ non edificat. Impius vero qꝛ ad deū

non eleuat non liqueſacit animas: vanus quia finem non aſſequitur
que eſt ꝯſummata dilectio ⁊ vite eterne fruct⁹. Qđ ſi quis ſit ſophi-
ſta ⁊ verborum pugnas amans: feriendus eſt apoſtolica ſententia in
humanis diſciplinis ſecte ſunt ⁊ bone ⁊ male ⁊ de parui momēti ſunt
⁊ periculi bone: eorum qui vicinius adherent authorib⁹ vt meliores
crediderim. Medicos q̃ Galeno ⁊ hippocrati ⁊ peritiores geome
tras: q̃ adherēt euclidi. Doctiores arithmeticos: qui Jordano ⁊ ni-
chomaco: philoſophos qui Platoni ⁊ Ariſtoteli in ijs in quibus fi-
dei noſtre non contradicunt ⁊ ita de reliquis: praue autem eorum q̃
ſua pro alienis tradiderunt: ⁊ longiſſime ab authoribus abſunt: ſic
peruerſus Martium: ⁊ euangeliorum ⁊ epiſtolarum penitus refu
tabat quicquid ſue ſecte non erat aſtipulatiuū vt igitur in humanis
ita in diuinis ſecte contingunt: ⁊ bone ⁊ male ⁊ deutraq; ex parte ma
gni ſunt momenti: aut ad ſalutem: aut ad eterne perditionis pericu-
culum: bone autem quando deo herent ⁊ diuine acquieſcunt intelli-
gentie: male vero: quando adeo ſecantur. Et diuine (que ſpiritus
ſancti eſt) aduerſantur intelligentie: ſaduceorum ſecta peruerſa erat:
ſed ⁊ Eſſeorum ⁊ phariſeorum: quo ad plurimos: ſecta bona. Naꝫ
prophete ſecta Eſſei aut phariſei fuerunt ⁊ Nathanael: ſecta phari-
ſeus. de quo ſaluator ait. Ecce vere iſraelita in quo dolus non eſt: ve
rum vt ſtapulenſis noſter recte ſcribit quandiu quippiam a fundamē
to non eſt ſectum. non tam ſectum q̄ vnitū dicitur. Quod autē ab ijs
que fundamento herent ſectum eſt procul abiectum omnino ſectum
eſt ⁊ non coniunctum. Jdcirco vera ſecta non tam ſecta q̄ non ſecta di
citur qui enim illius ſunt herent deo qui fundamentum eſt ⁊ intelligē
tie ſpiritus. Non igit̃ ſecti ſunt ſed vniti ⁊ herentes. Sed mala ſecta
(eadem enim eſt ⁊ falſa) omnino ſecta eſt. Cum autem dicit apoſto-
lus bonum enim eſt gratia confirmari cor. Gratia que confirmat cor
doctrina chriſti eſt. Cibi in quibus qui ambulauerunt nō profecerūt
varie doctrine ⁊ peregrine que dei ſermonem non continent ſed po-
tius illi aduerſantur. Nam (vt ſcriptum eſt) non in ſolo pane viuit ho
mo ſed in omni verbo quod procedit ex ore dei. Nulla porro eſt do-
ctrina vt diuus Auguſtinus ſcribit falſa que non aliqua vera intermi
ſceat vera ergo (inquit) falſis inordinate permixta in vna diſputatio
ne vel narratione hominis tanq̄ in vnius corporis colore apparētia
ſignificant lepram tanq̄ veris falſiſq; colorum locis humana corpo-
ra variantem atq; maculantem. Hi autem tam vitandi ſunt eccleſie vt

Auguſtin⁹ in lib. q̄ſtionum euangelij. ij

ſi fieri poteſt longius remoti magno clamore chriſtum interpellant
ſicut iſti decem qui ſteterunt a longe ⁊ eleuauerunt vocem dicentes.
Jeſu preceptor miſerere noſtri. Nam ⁊ quod preceptorem vocant
quo nomine neſcio vtrum quiſq̄ dominum interpellauerit pro me-

dicina corporali ſatis puto ſignificare lepram falſam eſſe doctrinam quam bonus preceptor abſterget.

## De aſſidua dei deprecatione.

SUper his vero omnibus bonis gratias tantarum rerū auctori agamus deo. Glorificemus Paulū: per quē iſta completa ſunt: oremus etiam vt ipſi quoq; eiſdem perfruamur bonis. At nos precari debemus: vt hanc nobis a chriſto impetret gratiam quo in epiſtolis eius proficere poſſimus ad dei honorem ⁊ gloriam ⁊ ſic in ſpirituali intelligētia proficere: vt lux ſacrarum litterarum: per eam nobis infulgeat ⁊ chriſtus in theſauris ſapientie ſue cum ſanctis omnibus ſpiritualiter a nobis celebret. gratia ⁊ miſericordia do. no. Je. chriſti per quem ⁊ cum quo gloria patri cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorū Amen

## Peroratio.

HEc habui de tenui facultate mee penurie que diuturne amicitie noſtre ⁊ mutue charitatis officio dederim plura ſcio dici potuiſſe ⁊ copioſius et elegantius: ſed parcendū fuit aurium faſtidio. Tu preſul ſacratiſſime ex ingenij tui fertilitate ac copia: ⁊ laboris tui opera ac induſtria conquires plura atq; meliora: que his noſtris adiuncta tibi: ⁊ mihi ad celeſtem patriam eſſe poterunt pro vehiculo. Uos etiā o clariſſimi ſcriptores: qui vitam terrenam ⁊ mortalē adhuc agitis interpello oro. obteſtorq; ſi quid minus veſtris meritis ingenuis: vel lucubrationibus dignum in hoc opuſculo peregimus: non voluntati: ſed imperitie noſtre aſcribatis: veniā quā petimus nō denegātes.

## De epiſtolis catholicis quas noſtri canonicas vocant ⁊ cur non expoſuerit illarum theoremata author.

Quanq̄ Pauli theoremata a veteribus theologis ali-
quando expoſita ⁊ declarata ſint ad eaſdēq; Pauli
epiſtolas interpretandas ⁊ propagādas nonnulli eta
tis noſtre viri doctiſſimi validiſſimas ratiōes ſcriptis
mandauerunt: minime tamen alienum putaui autori
tate beatiſſimi petri ſecūda petri tertio capite motus ſi probationes
aliquas afferrez quibus et ipſamet propugnaretur fides ⁊ expugna
retur impietas. Sed ſi humana curioſitas quo in numero magna
pars vrbanorum omneſq; pene litterarum cupidi ſunt forſitan que-
ſierit quonam pacto tu champeri pauli theoremata tātummodo ex-
poſuiſti cum et in epiſtolis catholicis quas noſtri canonicas vocant
plura contineantur theoremata et tamen ea intacta reliquiſti. Non
eo inficias immo ingenue fateor plura in illis theoremata repeiſſe.
Etenim in earum lectione me profeciſſe plurimum libera voce fateor
Sed quoniam vt inquit poeta. Non omnia poſſumus omnes. Ea-
rum epiſtolarum expoſitionem poſteris relinquo vt de ſua vena ad-
dant: vbi ego defatigatus deſtiti. Ceterum ⁊ id annotare hic non fue
rit ſuperuacuum ꝙ ſeptem ille epiſtole ſanctorum quattuor apoſtolo
rum Iacobi Petri Ioannis ⁊ iude recto ⁊ apto nomine nuncupan
tur catholice id eſt vniuerſales ꝙ non ſcribantur ad aliquam particu
larem eccleſiam aut ſingularem hominem quemadmodum epiſtole
beati Pauli: ſed indifferenter ⁊ promiſcue ad totum credentium in
chriſtum cetum vniuerſamq; chriſtianorum congregationem excepta
ſecunda ⁊ tertia epiſtola Iohannis. Scriptorum autem imperitia
factum eſt (vt nonnulli viri eruditiſſimi coniectant) ꝙ commutatis
aliquibus mediarum ſyllabarum litteris pro catholicis vulgo cano
nice dicantur epiſtole cum non canonice ſed catholice ſint appllande
Quocirca animo noſtro tenacius hereat vera eſſe catholicarum epi-
ſtolarum theoremata eorum autem intelligentiam aut lectione conſe
qui aut precibus a deo impetrare. Si enim Ioannes apoſtolus qui
in cena domini ſupra pectus recubuit non explicuit ſuarū epiſtolaruz
Theoremata ⁊ myſteria quis ſufficiet ad rectam eorum expreſſionez
niſi ſpititu ſancto reuelāte id fuerit edoctus quare illud ſapientis ani
mo noſtro tenacius hereat. Sicut qui mel multum comedit non eſt
ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria.
Rurſum alio loco. Altiora te ne queſieris et fortiora te ne ſcru-
tatus fueris: ſed que precepit tibi deus / illa cogita ſemper / et
in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi ne-
ceſſariuz ea que abſcōdita ſunt videre oculis tuis. In ſuperuacuis re
bus noli ſcrutari multipliciter ⁊ in pluribus eius operibus non eris
curioſus plurima ei ſuper ſenſuz hominū oſtēſa ſunt tibi. Multos ei

ſupplantauit ſuſpitio illorum: ⁊ in vanitate detinuit ſenſus illorum. Necꝫ aliud ſignant in geneſi homines illi turrim confuſionis edificare volentes cuius culmen pertingeret vſcꝫ ad celū: ſed inducta linguarum varietate ⁊ diuiſione incepto deſiſtere coacti ꝙ eos qui inacceſſa diuinitatis arcana rimari audent ⁊ arduum conſcendūt ethera plerūcꝫ in confuſionem errorum ⁊ barathrum impietatis decidere ſolitos proinde ſalubriter nos monet apoſtolus nō altū ſapere nec plus ſapere ꝙ oportet: ſed ſapere ad ſobrietatem. Et idem monet Damaſcenꝰ nos limites diuina cognoſcendi a ſumma deitate definitos trāſcendere non debere. Relinquo igitur poſteris eam prouinciam vt de ſua vena addant vbi ego defatigatus deſtiti.

Damaſcenus. li. j. c. j.

## ℭ Ex epiſtola beati Jacobi apoſtoli Theoremata.

### ℭ Theorema primum.

Capitu. j.

ℭ Nemo cum tentatur dicat: quoniam a deo tentor. Deus enim intentator malorum eſt. Ipſe autem neminem tentat vnuſquiſcꝫ vero tentatur a concupiſcentia ſua: abſtractus ⁊ illectus.

### ℭ Theorema ſecundum.

Cap. ij. Iſtud theorema declaratur a diuo Auguſtino. lib. ij. de origine anime et de ſententia iacobi ad hieronimum.

ℭ Quicuncꝫ autem totam legem ſeruauerit: offendat autem in vno factus eſt omnium reus. Qui enim dixit non mechaberis dixit ⁊ non occides. Quod ſi non mechaberis occides autē: factus eſt tranſgreſſor legis. Sic loquimini ⁊ ſic facite ſicut ꝑ legem libertatis incipientes iudicari.

## ℭ Ex epiſtolis beati Petri apoſtoli Theoremata.

### ℭ Theorema primum.

Pria pe. ij. Eſa. xxviij. pſal. lxxvij. Math. xxj. Mar. xij. Luce. xx. Actu. iiij.

ℭ Dulcis eſt dominus ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum a deo autem electum ⁊ honorificatum ⁊ ipſi tanꝙ lapides viui ſuperedificamini domus ſpirituales ſacerdotiuꝫ ſanctum: offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles deo per ieſum chriſtum propter quod continet ſcriptura. Ecce pono in ſyon lapidem ſummū angularem probatum electum precioſum: ⁊ qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credentibus non credentibus autem lapis quem reprobauerunt edificātes hic factus eſt in caput anguli ⁊ lapis offenſionis ⁊ petra ſcandali. His qui

offendunt verbo nec credunt in quo ⁊ poſiti ſunt. Exo.xix.

Oſee.ij.
Roma.ix.
Roma.xiij

## ¶ Theorema ſecundum.

¶ Nemo autem veſtrum patiatur quaſi homicida aut fur aut male- Gala.v.
dicus aut alienorum appetitor. Si autem vt chriſtianus non erube- Prima pe=
ſcat glorificet autem deum in iſto nomine quoniam tempus eſt vt in- tri.iiij.
cipiat iudicium a domo dei. Si autem primũ a nobis quis finis eorꝫ
qui non credunt dei euangelio. Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur im-
pius ⁊ peccator vbi parebunt. Itaqꝫ ⁊ hi qui patiuntur ſcđm volũta- Prouer.xi.
tem dei fideli creatori cõmendent animas ſuas in benefactis.

## ¶ Theorema tertium ex ſecunda Petri epiſtola.

¶ Omnis prophetia propria interpretatione non fit. Nõ eni volũ-
tate humana allata ineſt aliquando prophetia ſed ſpiritu ſancto in- Scđa pe.i.
ſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. ij.Ti.iij.

## ¶ Theorema quartum ex eadem epiſtola.

¶ Nouit enim deus pios de tentatione eripere: iniquos vero in diẽ
iudicij reſeruare cruciandos. Scđa pe.ij

## ¶ Theorema quintum ex eadem.

¶ Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione do- Scđa pe.ij
mini noſtri ⁊ ſaluatoris ieſu chriſti his rurſus implicati ſuperantur: ⁊ Ioã.viij.
facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius eniꝫ erat illis
non cognoſcere viam iuſticie ꝙ poſt agnitionem retrorſum conuerti
ab eo quod iſtis traditum eſt ſancto mandato. Contingit enim eis il-
lud veri prouerbij. Canis reuerſus ad ſuum vomitum: ⁊ ſus lota in
volutabro luti.

## ¶ Theorema ſextum ex eadem epiſtola.

¶ Unũ vero hoc non lateat vos chariſſimi: q̃ vn' dies apud dñꝫ ſi- ij.petr.iij.
cut mille anni ⁊ mille anni ſicut dies vnus. Non tardat dominus pro et Eze.xij.
miſſionem ſuam ſicut quidem exiſtimant ſed patienter agit propter i.Teſſa.v.
vos nolens aliquos perire ſed omnes ad penitentiam reuerti. Adue Apoca.iij.
niet autem dies dñi vt fur in quo celi magno impetu tranſient elemẽ-

ta vero calore ſoluentur.

## Theorema ſeptimum.

ij. petri. iij. ¶ Chariſſimi hec expectantes ſatagite immaculati ⁊ inuiolati ei inueniri in pace ⁊ domini noſtri ieſu chriſti longanimitate ſalutem arbitramini ſicut ⁊ chariſſimus frater noſter paulus ſcd̄m datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis ſicut ⁊ in omnibus epiſtolis loquens in eis de his in quibus ſunt quedam difficilia intellectu que indocti ⁊ inutiles deprauant ſicut ⁊ ceteras ſcripturas ad ſuaȝ ipſorum perditionē.

## Ex epiſtolis beati Johannis apoſtoli Theoremata.

## Theorema primum.

j. Johã. ij. ¶ Si quis diligit mundum non eſt charitas patris in eo. Quoniaȝ omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt ⁊ concupiſcentia oculorum ⁊ ſuperbia vite que nõ eſt ex patre: ſed ex mũdo eſt. Et mũdus tranſit ⁊ concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatē dei manet ineternum. Filioli nouiſſima hora eſt. Et ſicut audiſtis qȝ antichriſtus venit nũc antichriſti multi facti ſunt vnde ſcimus quia nouiſſima hora eſt.

## Theorema ſecundum.

j. Johã. iij. ¶ Chariſſimi ſi deus dilexit nos: ⁊ nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnq̄.

## Theorema tertium.

j. Johã. v. ¶ Omne quod natum eſt ex deo vincit mundum: ⁊ hec eſt victoria que vincit mundum fides noſtra. Quis eſt autem niſi qui credit quoniam ieſus eſt filius dei. Hic eſt qui venit per aquam ⁊ ſanguinē ieſus chriſtus. Non in aqua ſolum ſed in aquaȝ ⁊ ſanguinem. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur quoniam chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in celo pater verbum ⁊ ſpirituſſanctus et hi tres vnum ſunt.

## Theorema quartum.

j. Johã. v. ¶ Qui ſit fratrem ſuum peccare peccatum nõ ad mortem petat ⁊ dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Et peccatum ad mortem non

pro illo dico vt roget quis omnis iniquitas peccatum eſt et eſt peccatum ad mortem.

Vide ſolutionē huius theorematis .li.ij.tra.ij.cap.v.de mirabilib⁹ ſacre ſcripture et i augu.lib.j.retractationū cap.xix.

## Theorema primū ex epiſtola beati iude apoſtoli.

Cum michael archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de moyſi corpore non eſt auſus iudicium inferre blaſphemie ſed dixit Impe et tibi deus. Ve illis qui in via cayn abierunt τ errore balaam mercede effuſi ſunt τ in cōtradictione chore abierunt.

## Theorema ſecūdū ex epiſtola beati iude apoſtoli.

Prophetauit autem ſeptimus ad Adam Enoch dicens. Ecce venit dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudicium contra omnes τ arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorū quibus impie egerunt: τ de omnibus duris verbis que locuti ſunt cōtra deum peccatores impij hi ſunt murmuratores queruloſi ſcd̄m deſideria ſua ambulantes τ os eorum loquitur ſuperbiam mirantes queſtus cauſa.

Cōſilator medic⁹ dictus petrus d ebano differētia. c.j. ſui cōſilatoris aſſerit Enoch fuiſſe quē dicūt hermetem trimegiſtū ſeu mercurium illi tamē credendum non cenſeo.

## Oratio ad ſanctos dei apoſtolos.

Felices ſancti dei chriſti apoſtoli vos obſecro per ipſum vos rogo qui vos elegit. vos porte pulcherrime que in magnā ſurrexiſtis altitudinē intercedite τ orate conſtāter atq; indeſinēter pro nobis miſeris multumq; negligentibus peccatoribus. Sumus nāq; valde fragiles: τ nullius virtutis homūciones animalia vētris τ carnis mancipia in quibus vix aliquid virtutis veſtigium apparet. Orate dominum orate pijſſimi orate omnia agmina ſanctoꝝ τ vniuerſi cetus beatoruz vt veſtris precibus meritiſq; adiuti ſalua naue τ integris mercibus peruenire mereamur ad portuz perpetue ſalutis τ quietis τ continue pacis τ nunq̄ finiende ſecuritatis. Amen.

# Tertium volumen.

Mirabile religiõis chriſtiane propugnaculum in lib. quattuor partiales partitum.

Primus apologeticus aduerſum gentes.

Secundus in iudeos.

Tertius contra hereticos.

Quartꝰ aduerſus Mahumetenſes.

## ¶ Oratio ad deum.

Christe domine verbū patris / ieſu domine / ieſu pie / ieſu bone / qui mori dignatus es ꝓpter peccata noſtra ⁊ reſurrexiſti propter iuſtificationem noſtram qui veniſti in hunc mundum peccatores ſaluos facere: rogo te per indulgentiſſima miſericordie tue viſcera emenda gentilium vitam: meliora illorum actus: compone mores: tolle de iudeis incredulitates ⁊ emenda fidem. Tolle de hereticorum mente quod tibi diſplicet: ⁊ Mahumetenſium inſaniam tolle de mundo: ⁊ da ipſis quod noſti tibi placere ⁊ chriſtianis ꝓdeſſe. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine niſi tu ſolus: tu es deus omnipotens infinite pietatis qui iuſtificas īpios ⁊ viuificas mortuos propter peccatum: tolle ergo de inimicis legis tue quicquid tibi diſplicet in ipſos. Imperfecta enim ipſorū plurima vident oculi tui mitte queſo manū pietatis tue in illos: ⁊ tolle ab illis q̇cq̇d offendit oc̄los pietatis tue in ipſis: vt fiat vnū ouile ⁊ vnus paſtor. Scribe digito tuo in pectore meo dulcem memoriam tui melliflui nominis nulla vnꝙ̄ obliuione delendam. Scribe in tabulis cordis mei voluntatem tuaꝫ ⁊ iuſtificationes tuas vt te immenſe dulcedinis dominum ⁊ precepta tue religionis ſemper ⁊ vbiqꝫ habeam pre oculis meis,

Amen.

## Domini Simphoriani chāperij Lugdunēsis de religione christiana cōtra Gētiles iudeos hereticos et Mahumetēses aurei libri quattuor.

### Quid religio. Cap.j.

Religio vt Marcus tulliꝰ inquit est que superioris cuiusdam nature quam diuinam vocant curam cerimoniamq; affert. Plutharcus vero dicit religionem esse diuinarum rerum scientiam a philosophis appellatā Masurius Sabinus scribit religiosum esse id quod propter sanctitatem aliquem remotum ac sepositum sit a nobis a relinquendo dictum. Ostendit enim religiosum locum esse a populi communione separatum difficultate adeundi. Lactantius a religando religionem dictam asserit hac conditione inquit gignuntur vt generati nos deo iusta obsequia prebeamꝰ hunc solum nouerimus. Hunc sequamur hoc vinculo pietatis obstricti deo et religati sumus vnde ipsa religio nomen accepit non vt Cicero interpretatus est a relegando. Augustinus vero a religēdo religionē dici existimat cū inq̄t hunc eligētes vel potius reeligētes amiseramꝰ ei negligētes hūc q̄ reeligentes vnde et religio dicta perhibetur. Religio igitur et si ab alijs aliter diffiniatur vt; vere ita pie esse dicatur quedā hominum per pia opera cum deo religatio hec sanctitatis nexu pietati iungitur que eadem est: et dei optimi maximi agnitio mouet pietas sanctitatez: sanctitas religionem: religio vtrāq; amplectitur: ac quodāmodo religat: primū igitur omniū deū intelligit humana pietas: eiusq; cōtēplat naturā q̄ supra q̄ dici possit eximia est et excellens hunc animi conceptū excipit sanctitas omnesq; humane mentis rationes in eo quem quoquo modo nouit amando deficit vnde postrema illa oritur piorum operum ratio mandatorūq; obseruatio quam religionem dicimus: hec virtus tam hominis propria est: tam huic animali omnium nobilissimo conueniēs tam deniq; appetibilis vt nulla sit omnibus terris gens tam fera tam morum et rerum expers que si non probabilem non tamen aliquaz sibi finxerit religionem. Etenī quid olim fuit in terris simplicius indis: etiopibus vanius: scitarum gente rigidius: mēdacius grecis atq; egiptijs Arabibus molliꝰ: afris perfidiꝰ: quid Getulis incultius: hispanis leuiꝰ: bellaciꝰ gallis. Quid horridiꝰ germanis. Quid getis mitiꝰ: truculētius sarmatis: sȝ in tā varijs humanaꝝ gētiū affectibꝰ tāta corporꝝ

Cice. lib. ij. artis ve.
Plutarchꝰ et pauli emilij vita.
Masuriꝰ. Sabinus.
Lactātius. lib. iiij.
Augustinꝰ li. x. de ciuitate dei.

animorumqꝫ diſcrepātia cultus ⁊ morum diuerſitate vna oibus fuit
religionis cura: ⁊ velut ingenita quedam appetentia quo contingit
vt barbare gentes inculte ſine legibus ſine moribus omnis pene hu
manitatis expertes: qꝛ diu veritas in oculto fuit aut certe paucis no
ta. Alie alios ſibi deos commente ſint aut aliunde acceptos pertina
citer colere perſeuerauerunt. Ceterum idem affectus in cauſa fuit: vt
nihil ab initio in tota vita aut ſanctius in cauſa fuit aut venerabiliꝰ ar
bitrati ſint mortales his qui diuinarum rerum interpretes eſſent aut
Antiquorū miſteria. ſacrarum cerimoniarum miniſtri: ſic india bragmagnas mirata eſt.
Magos aſſyria. Sacerdotes egyptius iudei prophetas. Druydas
Galli atqꝫ alij alios quos ſapiētum etiam appellatione quiſqꝫ ſua vo
ce dignati ſunt: cum omnis fere eorum meditatio in diuinarum rerū
contemplatione ſita eſſet: vnde ipſis gentibus ſua cuiqꝫ eſt religio or
ta aut certe nō mediocriter aucta vnde mercurius triſmegiſtus leges
egyptijs tradidit in mercurium zoroaſter bactrianis perſiſqꝫ in oro
Gentium et antiquorū leges. maſim. Moſes iudeis rectiſſime in patrem totius nature deum: mi
nos cretēſibus in iouē carondas: carthaginēſibus in ſaturnū: lycur
gus lacedemonijs: in appolinem Draco ⁊ ſolon athenieſibus in mi
neruam: Numa pōpilius romanis in egeriā. Druides ſiue Sarōni
de gallorū ſacerdotes: in mercurium Appollinem martem iouem ⁊
mineruam xamolchis ſcithis in veſtam: plato magneſijs ⁊ ſiculis
iouem ⁊ appollinem Macometh arabibus: in gabrielem chriſti
vero apoſtoli ⁊ euangeliſte in patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritū ſanctū rectiſ
ſime tradiderunt. Hec eſt vera religio quam chriſtiana pietas colit
omnium que vnqꝫ fuerunt quecqꝫ ſunt hodie aut eſſe poterunt ſine cō
trouerſia ſanctiſſima longeqꝫ veriſſima. ꝙ veriſſimus auctor vel ipſa
potius veritas inſtituit ſanxit pieqꝫ colendam tradidit hanc ergo vt
teneas hortor ⁊ moneo hec enim lex vite via eſt in celum recta: ⁊ ꝙ bre
uiſſima ad illa ſempiterna bona que oculus non vidit nec auris audi
p̄s. cxvij. uit. Alie vero leges ambages ſunt ⁊ fabulationes ſicut dicit p̄s. Nar
p̄. cxlvij. rauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua ⁊ c. p̄. cxlvij. Non
fecit taliter omni nationi ⁊ iudicia ſua non manifeſtauit eis. In nomi
ne ieſu vt ipſe predixerat ſunt eiecta demonia ſunt curati [illegible] mor
tui ſuſcitati ydola confracta templa deſtructa ⁊ demū predicata p to
tū orbē veritas orthodoxa. Hoc apoſtoli: hoc martyres: hoc ſancti
confeſſores inuocato chriſti nomine: non in angulis ſed palā coram
principibꝰ regibus ⁊ populis in aperto fecerunt. Nulla iā natio nul
la mundi pars niſi forte aliqne apud antipodes ſi tamen vſqꝫ ſunt an
tipodes vel alie inſule nobis ignote ſint in quas nondum chriſti fama
tranſierit ydolatrie ſeruit. Et quis hanc per orbem ſparſit doctrinam
Et quis dogma hoc per inſulas per mare per terrā ſeminauit. Nēpe

illi de quibus Dauid dixerat pro patribus tuis.hoc eſt pro patriarchis ꝛ prophetis nati ſunt tibi filij ideſt apoſtoli qui ſunt a xpo ĩ patrũ antiquorum locũ ſubrogati. Et alibi in omnẽ terram exiuit ſon⁹ eoꝝ: ꝛ in fines orbis terre verba eorum. Nã dũ Thomas parthos ꝛ indos: Matheus ethiopiam: Johãnes aſiam: Petrus põtũ Galatheam capadociam Paulus greciam ꝛ illiricũ. Et ambo ſcꝫ Petrus ꝛ Paulus Romã ꝛ italiã die noctuqꝫ docẽdo perambulabant pulſa ſunt ex tẽplorũ adytis ſimulachriſqꝫ demonia tẽpla euerſa: ſtatue comminute are contrite.

## Quomodo ante chriſtum idolatrie populus ſeruiuit. Caput.ij.

REges olim fuerunt qui ob regalez memoriã coli apud ſuos poſtmodum etiam in morte ceperũt: inde illis inſtituta templa: inde ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expreſſa ſimulachra. Nam ꝛ immolabant hoſtias ꝛ dies feſtos dando honore celebrabant Inde poſteris facta ſunt ſacra: que primis fuerãt aſſumpta ſolatia. Nam vt videamus an ſtet hec apud ſingulos veritas verum me illũ nefarium ydolorum cultum a chriſtiana religione: abhorrentẽ diffuſius edoceamus: tametſi ea res narratu ardua eſt: quo non paruam antiquorum fuiſſe: dementiam cognoſces legimus venerem a ſiculis colonis plurimum honoratam. Erat nempe in erice ſicilie monte excelſo veneris templum ſingulari veneratione cultum mulieruꝫ ſuo miniſterio dicaturum frequentia refertuꝫ: quas ꝛ ex ſicilia ꝛ externis regionibus multi locarant: ꝛ vt Diodorus ſiculus auctor eſt. Butes ſicilie rex ex venere ericẽ filium ſuſtulit. Hic vero ob maternũ genus in ſumma gloria habitus vrbem condidit in alto loco a ſe denominatam: eiuſqꝫ in arce veneri matri templum poſuit multum donarijs ornatum. Quid Paphiam cypri vrbem memorem: vbi templuꝫ inſigne admodum veneri ſacratum affirmat Uirgilius ipſa Paphũ ſublimis abit ſedeſqꝫ reuiſit Leta ſuas vbi tẽplum illi centumqꝫ ſabeo Thure calent are certiqꝫ recentibus halant libici Jouem ammonem arenarium coluerunt. Ferunt liberum patrem per libie deſerta exercitum duxiſſe vniuerſa iam deuicta Aſia: qui cum ſiti admodum laboraret: imploraſſe a Joue patre ſuo auxilium dicitur eo facto apparuiſſe ei extemplo arietem quem dum fugientem inſequitur perueniſſe illo duce ad fontem ameniſſimum: quapropter deſiderio potitum exiſtimaſſe, arietem illum fuiſſe Jouem: eiqꝫ templũ mire magnitudinis in harena conſtituiſſe: et deũ vocaſſe ammonem ſeu

Uenus a ſiculis honorata.

Diodorus ſiculus.

Uenus paphia.

Uirgil⁹ in primo eneidos

Jupiter Ammon.

Diana a creteſibus honoratur.

arenarium. Ferunt itidem dianam dictimaꝫ vocitatam. Agnoſiaſis populis honoratam eiqꝫ conſtructum templū in mōte quod dictimū nuncuparunt habuit pariter ephesi templum egregium ducentis viginti annis a tota aſia factum in ſolo paluſtri ne terre motuꝫ ſentiret centum viginti ſeptem colūne. In eo templo fuerunt a ſingulis regibus conſtructe ſexaginta pedum altitudine: inter quas triginta ſex celate fuerunt miro artificio. Fuit preterea illi tēplū in taurica regione ad quod vt ſcribit ſeruius yphigenia delata eſt regnante illic thoante rege vbi diane ſacerdos effecta cuꝫ deam de more humano ſanguine placaret. Oreſtem fratrē agnouit qui carendi furoris gratia cū amico pilade colchos petierat ⁊ cū his occiſo thoante ſimulachruꝫ ſuſtulit aretiāqꝫ detulit: ſed cuꝫ poſtea romanis crudelitas diſpliceret ꝙꝙ immolarentur ad laconas eſt diana tranſlata vbi ſacrificij conſuetudo adoleſcentulorum verberibus ſeruatur Raumuſia quā fortunam dicunt a Rhaumi vrbe euboye a cecropijs religioſiſſime culta fertur ab athenēſibus pallas: vnde ⁊ athene vrbs palladis dicitur. Ferūt enim poete inter neptunum Mineruāqꝫ fuiſſe diſcordiam vter athenis nomen imponeret delata eſt ad ionē contentio que vtrumqꝫ terrā percutere iuſſit ⁊ ex cuius pulſu omen melius oriretur. Ille vrbi nomē daret. Neptunus terrā tridente percuſſit vnde natus eſt equus pallas haſta ⁊ continuo oliua orta eſt: Cum vero equus bellum portenderet oliua pacem pallas vrbi nomen dedit quibus conuenit Horatius. Sunt quibus vnum opus eſt intacte palladis vrbem carmine perpetuo celebrare ⁊ vndiqꝫ deceptam fronti preponere oliuā. Tradūt etiam appollinem apud rhodum licie inſule vrbem cultum fuiſſe in qua ſolino auctore nunꝙ celum a deo nubiluꝫ eſt vt ſol non ſit. Unde ⁊ nonnunꝙ ea vrbs plebea vocitatur. Excolitur apud hortigiam egei maris inſulam latona que alio vocabulo delos dicitur: ſed hortigia ſolino teſte cognominata eſt ꝙ in ea primum viſe ſint coturnices quas greci hortigias vocant in ea ſiquidem inſula latona eodem partu a Ioue oppreſſa dianā ⁊ appollinē pepit iuno a cartaginēſib9 i maximo honore fuiſſe perhibetur. A ſamijs ſimiliter apud quos adoleuit ⁊ ioui nupſit. Oſiris apud egyptios in maxima veneratione habitus eſt. Hic iouis fuit ex Niobe filius cum phoroneo auo in argiuorum regno ſuccederet egyleum fratrem achaie regno prefecit ipſe vero maioris glorie cupidus ad egyptios. Uſqꝫ tranſfretauit quos cū ſuo ſubmiſiſſet imperio iſidem inachi filiā matrimonio ſibi copulauit. Rudes eius loci homines multa edocuit quamobrem diuinos ab illis adeptus eſt honores ſed tādem cum antiphone fratre occiſus laniatuſqꝫ eſſet ⁊ ab vxore yſide diu eius mēbra quererentur nec inue-

Diana taurica.

Horati9 in carminum.

Rhamiſia fortuna.

Appollo rodius.

Oſiris egyptius.

niri poſſent iraſcebatur in egyptios: quem demum cum comperiſſet ad illum ſepeliendum abatbum inacceſſaƺ inſulam elegit ⁊ cũ deide egyptijs apparere cepiſſe bos inſtar numinis putauerunt illũ. Oſi rim eſſe: ⁊ vt deum adorare ceperũt commutatoqꝫ nomine illũ apim vocauerunt bouem vnde Tibulus te canit atqꝫ ſuum pubes miratur Oſirim barbara nemphitem plangere docta boueƺ. Reliqueri ũt ſuo rũ dogmatũ monumentis poete Cybelem deorũ matrem a phrigijs honoratam illa auctore ſeruio ſaturni vxor prius ops appellata a cibele phrigie mõte cybele cognominata eſt. Colebaẗ etiã olim Bacchꝰ marie in boetia: in pnaſo, vcƺ ⁊ i tracia creditusqꝫ eſt idẽ eſſe q̃ ⁊ appollo ⁊ Dionyſius cuius ſacra orgia ⁊ bachanalia dicebantur illi caprum ſacrificabant: q̄ vitibus quarum baccbus dicitur ſit inuiſus roma iouem panonipheum ſeu cui omnium voce ſacratur maximo honore afficiebant cui templum in arce capitolina ſeu tarpeia ſtruxerat: ad quod triumphantes ducere ſolebant ioui taurum candidum ſacrificantes fuit focis parua grecorum regio appollinis delphici oraculo famoſa in ea enim ciuitas eſt delphi. Ubi ditiſſimum appollini tẽplum ſacrum erat in quo reſponſa dabantur. Fuit etiam chaonia regio europe in qua Dodanam ſiluam poetarum carminibus percelebreƺ fuiſſe dicunt. Fuit illic templũ ioui dodoneo ſacrum in quod duas columbas celo deſcendiſſe ferunt veteribus ſolitas inſidere quercubus e quibus reſponſa poſtulantibus ab illis dabantur. Quid cumanam campanie vrbem prope baias ad tierbenum mare humili colle ſitam memorem quam venientes a chalcide euboie vrbe ad nouas ſedes comparandas primitus condiderunt cui propinquus eſt ſubterraneus thalamus ſibille vaticinatricis que cum eritbea eſſet ab italis cumana dicta eſt quod illic eius oracula darentur diceret forſitam aliquis. Quonam pacto humanas voces formare valebant ydola. Dixerim facile fallacem hominum verſutiam vtpote ſacerdotum id effeciſſe dicentium ſcilicet ſe ab appolline recepiſſe quod ipſi futurũ putarent ſicut babillonij ſacerdotes mentiebãtur deum ſuum carnes noctu deuorare quas ipſi auferebant vt apud danielem legitur. Aut certe fuerunt inferni ſpiritus aues illas vel ydola inhabitantes q̃ huiuſcemodi ſermones amphibologicos ex prophetarum eloquio aut ex celeſtium corporum influxu vt aſtrologi ſomniant aut ex auiũ garritu euomebam. Nos ergo dilectiſſimi quibus donatum eſt credere in ieſum nec ſolẽ credamꝰ deũ vel regẽ celi nec mare aut neſcio queƺ regẽ eius neptunũ quẽ fingit vanitas non veritas nec terrã ⁊ plutonẽ ſƺ credimꝰ in deũ patreƺ oĩpotentẽ vniuerſoꝝ creatorẽ regẽ celoꝝ. Qui

Quo pacto ydola humanas voces formare.

enim cuncta: qꝛ voluit de nihilo fecit ipſe regit que fecit. Gentiliū dij quia commemorati ſunt ideo dij non ſunt: quia ⁊ comprehendi ⁊ videri his oculis poſſunt. Ceteros autem vt aurelius Auguſtinus autor eſt quos vani vane colunt Iouem Saturnum Martem Iunonem mineruam venerem ⁊ cetera portenta non nomina bona ſꝫ nomina mala homines mortales fuiſſe etiā eorum littere clamant qui talibus erroribus delectantur. Noſtre autem ſacre littere qualem deuꝫ predicent paulum audite apoſtoluꝫ īmortali inquit inuiſibili incorruptibili ſoli deo honor ⁊ gloria. Non videtur deus noſter oculis carnis ſed videtur oculis cordis non videtur ad tempus ſed videtur in eternum: ſed dicit paganus. Oſtende mihi quem colis? Reſpondeo Ego quidem habeo etiam modo quem tibi oſtendam ſed tu non habes oculos vnde videas beati enim ait ſaluator noſter mūdo corde: quoniam ipſi deum videbunt. Cor immuudum ⁊ tenebris obuolutū peccatorum ⁊ deum querit videre lux lucet in tenebris ſed tenebre eā non comprehenderunt. Nunquid quid quia cecus non videt ideo lux nō lucet. Si noſſes o infidelis dicere deo vero. Illumina oculos meos videres nobiſcum nunc per ſpeculum in enigmate vt poſſis videre facie ad faciē. Si ex opibꝰ intelligeres artificē ex creatura cōijceres creatorem. Si expaueſceres in te: quia non totum capis te agnoſceres deuꝫ qui fecit. Credimus ergo deū immortalem ⁊ inuiſibilē non illum quem vos infideles deum fingitis ſimul ⁊ adulterantem ⁊ tonantem: ſed deum verum totius mundi fabricatorem atqꝫ rectorem.

Aug. li. iij. de ſymbolo ad cathecuminos, c. iij

## ¶ Quod figmenta Druidum que nonnulli myſtice volunt intelligi non ſint curanda. Cap. iij.

Non enim audiendi ſunt errores Druidum ſuperſtitionum qui mercurium Appollinem Martem Iouem et Mineruam deos eſſe finxerūt. Refellit eos Ceſar quo neſcio vtrum apud Romanos quiſq̄ talium rerum doctior vel curioſior eſſe poſſit. Dicit enim. lib. vj. de bello gallico plures a celtis ſtatim deos. Apud eundem enim ita legimus In omni gallia eorum hominum: qui aliquo ſunt numero atqꝫ honore genera ſunt duo. Nam plebs pene ſeruorum habetur loco: que nihil habet per ſe: nullo adhibetur conſilio: pleriqꝫ cū aut ere alieno: aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur: ſeſe in ſeruitutem dicāt nobilibus in hos eadē ſunt iura que dominis in ſeruos. Sed de his duobus generibus alterum eſt Druidum alterum equitum illi rebus diuinis inter ſunt ſacrificia publica ac priuata procurant religiones interpretantur ad hos magnus adoleſcentium numerus diſcipline cauſa concurrit mo gnoqꝫ ij ſunt apud eos hono-

Galli ſacerdotes apud ceſarem.

re. Nam fere de omnibus controuerſijs publicis priuatiſqȝ conſtituunt ⁊ ſi quod eſt admiſſum facinus ſi ſedes facta: ſi de hereditate de finibus controuerſia eſt ijdem diſcernunt premia penaſqȝ conſtituūt Si quis aut priuatus aut publicus eorū decreto non ſtetit ſacrificijs interdicunt. Hec pena apud eos eſt grauiſſima quibus ita eſt interdictum ij numero impiorum ac ſceleratorum habentur: ijs omnes decedunt: aditum ſermonēqȝ defugiunt ne quid ex contagione incōmodi accipiant neqȝ ijs petentibus ius redditur neqȝ honos vllus communicatur his autem omnibus druidibus preeſt vnus qui ſummam inter eos habet autoritatem hoc mortuo: aut ſi quis ex reliquis excellit dignitate ſuccedit aut ſi ſunt plures pares ſuffragio druidum. Nonnunꝗ etiam de principatu armis contendunt ij certo anni tempore in finibus carnutuȝ: que regio totius gallie media habetur. Cōſidunt in loco conſecrato huc omnes vndiqȝ qui controuerſias habēt conueniunt eorūqȝ iudicijs decretiſqȝ parent. Druides a bello abeſſe conſuerunt: neqȝ tributa vna cum reliquis pendunt militie vacationē omniumqȝ rerum habent immunitatem tantis excitati premijs: ⁊ ſua ſponte multi in diſciplinam conueniunt ⁊ a propinquis parentibuſqȝ mittuntur magnum ibi numerum verſuum ediſcere dicuntur: itaqȝ nōnulli annos viginti in diſciplina permanent neqȝ fas eſſe exiſtimāt ea litteris mandare: cum in reliquis fere rebus publicis priuatiſqȝ rationibus grecis litteris vtantur. In primis hoc volunt perſuadere non interire animas: ſed ab alijs poſt mortem tranſire ad alios atqȝ hoc maxime ad virtutem excitari putant: metu mortis neglecto. Multa preterea de ſyderibus atqȝ eorum motibus: de mundi ac terrarū magnitudine de rerum natura de deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant ⁊ iuuentuti tradunt. Natio eſt omnium gallorum admodum dedita religionibus atqȝ ob eam cauſam qui ſunt affecti grauioribus morbis quiqȝ in prelijs periculiſqȝ verſantur: aut pro victimis homines immolant aut ſe immolaturos vouent: ꝗ pro vita hominis niſi vita hominis reddatur non poſſe deorum immortalium numen placari arbitrantur publiceqȝ eiuſqȝ generis habent inſtituta ſacrificia. Deum maxime Mercurium colunt poſt hūc Appollinem ⁊ martem ⁊ Iouem ⁊ mineruam de his eandem fere: quam relique gentes habent opinionem. Appollineȝ morbos depellere. Mineruam operum atqȝ artificiorum initia tradere Iouem imperium celeſtium tenere Martem bella gerere hec Ceſar de gallorum ſacerdotibus ſentit. Eadem ferme Pomponius mela de gallorum miſterijs ſcripſit vnde libro tertio de ſitu orbis ita infit. habent galli ⁊ facundiā ſuam magiſtroſqȝ ſapientie. Druides hi terre mūdiqȝ magnitudineȝ ⁊ formam: motus celi ⁊ ſyderum ac quid dij velint ſcire profitentur. Docēt multa nobiliſſimos gentis clam ⁊ diu vicenis annis in ſpecu: aut

Galli grecis litteris vtuntur.

Anime immortalitas

Mercurius

Apollo.

Mars.

Iupiter.

Pōponius mela de gallorum ſacerdotibus.

abditis ſaltib⁹ vnum ex ijs que precipiūt:vt vulgus effluit:videlicet
vt forent ad bella meliores eternas eſſe animas vitāqꝫ alteraꝫ ad ma
nes itaqꝫ cū mortuos cremant ac defodiūt:apta viuentibus olim ne
Diodor⁹ ſiculus gociorū, rō etiā ꝛ exactio crediti deferebaꝶ ad inferos erantqꝫ qui ſe
in rogos ſuoꝝ velut vna victuri libenter immitterent hec ille Diodo
rus vero ſiculus li.vj.antiquitatū ſuarū de gallis inquit Galli acuti
Bardi melodiaꝝ poete ſunt ingenio ꝛ ad doctrinā minime alieni. Sūt ꝛ apud eos melodia
rum poete quos appellāt bardos hi cum organis veluti cū lyra can
tant hos laudantes alios vituperantes. philoſophi quoqꝫ ac theolo
Gallorum philoſophi gi quos vocāt Sarōnidas precipue ab illis colūtur. vtūtur inſuper
diuinatoribus qui apud eos cū ſacrificijs futura predicent. plurimi
exiſtimentur:omni eis obtēperāte plebe. Eſt apud eos moris nullū
abſqꝫ philoſopho ſacrificiū facere. Exiſtimant.n.per diuine nature
conſcios ſacra fieri oportere tanꝙ dijs propinquiores hoꝝ interceſ-
ſione bona ab dijs cēſent petenda quorū cōſilio ꝛ pace ꝛ bello fruū-
tur:poete vero tanti apud eos ſunt:vt cū extructa acie exercitus edu
ctis enſibus iactiſqꝫ iaculis ꝓpinquāt non ſolum amicis:ſed hoſtes
quorū eorū interuentu a pugna concreſcāt:ita apud gallos ira cedit
Galloꝝ mores ſapiētie. Et mars reueretur muſas. Increuit enim apud eos pytha
gore ſentētia:qua dixit animas hominum eſſe immortales: rurſuſqꝫ
eas defunctis corporibus poſt certum tempus in alia corpora reuer
ſuras ob hanc cauſam in defunctorum pyraꝫ epiſtolas ſcriptas qui-
dem conijciunt: tanꝙ eos mortui ſint lecturi. Quidam adeo mor-
tem contemnūt ꝛ pugnent nudi hec ille. Sed hec adeo multa eo ten
dunt:vt quum alijs mortaliū alia deſint vite argumenta. Religio ta-
men perpetua ſit humanitatis comes. Agitarunt vitam barbaroruꝫ
quidā ſine feminis. Agitarunt ꝛ amazones ſine viris fueruntqꝫ ple-
riqꝫ ſine moribus:ſine diſciplina ſine legibus:alij non menia:non ci
uitatem vllam habuerunt:multi ne commertia quidem aliarum gen
tium norunt aliqua quidem pertinaciter refugerunt nudi agitabant
troclodite ꝛ garamantes. Ethiopum quidem aurum ꝛ gemmas co
tempſere:nullus tamen vnꝙ ſine religione fuit: aut quia noluit eſſe
aut quia non potuit ſed hi fere omnes falſorum deorum:cultores eē
deſierunt ꝛ iam ꝛ ritus omnino diuerſus ab eo qui olim fuit. Genti
Tertulian⁹ in apologetico aduerſus gentes.ca.xvj. lium quondam deoruꝫ cultores galli fuere vt cetere gentes: nunc ve
re pietatis obſeruantiſſimi:viuebant tum populi quiſqꝫ ſibi viuebāt
ꝛ ciuitates pauci reguli in tota gente nunc regis imperium late om-
nia tenet quod eniꝫ colimus nos chriſtiani (Inſit Tertulianus) de
us vnus eſt qui totam molam iſtam cum omni inſtrumento elemen-

torum corporum ſpirituum verbo quo iuſſit: ratione: qua diſpoſuit: virtute: qua potuit: de nihilo expreſſit in ornamentuʒ maieſtatis ſue vnde ⁊ greci nomen mundo coſmon accomodauerunt inuiſibilis eſt ⁊ ſi videatur incomprehēſibilis: ⁊ ſi per gratiam repreſentetur ineſtimabilis ⁊ ſi humanis ſenſibus eſtimetur. Ideo verus ⁊ tantus eſt: hermes quoqʒ triſmegiſtus (vt auctor eſt diuus Cyprianus) vnum deū loq̄tur: eūqʒ incōprehēſibilē atqʒ ineſtimabilē cōfitet̄ hi ḡ (inq̄t) ſpiritus ſubſtantijs atqʒ imaginibus conſecratis deliteſcunt. hi afflatu ſuo vatum pectora inſpirant: extorum fibras animant auium volatus gubernant: ſortes regūt: oracula efficiunt: falſa veris ſemper inuoluunt. Nam ⁊ falluntur ⁊ fallunt vitam turbant: ſomnos inquietant: irrepentes etiam ſpiritus in corporibus occulte mentis terrent: membra diſtorquent: valitudinem frangunt: morbos laceſcunt vt ad cultum ſui cogant vt nidore altarium ⁊ rogis pecorum ſaginati remiſſis: que conſtruxerant curaſſe videantur. Nec eſt de illis medela: cum ipſorum ceſſat iniuria: nec aliud his ſtudiū eſt: q̄ a deo homines auocare: ⁊ ad ſuperſtitionem ſui ab intellectu vere religionis auertere: ⁊ cuʒ ſint ipſi penales: querere ſibi ad penā comites: quos ad crimen ſuum fecerūt errore participes. hi tamen adiurati p̄ deuʒ verum nobis ſtatim cedunt ⁊ fatentur ⁊ de obſeſſis corporibꝰ exire coguntur. Unus igitur omnium dominus deus neqʒ enim illa ſublimitas poteſt habere conſortez cū ſola omnem teneat poteſtatē rex vnus eſt apibus ⁊ dux vnus in gregibus: ⁊ in armentis rector vnꝰ multo magis mūdi vnius eſt rector qui vniuerſa quecunqʒ ſunt verbo iubet ratione diſpenſat virtute conſummat. hic enim videri non poteſt viſu clarior eſt nec comprehendi tactu purior eſt nec extimari: ſenſu maior eſt. Et ideo ſic enim digne deum eſtimamus: dum ineſtimabilem dicimus. Nec nomen dei queras: deus nomen eſt illi Illis vocabulis opus eſt vbi proprijs appellationū inſignibus multitudo dirimenda eſt. Deo qui ſolus eſt: dei vocabulum totuʒ eſt. Ergo vnus eſt: ⁊ vbiqʒ ipſe diffuſus eſt deus cum homine miſcetur hic deus noſter: hic chriſtus eſt. Qui mediator duorum hominez induit quem perducat ad patrem. Quid homo eſt: eſſe chriſtus voluit: vt ⁊ homo poſſit eſſe quod chriſtus eſt. Quod ydola dij nō ſint ⁊ quod vnus deus ſit ⁊ q̄ credentibus datū ſit deos nō eſſe: quos coluerūt gentes: hinc notum eſt: vnde Idē Cyprianꝰ inſit puto etiā de gallis ſuis nobis. Idolatre exprobrāter inſultēt: q̄ abſcidētes ſemetipſos libēt excruciāt: dūmō cū ſtatꝰ ſui ſimulacroꝝ diſſimulationibꝰ pareāt

Ciprianus tractatu iiij. de idolorū vanitate.

Demones in imaginibus latitantes ſcdʒ Cyprianum.

Nos tamen nō propter ſuperſtitiones prophanorum debemus muſicam fugere: ſi quid inde vtile ad intelligendas ſanctas ſcripturas rapere potuerimus nec ad illorum theatricas nugas cōuerti ſi aliquid de citharis ⁊ de organis rerumqꝫ publicaruꝫ gubernatoribus quod ad ſpiritualia capienda valeat cū bardis Saronnidis ⁊ Druydibus diſputemus. Necꝫ enim ⁊ litteras diſcere non debuimus: qꝛ earum repertorem, dicunt eſſe mercurium aut quia iuſticie virtutiqꝫ templa dedicarunt: ⁊ que corde geſtāda ſunt in lapidibus adorare maluerūt propterea nobis iuſticia virtuſqꝫ fugienda eſt. Immo vero quiſquis bonus veruſqꝫ chriſtianus eſt. Domini ſui eſſe intelligat vbicunqꝫ inuenerit veritatem quam confitens ⁊ agnoſcens etiaꝫ in litteris ſacris ſuperſtitioſa figmenta repudiet doleatqꝫ homines atqꝫ caueat q̄ cognoſcentes deum non vt deum glorificauerunt aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis: ⁊ obſcuratum eſt cor inſipiēs eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: ⁊ immutaue-

Ro. j. c.

runt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis ⁊ volucrum ⁊ quadrupedum ⁊ ſerpentum.

## Quod ydola dij non ſint: ⁊ vnum verum deum eſſe ⁊ dominum omnium quem chriſtiani colunt. Capitulum quartum.

Quod ydola dij non ſint ⁊ q̄ vnus ſit omnibus ſane intelligentibus notum eſt. Sed peccata ⁊ auctor peccati diabolus ſeparauit animam a deo. Et dum creatura ſecuta ſeductorem ſuum deſeruit ſaluatorem facta eſt ruina magna ⁊ errauit. Anima vero vt pro deo coleret ydola ⁊ adoraret ipſa que fecit deſerendo illum a quo facta eſt: adorādo enim lapidem nullam habentem vitam: ipſa perit deſerendo deū

Aug. li. iij. de ſymbolo ad cathecuminos. j. c.

qui eſt eius vera ⁊ eterna vita hinc vt Auguſtinus auctor eſt error omnis ⁊ deſertio bonorum: hinc cultus paganorum ⁊ peruerſitas hereticorum / ⁊ errauerunt anime per diuerſas voluptates ⁊ peruerſas vt alij colerent ſolem alij lunam ⁊ ſtellas alij mōtes alij lapides ⁊ queqꝫ virgulta: vt ſibi quiſqꝫ credidit inueniſſe: non adiutorem deum ſed deceptorem diabolum: atqꝫ ita per diuerſa anima errauit a creatore ſuo: vt omne quod ei dederat deus ad ſeruitiuꝫ hoc illa coleret vt deū Nonne omnia propter hominem creata ſunt legas quis ſcripturas ſctās et īueniet deū dixiſſe homini quē de limo t̄re formauit. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā et dn̄amini ei⁹ ⁊ habete ptātē piſciū

maris ⁊ auiũ celi ⁊ pecorũ terre. Et paulopoſt. ecce inquit dedi vobis oia in vſum ⁊ ad eſcam. Eos autem qui ſcripturas ſanctas vt idē Auguſtinus refert legere nolunt ipſa reruꝫ natura ipſeqꝫ mũdus operibus famulatus ſui incredulos ſua quadam voce conuincit ⁊ aīam peruerſam increpans dicit. Quid eſt miſera ꝙ erras in me⁊ degener facta oblita eſt a quo quanta creata ſis: cui celum ⁊ terra taꝫ pulchra domus nullis meritis precedentibus cõſtructa eſt. Reſpõdent ⁊ ſingula queqꝫ elementa clamantes ⁊ ipſis ſuis operibus ſuum demonſtrantes artificeꝫ. Clamat celum. Nõ ſum deus: nã ſi deus eſſem nulla me nubilatio obũbrare potuiſſet: nec tenebre ſuccederent luci mee ſed lux integra incorrupta inuiolataqꝫ manſiſſet ſicut manet lux illa vera que iſtam lucem temporalem creauit in me propter te. Clamat ⁊ ſol. Quid me homo colis vt deum quem vides ortu occaſuqꝫ cõcludi. Deus nec ortum habet nec occaſum ſed tu illũ deſerendo magnũ incurriſti caſum ſꝫ conſideres magnum atqꝫ mirabilem eſſe me: ego autem agnoſco habere ſuper me qui ⁊ me creauit ⁊ te. Cũ autē opera ⁊ ſplendores ⁊ calores mei tibi deſeruiant quo me pro deo colendum ducis niſi quia verum deum colere neſcis. Ita luna ⁊ ſtelle iſtã ſimilem proferunt voceꝫ. Non vides inquiunt o homo ſpaciuꝫ noſ agere nocturnũ: excludi luce: nec terminos trãſgredi ꝯſtitutos quos ad ſolatium quietis tue oīpotens artifex terminauit: non ſum deus conuincimus falſitatem tuam ſeruiendo tibi ad penam tuam. Clamat mare ⁊ omnia que in eo ſunt: non ſumus deus: prebeo enim vt mihi iuſſum eſt famulatum peruiũ iter carine ſuſcipiens motus congruos flatus ventorum dirigens: greſſus vt ad portum deſideratum etiam rapiente te auaritia nulla interpoſita tarditate perducam. Aialia vero que gignũtur ex me tibi in eſcam donata eſſe cognoſcis. Cũ ergo per oia agnoſcam modulum meum: tu quare deſeris ordinem tuum deſerendo omnium creatoreꝫ deum. Clamat terra ergo ne homo deitatis mihi nomen conſcribis: ideo non agnoſcis quid ſim qꝛ oblitus es qui ſis: non agnoſcis materiam tuam: non agnoſcis qꝛ limũ meum es ex me quidem formatum: ſed non ſicut ego animatum non agnoſcis qꝛ inter oia aīalia q̄ ex me ꝑcreata ſunt tu ſolꝰ ſub deo pene mundi dñs conſtitutus es merito non intelligis: qꝛ cum in honore eſſes non intellexiſti comparatus es iumentis inſipientibus ⁊ ſimilatus es illis. Nõ ei facile ignoſcere deum ydolatris Moſes in exodo pro populo rogat nec imperat precor ait domine deliquit hic populus delictum grande: fecerunt ſibi deos aureos. Et nunc ſi dimittis illis delictum grande dimitte ſin autem ſine me: ⁊ dele de libro quem ſcripſiſti. Et dixit dominus ad Moſem: ſi quis delinquat ante me deleam eum de libro meo. Itē cuꝫ Hieremias pro populo de-

Auguſtinꝰ in eodem.

precaretur: dominus ad eū loquitur dicens. Et tu noli orare pro po
pulo hoc ⁊ noli poſtulare, pro ipſis prece ⁊ oratione: qꝛ non exaudiā
illum in tempore quo inuocabunt me. In tempore afflictionis ſue
Hie. vij. d. Itē in reguȝ primo libro. Si delinquendo peccet vir aduerſus virū
orabunt pro eo dominum: ſi autem in deuȝ peccet homo quis orabit
pro eo ⁊ vt diuus Cyprianus auctor eſt ſic idolatrie indignatur de⁹
Cyprianus in libello de exhortatione martyrij cap. v. vt preceperit etiam eos interfici qui ſacrificare ⁊ ſeruire idolis ſuaſe
rint vt patet. Deu. xiij. b. ⁊. j. Mach. ij. b. Chriſtum ergo dei filium
olim promiſſum per prophetas teneamus: quod iam impletum eſſe
cognoſcimus quia iā redempti ⁊ viuificati chriſti ſanguine nihil chri
ſto preponere debemus. In euāgelio domin⁹ loquitur ⁊ dicit. Qui
diligit patrem aut matrem plus ꝙ me non eſt me dignus. Et qui di
Mat. x. d. ligit filium aut filiam ſuper me: non eſt me dignus: ⁊ qui non accepit
crucem ſuam ⁊ ſequitur me non eſt me dignus. Sic ⁊ in deuterono-
mio ſcriptum eſt. Qui dicunt patri aut matri nō noui te ⁊ filios tuos
non agnouerunt hi cuſtodierunt precepta tua ⁊ teſtamentum tuum
Ro. viij. g. ſeruauerunt. Itē apoſtol⁹ Paulus. Quis nos (inquit) ſeparabit a
charitate chriſti preſſura an anguſtia: an perſecutio: an fames: an nu
ditas an periculum: an gladius. Sicut ſcriptuȝ eſt. Quia propter te
occidimus tota die: eſtimati ſumus vt oues victime: ſed in his omni
bus ſuperamus propter eum qui nos dilexit. Et iterum non eſtis ve
j. Co. vj. d. ſtri: empti enim eſtis precio magno glorificate ⁊ portate deum i cor
pore veſtro ⁊ iterum pro omnibus mortuus eſt: vt qui viuunt iam
ij. Corin. v. non ſibi viuent: ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt ⁊ reſurrexit.

## De prolatis chriſto ex gentibus. teſtimonijs Capitu. v.

Demonſtremus etiaȝ nos ex gentibus teſtimoniū chri
ſto fuiſſe prolatum: quoniam veritas non tacuit clamā
do etiam per linguas inimicorum ſuorum illum regeȝ
qui iudeorum ſuperbiam captiuando perdomuit Na
Dani. iij. g. buchodonoſor regem ſcilicet babylonis non pretermit
tam. Dic Nabuchodonoſor quid in fornace quo tres viros iuſtos
iniuſte immiſeris: Dic quid tibi fuerit reuelatum. Nonne inquit
tres viros miſimus in fornaceȝ ligatos. Et aiunt ei vere rex. Ecce in
quit ego video quattuor viros ſolutos deambulantes in medio
ignis: ⁊ corruptio nulla eſt in eis ⁊ aſpect⁹ quarti ſimilis eſt filio dei
O alienigena vnde tibi hoc. Quis tibi annunciauit filium dei. Que

let quis propheta annunciauit tibi filium dei. nondum quidem mūdo naſci tur ⁊ ſimilitudo naſcētis a te cognoſcit᷑ vnde tibi hoc. Quis tibi iſtud anunciauit niſi quia ſic te diuinus ignis intus illuminauit: cū illic apud te captiui tenerētur iīmici iudei ſic diceres teſtimoniū filio dei. Quid ſybilla vaticinando etiā de chriſto clamauerit. q̇ ab Auguſtino in libro ꝯtra iudeos paganos ⁊ arrianos ſcripta ſunt in mediū proferamus: vt ex vno lapide vtrorumqꝫ fontes percutiantur: iudeorum ſcilicet atqꝫ Gentiliū: atqꝫ ſuo gladio (ſicut Golias) chriſti omnes percutiantur inimici: audite quid dixerit.

Judicij ſignum: tellus ſudore madeſcet
E celo rex adueniet per ſecula futurus
Scilicet in carne preſens: vt iudicet orbem
Unde deum cernent incredulus atqꝫ fidelis
Celſum cum ſanctis cui iam termino in ipſo
Sic anime cum carne aderunt quas iudicat ipſe
Cum iacet incultus denſis in vepribus orbis
Reijcient ſimulachra viri cunctam quoqꝫ gaſam
Exuret terras ignis potūqꝫ polumqꝫ
Inquirens tetri portas effringet auerni
Sanctorum ſe deinde cuncte lux libera carni
Tradetur: ſontes eternaqꝫ flamma cremabit
Occultos actus detegens: tunc quiſqꝫ loquetur
Secreta atqꝫ deus reſerabit pectora luci
Tunc erit ⁊ luctus ſtridebunt dentibus omnes
Eripitur ſolis iubar: ⁊ chorus interit aſtris
Uoluetur celum lunaris ſplendor obibit.
Deijciet collos valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum ſublime vel altum
Jam equantur campis montes ⁊ cerula ponti
Omnia ceſſabunt tellus confracta peribit
Sic pariter fontes torrentur: flumina igni
Et tuba tunc ſonitum triſtem demittet ab alto
Orbe gemens facinꝰ miſerum varioſqꝫ labores
Tartareumqꝫ chaos monſtrabit terra dehiſcens
Et coram hic domino reges ſiſtentur ad vnum
Recidet e celo ignisqꝫ ⁊ ſulfuris amnis.

Hec de chriſti natiuitate paſſione ⁊ reſurrectione atqꝫ ſecundo eius aduentu ita dicta ſunt vt ſi q̄s i greco capita hoꝝ verſuū diſcernere vo

luerit inueniet quod latine dicit̃ ieſus chriſtus fili⁹ dei ſaluator. Alios verſus ſibyllinos chriſti paſſionem apertius demonſtrãtes ab eodẽ Auguſtino traditos audiamus.

In manus iniquas ⁊ infideliũ poſtea veniet.
Dabunt deo alapas manibus inceſtis.
Et oribus immundis expuent ſaliuas venenoſas
Dabit autem in verbera omnino innocens dorſum
Et colaphos accipiẽs tacebit ne quis agnoſcat
Quod verbum ⁊ vnde venit: vt mortuis loquatur
Et coronam portabit ſpineam.
In cibum autem fel ⁊ in ſitim acetum dederunt
Inhoſpitalitatis hanc monſtrabant menſam
Ipſa enim ſtulta deum tuum non cognouiſti
Ludentem mortalibus mentibus ſed ⁊ ſpinis
Coronaſti corona horridumq̨ fel miſcuiſti
Templi vero velum ſcindetur et die
Medio nox tenebroſa nimis tribus horis
Et mortis fatum finiet trium dierum ſomno ſuſcepto
Et tunc a mortuis regreſſus in lucez venit
Primus reſurrectionis initium reuocatus oſtendit

Credo iã vos o gẽtiles tãtis teſtib⁹ ita obrutos ↄfutatoſq̨ eẽ ipſa veritate vt nihil vltra repugnare nihil q̃rere debeatis. Nõne ẽt celũ teſtimonium dixit de chriſto: quando nouum ſydus in noua hominis progenie velut lingua ⁊ digito quo potuit natum deum hominem gentibus monſtrauit. At qui memorabo platonem apud vos diuinuz virum appellatuz: qui eatenus eſſe ſuis preceptis acquieſcendum affatus eſt: donec ſacratior aliquis quam homo in terris appareat qui fontem omnibus aperiat veritatis: quez deniq̨ ſequent̃ oẽs. Offendo preterea calcidium eum qui ſuper Platonis thimeo nouum ſydus in chriſti natiuitate coruſcaturum predixit. Quod ⁊ nocturno ſuſpecturi eſſent itinere caldeorum ſapientes in celeſtium rerum conſideratione exercitati ⁊ recentem eſſent dei ortum queſituri preces itidem votaq̨ ⁊ munera oblaturi. Nec funditus huius immemor extitit (vt Auguſtin⁹ aſſerit) maro qui in buccolicis futuram chriſti ex virgine natiuitatem (⁊ ſi aliĳ aſcriberet) ex ſybille cumane (vt idem fatetur) expreſſit quoniam (inquit) veritas non tacuit clamando etiã per linguas inimicorum ſuorum.

Ultima cumei vent iam carminis etas.
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo
Iam redit ⁊ virgo: redeunt ſaturnia regna
Iam noua progenies celo demittitur alto

Tu modo naſcenti puero quo ferrea primum
Deſinet ꝛ toto ſurget gens aurea mundo
Caſta faue lucina: tuus iam regnat appollo

Nonne hic Virgilius de chriſto teſtimonium perhibebat. In dubiū hoc veniet: niſi alios ex gentibus idoneos teſtes pluraꝗ dicentes in medium introducam. Nonne balaam aſtralogus per parabolā loquutus eſt dicēs: Orietur ſtella ex iacob rutilum ſcilicet lumen ſpiritalis gratie qua nox infidelitatis gentium illuminatur: ꝛ conſurget virga de iſrael ꝛ percutiet duces moab: vaſtabitꝗ omnes filios ſeth ꝛ erit idumea poſſeſſio eius. De iacob erit qui dominetur ꝛ perdat reliquias ciuitatis. Vide (inſit origenes) quomodo ſapientia dei vas iſtud ad contumeliam preparatum proficere fecit ad vtilitatem nō ſolum gentis vnius: ſed pene totius mundi: ꝛ huic cui ſolebāt videri demones: videtur deus prohibens mali operis iter. Stupeſcit balaam ꝛ miratur prohibentis autoritatem. Sed non mireris (Inquit Ambroſius) infuſum auguri a domino quod loqueretur: quando infuſū legis in euangelio etiam principi ſynagoge vni ex perſequentibus chriſtum: q2 oportet vnum hominem mori pro populo. In quo non prophetie meritum: ſed aſſertio veritatis eſt: vt aduerſariorum teſtimonio manifeſtaretur quo perfidia non credentium vocibus ſuorum augurum redargueretur. Ideo Balaam ille Chaldeus aſcitur ad fidem vt Chaldeorum ſuperſtitio conticeſceret. Non igitur confitentis meritum: ſed vocantis oraculum eſt reuelante dei gratia. Et vt Auguſtinus clamat: ſtella magos inuitat: curioſitas magorum inſtructa eſt lingua celorum. Magi iudeorū regem predicant iudei abnegāt illi querunt adorare iſti querunt occidere. Dicunt magi herodi regi quem querunt natum regem: dicunt iudei ex qua ciuitate chriſtus ſurgat regnare vtriꝗ predicant vtriꝗ confitentur ſed illi aliter: iſti aliter illi vt inuentus adoretur iſti vt captus necetur. Ecce magi primitie gentium chriſto offerunt munera: non ſolū aurum thus ꝛ myrrham Verum etiam animas ſuas ꝛ vt diuus Ambroſius inquit vnū deum magi crediderunt ꝛ aurū ꝛ thus ꝛ myrrham ſupplices ad chriſti cunabula detulerunt. Auro regem fatentes: vt deum thure venerantes. Theſaurus enim regni ſacrificiū dei: myrrha eſt ſepulture. Quid igitur voluerunt ſibi myſtica munera inter abiecta preſepia: niſi vt intelligeremus in xp̄o differentiā diuinitatis ꝛ carnis vt homo cernitur: vt dominus adoratur latet in pānis: ſed fulget in ſtellis. Tunc naſcentē indicant: ꝛ ſtelle dominantē. Caro eſt que inuoluitur diuinitas cui ab angelis miniſtratur ꝛ aſſumpte carnis veritas cōprobatur nec dignitas naturalis maieſtatis amittitur hec eſt fides noſtra profecto

Nume. xxiiij.c.

Origenes in homelia. xiiij. ſuper numeros.

Diuus Ambro. epiſtola. xxxvij. ad Chromatium.

Aug. li. iij. de ſymbolo ad cathecuminos, ca. iiij.

Ambro. in lib. de fide capi. ij.

Apollinis oraculum.

gentiles conſenſerũt ieſum deũ ipſum fuiſſe aut certe diuinũ. Mileſius appollo conſultus: ita cõmẽdauit chriſtum mortalis erat corpore ſapiẽs prodigiorum effector: ſed ſub iudicibus chaldeis armis cõprehẽſus clauis fuſtibuſq; amarã mortẽ paſſus eſt porphyrius inter gentes: nequiſſimus in lib. de reſpõſis inquit. Chriſtum dij maxime pium pronunciauerũt immortalemq; euaſiſſe aſſeruerunt. Concedit ipſe porphirius chriſtũ & ſapientẽ & piũ fuiſſe q̃uis chriſtianos partim indoctos partim magos nominet tum veritati tũ ſibiipſi manifeſte repugnans. Veſpaſianus ac Titus imperatores auditis chriſti operibus eius potentiam timuerunt. Alexander ſeuerus tẽpla fieri chriſto ſtatuit ſʒ nõ ſucceſſit orabat in matutinis in ſacrario ſuo corã ſtatua chriſti vt capitolinus refert: & Adrianus vt idẽ narrat ſtatuit chriſto templa facere eũq; inter deos recipere. Ideoq; tẽpla abſq; ſimulachris in oĩbus ciuitatibus fieri iuſſit. Antonius pius cũ audiſſet chriſtianos hoc frequenter vti prouerbio. Quod tibi fieri nõ vis alteri ne feceris perſcrutatus eſt chriſti vitam eiq; ſtatuam tãq̃ deo ſacrauit. Cõſtantinus deniq; cũ chriſti miracula in rebus ſuis manifeſtius fuiſſet expertus deũ magis q̃ populũ timuit ſolumq; chriſtum & palã adorauit idolorũ templa ſubuertit: chriſto templa paſſim precioſa edificauit hec ſunt que de chriſto gẽtiles ſenſerunt que ideo narrauimus auctoritate Auguſtini muniti qui lib. ij. de doctrina chriſtiana inquit philoſophi aũt qui vocantur ſiqua forte vera & fidei noſtre accõmoda dixerunt maxime Platonici: non ſolũ formidãda non ſunt ſed ab eis etiã tanq̃ iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrũ vendicanda. Nã quid aliud fecerunt multi boni fideles noſtri: nonne aſpicimus quanto auro & argento & veſte ſuffarcinatus exierit de egypto. Cyprianns doctor ſuauiſſimus & martyr beatiſſimus: quanto Lactãtius Quanto Victorinus optatus Hilarius: vt de viuis taceã: q̃to innumerabiles greci. Quod prior ipſe fideliſſimus dei famulus Moſes fecerat: de quo ſcriptũ eſt q̃ eruditus fuerit oĩm ſapiẽtia egyptiorũ.

Porphyrius. Veſpaſianus. Titus. Alexander ſeuerus. Adrianus imperator. Antonius pius. Cõſtãtinus magnus. Auguſtinus li. ij. cap. xl. de doctrina chriſtiana.

## ¶ Liber ſecundus de religione chriſtiana aduerſus iudeos.

### ¶ Chriſtus prenũciatus a iudeis ſed populus eius aduentum non intellexit. Cap. primũ.

Dicebant iudei chriſtũ venturũ eſſe. Nam hic illis ſemper prophetis mouẽtibus annũciabatur. Sʒ ſignificato duplici eius aduentu vnũ qui exercitio & exemplo hominis fungeretur: alterum qui deũ fateretur: nõ intelligẽdo primũ aduẽtũ: qui in paſſione preceſſit occultus:

vnū tm̄ credunt qui erit in poteſtate manifeſtus. Quod autē hoc iudeorum populus intelligere non potuit: delictorum meritum fuit ſic erant (vt Cyprianus) auctor eſt ſapientie ⁊ intelligentie mulctati cecitate: vt qui vita indigni eſſent: haberent vitam ante oculos nec viderent: itaq̃ a prophetis ante predicta verbo ⁊ vocis imperio demonia de hominibus excuteret paraliticos reſtringeret leproſos purgaret: illuminaret cecos: claudis greſſum daret: mortuos rurſus animaret: cogeret ſibi elementa famulari. ſeruire ventos: maria obedire īferos cedere iudei qui illum crediderant hominem tantū de humilitate carnis ⁊ corporis exiſtimebant: magnum diligētia poteſtatis hunc magiſtri eoꝝ atq̃ primores hoc eſt quos ⁊ doctrina ille ⁊ ſapiētia reuincebat accenſa ira ⁊ indignatione prouocat poſtremo detentum pontio Pylato: qui tunc ex parte romana Syriam procurabat tradiderunt: crucem eius ⁊ mortem ſuffragijs pertinacibus flagitarent: hoc eos facturos ⁊ ipſe p̄dixerat: ⁊ ꝑphetaꝝ oīm teſtimoniū ſic āte p̄ceſſerat: oportere illū pati: nō vt ſentiret mortē: ſ; vt vinceret. Et cū paſſus eſſet denuo ad ſuperos regredi: vt vi diuīe maieſtatis oſtēderet fidē itaq̃ rerū curſus ipleuit. Nā ⁊ crucifix⁹ p̄uēto carnificis offō ſpūm ſpōte dimiſit ⁊ die tertio rurſus a mortuis ſponte ſurrexit. Apparuit diſcipulis ſuis talis vt fuerat ac cognoſcendum ſe videntibus prebuit ſimul victus ⁊ ſubſtantie corporalis firmitate conſpicuus ad dies quadraginta remoratus eſt: vt denuo ad precepta vitalia inſtrui poſſent: ⁊ diſcerent. Tunc in celum circunfuſa nube ſublatus eſt: vt hominem quem dilexit quem induit quem a morte protexit ad patrem victor imponeret. Jam venturus e celo ad penam diaboli ⁊ ad cenſuram generis humani vltoris vigore ⁊ iudicis poteſtate.

## ¶ Quod chriſtus venturus eſſet ex vaticinio Danielis. Cap. ij.

DIc ſancte Daniel dic de chriſto quod noſti. Cum vene- Daniel. ix. g.
rit inquit ſanctus ſanctoꝝ ceſſabit vnctio veſtra. Qua Jo. viij. b.
re illo preſente cui inſultantes dicebatis. Tu de te teſtimonium tuum non eſt verum ceſſauit vnctio veſtra: niſi quia ipſe eſt qui venerat ſanctusſanctorum. Si vt vos dicitis nondum venit: ſed expectatur vt veniat ſanctusſanctorum demonſtrate vnctionem. Si autem quod verum eſt ceſſauit vnctio ve-
ſtra: agnoſcite veniſſe ſanctumſanctoꝝ. Ipſe eſt enim ⁊ lapis abſci- Dan. ij. c.
ſus ille de monte ſine manibus concidentium id eſt chriſtus natus de virgine ſine manibus complectentium qui tantum creuit vt mons ma-
gn⁹ fieret ⁊ ipleret vniuerſam faciē terre. De quo mōte dicit ꝑpheta Eſaie. ij. a.
venite aſcēdam⁹ ad mōtē dn̄i. Et de quo dauid dicit. Mōs dei mōs ps. lxvij.

vberrimus vt quid ſuſpicamini montes incaſeatos montem in quo placuit deo habitare in eo. Cũ enim ipſe dñs chriſtus diſcipulos ſuos interrogaret quẽ dicerent eſſe homines filiũ hominis. Reſponderunt alij Heliam alij hieremiã aut vnũ ex prophetis. Et ille vt quid ſuſpicamini montes in caſeatos: montẽ in quo placuit deo habitare in ipſo hunc cognouit petrus dicẽs. Tu es chriſtus filius dei. Agnouit montem ⁊ aſcendit in montẽ. Teſtimonium dixit veritati: ⁊ dilectus eſt a veritate. Supra petrã fundatus eſt petrus: vt mortẽ ſuſciperet illum amando quẽ ter negauerat timendo. Itẽ apud danielem. Muni

Dañ. vij. d. ſermones ⁊ ſigna librũ tempus conſummationis quo addiſcãt multi ⁊ impleatur agnitio quoniã cum fiet diſperſio cognoſcent oĩa hec. Et alibi apud Danielem. Videbã in viſu noctis ⁊ eſſe in nubibus celi quaſi filius hominis veniẽs venit vſqʒ ad veterem dierũ ⁊ ſtetit in conſpectu eius ⁊ qui aſſiſtebãt obtulerunt ei: ⁊ data eſt ei poteſtas regia ⁊ omnes reges terre ⁊ genus omnis claritatis ſeruient ei ⁊ poteſtas eius eterna que non auferetur ⁊ regnum eius non corrumpetur.

## ¶ Judaice perfidie confutatio ex vaticinijs Hieremie ⁊ Eſaie. Capitulum. iij.

Eſaie. ij. a.

Eſa. vij. c.

Hie. xxxiij.

Preuaricatores legis intẽdite legẽ. Teſtimoniũ queritis de xp̃o ⁊ in lege veſtra ſcriptum eſt: q̃ duorũ hominũ teſtimoniũ verum ſit procedant de lege veſtra nõ tantũ duo: ſed etiam plures teſtes chriſti ⁊ conuincant auditores legis nec factores. Dic Eſaia teſtimoniuʒ xp̃o de ſyon ei procedet lex: ⁊ verbũ dñi de hieruſalẽ ⁊ iudicabit inter gentes. Et alibi. Ecce virgo in vtero concipiet ⁊ pariet filium ⁊ vocabis nomen eius emanuel: quod eſt interpretatũ nobiſcum de⁹. Accedat ⁊ alius teſtis. Dic tu Hieremia teſtimoniũ de chriſto. Ecce dies veniũt dicit dñs ⁊ conſummabo in domũ iſrael: ⁊ in domũ iuda teſtamentum nouũ. Non ſm̃ teſtamentum quod diſpoſui patribus eorũ in diem qua apprehendi manus eorũ vt educerẽt eos de terra egypti q᷑ non permanſerunt in teſtamento meo ⁊ ego neglexi eos dicit dñs. Quia hoc teſtamentũ qđ diſponem domui iſrael poſt dies illos dicit dñs. Dans leges meas in ſenſum illorũ ſcribam illa ⁊ ero illis in deũ ⁊ ipſi erunt mihi in plebẽ ⁊ non docebunt vnuſquiſqʒ fratrem ſuuʒ dicentes. Dignoſce dñm: q᷑ omnes ſciẽt me a minimo vſqʒ ad maximũ eorum: q᷑ propicius ero iniquitatibus eorum ⁊ peccatorum eorũ nõ ero memor amplius. Et alibi hic eſt inquit deus noſter ⁊ non eſtimabitur alius abſqʒ illo qui inuenit omnẽ viam ſcientie ⁊ dedit eam Jacob puero ſuo: ⁊ iſrael dilecto ſuo poſt hec in terris viſus eſt: et cum

hominibus conuerſatus eſt. Et alibi in hieremia. In illa die contri-
bulabo iugum a ceruice illorum ⁊ vincula illorum diſrumpam: ⁊ nō Hiere. xx-
operabūtur alijs: ſed operabūtur domino deo. Et alibi. ⁊ homo eſt x. b.
⁊ quis cognoſcet eum. Ecce duo teſtes idonei ex lege veſtra: ex quo Hiere. xvij.
rum teſtimonio non ſunt compuncta corda veſtra. b.

## Cōfutatio alia iudaice ꝑfidie ex ꝓphetis reliq̄s. Ca. iiij.



In geneſi dixit dn̄s Rebecce due gētes in vtero tuo ſūt Gen̄. xxv. c
⁊ duo populi de vtero tuo diuidētur: ⁊ populus popu Deu. xviij.
lum ſuꝑabit ⁊ maior ſeruiet minori. Et alibi. Prophe
tam vobis excitabit deus de fratribus veſtris oīs aīa q̄
non audierit prophetam illum exterminabitur de po-
pulo ſuo. Prophetā autem dictum chriſtum ipſuz audi in euange-
lio chriſtum. Non eſt inquit propheta ſine honore niſi in patria ſua. Math. xiij.
Accedit autez Dauid ſanctus teſtis fidelis: ex cuius ſemine proceſſit g.
ipſe. cui lex ⁊ prophete teſtimoniū dicunt. Dicat ⁊ ipſe teſtimonium
chriſto. Adorabūt inquit eum omnes reges terre omnes gentes ſer
uient illi. Cui ſeruient: dic cui ſeruiēt vis audire cui ſeruient: dixit do- ps. lxxj.
minus domino meo ſede ad dexteram meam: donec ponaz inimicos ps. cix.
tuos ſcabellum pedum tuorū. Et expreſſius quare inquit tumultua
te ſunt gentes ⁊ populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges ter-
re ⁊ principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum ⁊ aduerſus ps. ij.
chriſtuz eius. Accedat ⁊ alius teſtis dic ⁊ tu abacuh teſtimoniū chri-
ſto: domine inquit audiui auditum tuum ⁊ timui: conſideraui opera Abacuh.
tua ⁊ expaui. Que opera dei iſte miratus expauit. Nunquid fabricā iij. a.
mundi iſte miratus expauit. abſit. Sed audi quid expauit in medio
inquit duorum animalium innoteſceris opera tua deus verbum ca- Iob. j. b.
ro factum eſt in medio duorum animalium cognoſceris. Qui quouſ
q; deſcendiſti expaueſcere me feciſti. quia verbū per quod facta ſunt
omnia in preſepe iacuiſti. Agnouit poſſeſſorem ſuum bos ⁊ aſinus Luce. ij. a.
preſepe domini ſui. in medio duum animaliū cognoſceris. Quid eſt Eſaie. j. a.
in medio duum animaliū cognoſceris. niſi aut in medio duum teſta-
mentorum aut in medio duorum latronū aut in medio Moſi ⁊ He-
lie cum eo in monte ſermocinantium. Ambulauit inquit verbum: et
exiuit in campis verbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis hoc et
baruch ait poſt hec in terris viſus eſt ⁊ cum hominibus conuerſatus
eſt. Ecce quomodo conueniunt ſibi teſtes veritatis. Sufficiunt vo-
bis iſta o iudei.

## Quod miſeri ſint iudei in chriſti vindictam. Cap. v.

SI quis iudeorũ hiſtorias cõſideret: reperiet eos nũq̃
graui calamitate oppreſſos fuiſſe niſi quotiens ſcelus
aliquod turpiſſimũ patrauerunt. Ante aduentum chri
ſti hebrei adorauerunt ydola: occiderunt ꝓphetas ⁊ le
gẽ dei abiecerũt: ⁊ propter oẽs iſtas trãſgreſſiões de⁹
percuſſit eos captiuitate ꝑ.lxx. annos in babylonia: ⁊ poſt reduxit il
los in terrã ſuã modo ſunt. M.ccccc. anni nec in lege nec in ꝓphetis
huius pene terminũ poſſunt inuenire hec captiuitas eſt illa quã do-
Daniel — minus de⁹ ꝑ os danielis vocat deſolationẽ cũ dicit capite nono vſq̃
ad cõſummationẽ ⁊ finẽ perſeuerabit deſolatio prima captiuitas vo
cata fuit trãſmigratio ⁊ poſt. lxx. annos reducti fuerũt in hieruſalẽ cũ
honore: ſed hec vocatur deſolatio perpetua in qua ꝓ certo deus nõ
miſerebitur iudeis ⁊ inſuper diſperſit illos per vniuerſa mũdi regna
Hiere. — Unde hieremias nõ audierunt me: nec inclinauerunt aurẽ ſuã: ſʒ in-
durauerunt ceruicẽ: ac peius egerũt ꝯtra pr̃es eoꝝ. Qđ quidẽ oſten
dit ieſum verum meſſiam ⁊ pluſq̃ ꝓphetã ⁊ pluſq̃ diuinũ hoiem im
mo deũ reuera fuiſſe. Dicite queſo iudei cur in veſtro illo legũ noua-
Talmut he — rum volumie. Talmut (quid fere quadringẽtis poſt ieſuʒ annis cõ-
breorum. — poſuiſtis) crudeliores aduerſum chriſtianos leges q̃ Nero domi-
cianus ⁊ maxẽtius excogitare potuerũt ſtatuiſtis: cũ tñ nõ a chriſtia
nis ſʒ a Romanis idolatris diſperſi fueritis. Cur tam venenoſis exe
crationibus nobis precipue ter ſaltem quolibet die in ſacris veſtris
mala grauiſſima imprecamini cũ nos ꝓ vobis oremus deũ ⁊ mitio-
res etiã q̃ mahumethẽſes erga vos ſimus perditi ergo eſtis: qꝛ ieſu
Joſephus — chriſto nõ credidiſtis: quod q̃dẽ Joſephi veſtri verbis poſſumus cõ
firmare: qꝛ multa diuine in iudeos indignationis adducit ſigna: et
miracula euidentiſſima ⁊ horrẽda: atq̃ affirmat in ſumma celebrita
te veſtra vrbem hyeroſolimam in quã tũc azinorũ gratia tota ferme
iudea confluxerat obſeſſam a Romanis fuiſſe. Certũ eſt aũt ijſdem
Titi dictũ — diebus vos ieſum ſuperiorib⁹ annis interfeciſſe. Addit Titũ q̃ obſe
derat vrbẽ ſolitũ dicere: ꝓpter multa portenta deũ ita eſſe iudeis ira
tũ vt timeret ne ei quoq̃ iraſceret᷑: ſi iudeis ignoſceret itaq̃ licet Ti-
tus nõ eſſet crudelis: tñ impellẽte deo crudelius: immo iuſtius actuʒ
eſt quã Romani vnq̃ alias conſueuerint. Si quideʒ in ea vrbe perie
runt fame ferroq̃ ſupra vndecies centena iudeorũ milia venũdata ve
Joſephus — ro ſunt plura quã nonaginta milia captiuoꝝ: hec Joſephus qui ⁊ in
terfuit atq̃ repetit: philoſtrat⁹ in vita Appolonij theanei q̃ Titus
captis hieroſolymis oĩa circumloca cadaueribus ꝯpleuerat finitime
aũt gẽtes ob victoriã coronare eũ voluerũt: ille ꝟo tali honore indi-
Philoſtra — gnũ ſe eſſe reſpõdit: nõ eñi ſe fuiſſe taliũ opeꝝ auctorẽ ſʒ deo iracũ
tus. — diam contra iudeos demonſtrãti ſuas manus prebuiſſe hec Philo
ſtrat⁹. Adfuit ĩ ea obſidiõe Veſpaſian⁹ Titi pater q̃ cũ vrbe dele

de iudeis triumphauiſſet quēadmoduꝫ Suetonius narrat ſtatim coram populo duo fecit miracula. Nam cecū ⁊ claudum tactu ſolo curauit. Is tamen neqꝫ antea vnꝙ neqꝫ poſtea tale aliquid feciſſe narratur quaſi diuino auxilio miracula illa fecerit ſtatim cū diuino impulſu chriſtianū ſanguinē vendicaſſet. Fuiſſe aūt vos iudei in xp̄i vindictaꝫ diſſipatos Mahumetes etiā confitetur qui ait in alcorano. Deū eripuiſſe ieſu animā ex manibus iudeorū reduxiſſe ad ſe atqꝫ exaltauiſſe ſectatoreſqꝫ xp̄i perſecutoribus prepoſuiſſe etiā vſqꝫ ad mūdi iudiciū atqꝫ finē decreuiſſe. Inſup īcredulos iudeos oīꝫ vindice tutoreqꝫ priuatos in hac vita ⁊ altera cruciatibus ſummis affligere. Sed audite Moyſem quēdam veſtrum egyptum in libro iudicū ordinariorū ita dicētē. Jeſus nazarenus viſus eſt eſſe meſſias: ac ſententia iudicū interfectus cauſa fuit vt deſtrueret̄ iſrael gladio hec ille. Puniuit auteꝫ vos deus idolatrarū manibus non chriſtianorū vt oſtenderet chriſtianos ſuos abſqꝫ vlla violentia viuere debere ⁊ poſſe regnare atqꝫ tam miraculoſe puniuit vt nihil mirabilius vel vnꝙ fuiſſe vel fore tā chriſtus predixerit ꝙ Joſephus confirmauerit. Legite quintum de his rebus Joſephi librum videbitis etiam matres fame filios deuoraſſe Sufficiunt vobis iſta o iudei: ſufficiunt vobis tanti teſtes ⁊ teſtimonia ex lege veſtra. An adhuc impudentia nimia audebitis dicere: ꝙ alterius gentis vel nationis homines chriſto deberent teſtimoniū ꝑhibere. Sed ſi hoc dicitis reſpondet quidē ille vobis. Non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael. Sed ſicut vos in actibꝰ apoſtolorum increpat Paulus vobis primū oportuerat annunciari verbum dei: ſed qꝛ repuliſtis illud nec vos dignos vite eterne iudicaſtis ecce inquit conuertimus nos ad gentes. Demonſtrauimus iam nos in primo ex gentibus teſtimonium chriſto fuiſſe prolatum quoniam veritas non tacuit clamando etiam per linguas inimicorum ſuorum.

## ¶ Domini Symphoriani chāperij de religione chriſtiana aduerſus hereticos liber tertius.

### ¶ Confutatio arriane hereſis ⁊ de arrianorum preſumptione. Caput primum.

Aſſertio auteꝫ noſtre fidei vt Ambroſio placet hec eſt vt vnum deum eſſe dicamus. Neqꝫ vt gentes filium ſeparemus neqꝫ vt iudei natum ex patre ante tempora et ex virgine poſtea editū denegemus / neqꝫ vt Sabellicus patrem confundamus et verbum / vt eundem patrem aſſeramus / et filium: neqꝫ / vt fotinus initium filij ex virgine diſputemus / neqꝫ vt ille impius Arrianus plures credendo ⁊

Diuus ambro. li. p̄mo de fide.

diſſimiles poteſtates plures deos gentili errore faciamus: qꝛ ſcriptū
Deut.vj.a. eſt. Audi iſrael dn̄s deus tuus deus vnus eſt. Deus enim ⁊ dn̄s nomē
magnificentie nomen eſt poteſtatis ſicut ipſe dicit: dn̄s nomen mihi
eſt. Et ſicut alibi propheta aſſerit dn̄s om̄ipotens nomen eſt ei. Dn̄s
ergo ⁊ deus vel ꝙ dominetur oībus vel ſpectet oīa ⁊ timeatur a cun-
Mat.xxviij d. ctis. Si ergo vnus deus: vnū nomen: vna poteſtas: vna eſt trinitas.
Deniq; ipſe dicit. Ite baptiſate gētes in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiri
Johan.x.f. tus ſancti: in nomine vtiq; non in nominibus ipſe etiā dicit. Ego ⁊ pa
ter vnū ſumus: vnū dixit ne fiat diſcretio poteſtatis. Sumus addidit
vt patrē filiūq; cognoſcas quo perfectus pater ꝑfectū filiuz genuiſſe
credatur: ⁊ pr̄ et fili⁹ vnū ſint: nō confeſſiōe ſed vnitate nature. Sed
Expoſitio arriane he-reſis. nunc conſideremus quas arriani dei filio inferant q̄ſtiones. Diſſimi
lem patri dicunt eſſe dei filiū hoc ſi homini obijciatur iniuria eſt. Ex
tempore cepiſſe dicunt dei filiū cum conditor ipſe ſit temporū hoīes
ſumus ⁊ eſſe nolumus tēporales. Ex tempore cepimus ⁊ ſine tēpore
futuros eē nos credim⁹ ⁊ fieri nos optamus eternos. Et quomodo
negare poſſumus dei filiū ſempiternū quem ſempiternum docet atq;
demonſtrat natura non gratia. Creatum dicunt. Quis auctorez inter
opera ſua deputet vt videatur id eſſe quod fecit. Bonū negant ſacri
lega vox ipſa ſe dānat vt indulgentiam ſperare non poſſit. Negāt ve
rum dei filiū: negant omnipotentē cum fateātur omnia facta per filiū
omnia creata per dei eſſe virtutē. Quid eſt enim virt⁹ niſi perfecta na
Johan.x.f. tura. Negant etiam diuinitate vnū eſſe cum patre. Deleant ergo euā
gelium deleant xp̄i vocem. Ipſe enim dixit. Ego ⁊ pater vnū ſumus.
Non ego hoc dico chriſtus dixit. Nunquid fallax vt mentiref. Nun-
quid impius vt quod non erat vſurparet. Sed ſingula ſuis locis ple
nius digerentur. Nunc q̄m hereticus dicit eſſe diſſimilem: idq; verſu-
tus diſputatiōibus aſtruere nititur. Dicendū eſt nobis qd̄ ſcriptū eſt.
Cauete ne quis vos depredetur per philoſophiā ⁊ inanē ſeductionē
ſcd̄m traditionē hominum ⁊ ſcd̄m elementa huius mundi: ⁊ non ſcd̄z
chriſtuz: qꝛ in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter
Omnem enim vim venenorum ſuorū vt idez Ambroſius refert in dia
lectica diſputatione conſtituunt. Que philoſophorum ſententia defi-
nitur: non aſtruendi vim habere: ſed ſtudiū deſtruendi. Sed nō in dia
lectica cōplacuit deo ſaluū facere populum ſuum. Regnū enim dei in
ſimplicitate fidei eſt: non in contentione ſermonis. Diſſimilem igitur
dicunt eſſe. Nos negamus: immo potius horremus hanc vocē. Dic
mihi heretice q̄ audes dicere ꝙ minor ſit dei ſapiētia: dic mihi altitu-
dinem celi quanta ſit latitudo terre profundū abyſſi. Numera ſi po
tes pluuie guttas: arenā maris: dies ſeculi: tuos etiam numera capil
los. Quoniam oēs capilli capitis veſtri numerati ſunt. Demonſtra

mihi atq; explica parua iſta inferiora: ⁊ tunc tibi credam poſſe ⁊ inue ſtigare ſuperiora. Sed non potes non vales. Spiritus dei te cōuincat qui vos hereticos ante preuidit. Non eſt tibi labor hic vtilis ad ſalutē ſed potius ad perniciē: cū ſeductus multos ſeducere cupis alios pecunia alios potentia. Talia enim docendo immo non docēdo ſed potius blaſphemando non cuilibet potenti ſed ipſi deo patri in eius filio facere demonſtraris iniuriā. Maior eſt pater minor eſt fili⁹ melior eſt pater inferior filius has ꝯtumelias nec homo quilibet ſapiēs libenter accipiat qui filium meliorē ſeipſo aut patrem habere cōtēdit Unde etiam illud dictum propheticū. Letatus eſt pater in filio ſapiētie in vita ſua viuit ⁊ in obitu non eſt cōtriſtatus. Mortuus enim eſt pater ⁊ tanq̄ non ſit mortuus. Quare nō eſt mortuus. Similē enim reliquit pro ſe. Ecce propheta dicit ſapientē filium hominis eſſe ſimilem patri: ⁊ tu heretice audes dicere ipſam ſapiētiā dei filiū patri eſſe diſſimilem propheta dicit mortuū hominē patrem in eo ꝙ filiū ſimilem reliquit viuere in filio: ⁊ tu audes ipſam ſempiternā vitam qđ eſt dei filius ſeparare ab illo qui nunq̄ moritur patre. Et quid inquit facturus ſum. Ipſe dixit pater maior me eſt. Quia non intelligis (infit Auguſtinus) ideo tibi male ſonat quod dixit. Nam ipſe dixit immo ⁊ cōfirmauit: prorſus ipſe dixit: pater maior me eſt: ipſe filius dixit. Uide qn̄ hoc dixit in ſuſceptiōe humane nature poſit⁹ hoc dixit. Tūc dixit pr̄ maior me eſt qn̄ dixit. Triſtis eſt aīa mea vſq; ad mortē. Tūc dixit pater maior me eſt quando fleuit quando laſſatus eſt: qn̄ eſuriuit quando ſitiuit. Tunc dixit pater maior me eſt: quando ⁊ dicit ſcriptura minoratum paulominus ab angelis. Nunquid etiā inſana ſuperbia ita irreuerens progreditur veſtra vt verbū dei manens apud patrem audeatis dicere in illa diuinitate āgelis eſſe minorem. Si nō audes heretice hoc dicere ſerua hos gradus ⁊ periet error tuus. Filius apud patrē equalis cū patre quoniam ſempiternus cū ſempiterno ſemper manēs cū ſempiterno: manet equalis miſſus ⁊ veniens in ſuſceptione hominis minor non ſolū patre verū etiam angelis equalis in forma dei minor in forma ſerui. Equalis cū patre creans angelos: equalis cū patre homines faciēs: equalis cū patre nouum conſtituēs mundū: minor patre perditū reparans mundū. Equalis cū patre vitam largiens eternā: minor patre mortē ſuſcipiens noſtrā. Nūc itaq; filiū credimus in ſuſceptione hominis minorē in diuinitate patri equalem factū ſicut apoſtolus dicit ex ſemine dauid. Quem virgo Maria de ſpiritu ſancto concipiens: ⁊ in cuius vtero verbum carnē ſuſcepit nobis factus eſt mediator homo totus ⁊ deus verbum aīa ⁊ caro vnus chriſtus. Hoc quippe nobis etiam ordo huius ſacramēti declarat ꝙ poſtea q̄ credimus in deum patrē omnipotētē credimus

Jo. xiiij. d. Aug. in lib. cōtra arrianos. c. viij.

Mat. xxvj. d.

ps. viij.

Ro. j. a. j. Thi. ij. b.

in deum patrem omnipotentē credimus ⁊ in ieſum xp̄m filiū eius cō-
ceptū de ſpiritu ſancto natū ex virgiue maria. Et hec natiuitas ꝑtur-
bat omnē cogitationē humanam quoniā virtus eſt eam operata diui-
na. Nam qn̄ admittit ratio noſtre generationis: vt virgo concipiens
virgo poſt partū permanens filius videatur integritas inuiolata ſer-
uetur. Et hoc non pōt implere quilibet natus homo: ille auteꝫ potuit
qꝛ non erat ſolus homo ſed deus ⁊ homo qui propterea voluit naſci
homo qꝛ perierat omnis homo. Primū itaqꝫ miraculum magnū hu-
ius mediatoris ac ſingulare fuit ꝙ ſic nat⁹ eſt: vt ille qui veniebat mul-
tos docere facere miracula: qꝛ ipſe per ſe ⁊ per illos faciebat haberet
tamen aliquid propriū qui nihil vſurpauerat alienū. Solus enim de
virgine natus eſt: qꝛ ſolus ſine amplexu viri ⁊ femine de ſpiritu ſancto
conceptus eſt: ſolus ſine corruptione impleuit vterū matris: qꝛ ſolus
pro nobis ſuper celos aſcendit vt ſederet ad dexteram patris. Acce-
perunt ab illo diſcipuli vt facerent multa ⁊ miracula magna ⁊ fecerūt
nec tamen quiſpiā predicatur aut creditur de virgine natus aut de ſpi-
ritu ſancto conceptus: niſi ille vnus qui creator temporū inuentus in
tempore eſt etiā ex vtero virginis natus: ſuſcipiens quā integraꝫ for-
mauerat humanā naturā vt per ipſaꝫ quodāmodo redemptor noſter
repararet ruinam. Et hic dei filius ⁊ hominis filius. Dei filius de cor-
Pſ. xviij. de patris hominis filius ex vtero matris. Idem ipſe vnus chriſt⁹ qui
proceſſit ex vtero virginali tanꝙ̄ ſponſus de thalamo ſuo in quo vte-
ro ſpiritales nuptie celebrate deus coniunctus eſt carni ⁊ caro adhe-
ſit deo vt eſſet vnus chriſtus: ⁊ vt Auguſti. dixit totus homo. Interro-
ga ergo tu heretice ſcripturas: interroga apoſtolos: interroga pro-
phetas: interroga xp̄m. Quid multa: patrem interroga cuius honori
ſtudere ſe dicunt arriani ſi filius degener iudicetur. Sed non eſt ho-
norificentia boni patris filij iniuria. Non poteſt homo patri placere:
ſi filius degeneraſſe potius a patre quā patrem equaſſe credat. In
principio ipſius mundi patrem ⁊ filiū eſſe audio: ⁊ vnuꝫ opus cerno
Audio loquentem agnoſco facientē: ſed ⁊ patris ⁊ filij vnā imaginē
vnam ſimilitudinem lego. Similitudo hec non diuerſitatis ſed vnita-
tis eſt. Qđ igit̄ tibi vſurpas filio dei derogas cū vtiqꝫ niſi ꝑ imaginē
dei ad imaginē dei eē nō poſſis. Imago docet nō eē diſſimilē chara-
Diuus Am- cter expreſſuꝫ eſſe ſignificat ſplēdor ſignat et̄nū imago teſte Ambro-
bro. li. j. de ſio: nō vultus eſt corporalis nō fucis cōpoſita nō ceris: ſꝫ ſimplex de
fide. ca. iiij. deo egreſſa de patre expreſſa de fonte per hanc ymaginem philippo
patrem dn̄s demonſtrauit dicens philippe qui me videt: videt ⁊ pa-
Io. xiiij. b. trē. Et quomodo tu dicis. Oſtende nobis partem: non credis qꝛ ego
in patre ⁊ pater in me eſt. Uidet enim in imagine patrem qui videt in
filio. Imago iſta veritas eſt: imago iſta iuſticia eſt: imago iſta dei vir-

us eſt:non muta q2 verbum eſt:non inſenſibilis q2 ſapientia eſt:non inanis:q2 virtus eſt:non vacua:q2 vita eſt:non mortua:q2 reſurrectio eſt.Vides ergo:quia dum imago dicitur patrez ſignificat eſſe cuius imago ſit filius:quia nemo poteſt ipſe ſibi imago ſua eſſe.Arrius dicit.Ex toto deum non ex parte cognoui:Paulus vero dicit:ex parte cognoſcimus:ꝛ ex parte prophetamus.Arrius totum deum vt ipſe fatetur facie ad faciem comprehendit:ipſe enim vt aſſerit ſcrutatur etiã alta dei inferior ergo Paulus ꝙ arrius.Et vas electionis ex parte ſcit.Vas perditionis totum ſcit.Scio inquit Paulus hominez ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio deus ſcit qui raptus eſt in paradiſum ꝛ audiuit ineffabilia.Paulus raptus vſqꝫ ad tertium celũ:ſeipſm neſciuit.Arrius in ſtercore volutatꝰ deũ ſciuit:Paulus dicit de ſe ipſo deus ſcit arrius de deo dicit:ego noui.Sed non arrius raptus in celũ:ꝗuis eum ſecutus ſit qui iactatione dãnabili diuina preſumeret dicens:ponã thronum meũ ſuper nubes:ꝛ ero ſimilis altiſſimo.Sicut enim ille dixit:ero ſimilis altiſſimo:ſic arrius altiſſimũ dei filiũ ſimilẽ ſui vult videri quem non diuinitatis eterne maieſtate veneratur:ſed ex carnis infirmitate metitur.

¶Paganici erroris ĩprobatio ex mercurio hermete ꝛ auguſtino.c.ij

Quid dicis pagane.Deus inquis ſi delectatus eſt filiũ indiguit cõiugio ſi horruit coniugiũ ſolus eſt ſine filio. Quid enim poterat inueniri ſimile deo quod coniũgeretur deo:vt pareret filium deo.Deinde ſic dicitis. Si habet filium deus:iam non vnum colitis deum. Quid agimus ab allophilo miſſum excepimus quid remittimus. Quod libet miſerimus telum licet perueniat ad illum quid prodeſt. p̄.cxiij.
Quare:q2 durus eſt:q2 lapidens idola colit.Scriptũ eſt enim.Similes illis ſunt oẽs qui faciũt ea ꝛ omnes qui confidunt in eis.Sanctas ſcripturas non accipit.Queramus ergo lapidem quo percutiaꝶ vt percuſſus quaſſetur:quaſſatꝰ cõminuaꝶ:comminutus in puluerem ↄuertatur:cõuerſus ĩ puluerẽ ↄpluaꝶ:cõplutus ſeraꝶ:ſatus faciat fru Hermes.
ctum non ꝗ igne cõſumaꝶ:ſed qui in horreo recõdaꝶ.Hermes qui latine mercuriꝰ dicitꝶ Aug.teſtãte ſcripſit librũ qui logoſchelios appellaꝶ:id eſt verbũ perfectũ magnũ nomen libri huius:q2 magnus eſt de quo ſcriptꝰ eſt.Quid ei perfectiꝰ verbo:ꝗ ſolus eſt ĩter mortuos liber
Audiamꝰ inſit Aug.ꝗd loquaꝶ Mercuriꝰ de verbo ꝑfecto.Dñs in- ps.vj.
quit ꝛ oĩm factor deoꝝ ſcõm fecit dñm.Et poſt pauca vt oſtenderet quid dixerit repetijt ꝛ dixit.Qm̃ ergo hunc fecit primũ ꝛ ſolũ ꝛ vnum
honꝰ aũt ei viſus eſt ꝛ pleniſſimus oĩm bonoꝝ.Quantũ pleniſſimus Joh.i.b.
Joãnes euãgeliſta dicat de plenitudine eiꝰ oẽs accepimꝰ grãz ꝑ grã honꝰ aũt ei viſus ẽ ꝛ pleniſſimꝰ oĩz bonoꝝ.ꝛ ſeqꝶ letatꝰ ẽ cuiꝶ cũ quo

letatus eſt. Et valde dilexit tanq̃ vnigenitũ ſuum. Quem primo fa-
ctum dixit: poſtea vnigenitũ appellauit. Itē alio loco ſic dixit. Filius
benedicti dei atq̃ bone volũtatis: cuius nomen non pōt humano ore
narrari. Querebas pagane coniugē dei. Audi mercuriũ para frontē
excipe lapis lapidē cade vt erigaris: frangere vt firmeris: deſtruere vt
edificeris. Ictus lapidis non cutē aperiat frontis non venā rumpat
ſanguinis non faciat foueā vulneris: ſed ſignũ faciat crucis. Cōiugē
dei queris abijciatur ex corde tuo improba prauitas. Cōiunx dei bo
na voluntas eſt. Quomodo ⁊ pater ſit deus ⁊ filius deus: nec tamen
duo dij ſed vnus deus: tecũ diſputare nō debeo: q̃r niſi credideris nul
latenus intelligere potueris. Tamen filiũ dei dominum fatet. Mer
curius hoc lapide percuſſus lapideus deſinat eſſe ſacrilegus. Quid
agis pagane aperi aures noli eſſe ſicut aſpis ſurda que obturat au-
rem ne audiat vocē incantātis. Non tibi auctorem chriſtianũ profe-
ro. Tuus eſt mercurius cuius inter deos tantus honor cultuſq̃ a vo-
bis allatus eſt vt eius nomine diē domini vocaretis. Ipſum audi: ipſe
te conuincat ipſe expugnet: vt cum te vicerit illi cedas ⁊ mihi credas
Mercuri⁹ dixit. Dilexit de⁹ vnigenitũ ſuũ ipſe dixit filius bñdict⁹ dei
atq̃ bone voluntatis. Et ne eius nomine tediũ interrogationis ſuſti
neret ſecutus adiunxit. Cuius nomen non poteſt humano ore narra-
ri. Quid tu mercuri ab hominibus dicis nomen dei filij narrari non
poſſe. A te narretur qui non homo: ſed deus ab hominibus eſtimeris
loquitur autem ad filiũ ſuum dicens. Eſt enim qui filij inenarrabilis
ſermo ſapientie ſpiritusſanctus. Nonne hoc eſt in principio erat ver-
bum. Dic hermes: ſermo iſte ſapientie habet matrē: ſequitur de ſolo
deo. Dñs eſt omnium dominante de mortalibus. Et q̃r ab homini-
bus indagari non poteſt: addit ⁊ dicit. Super homines eſt. Nomē
filij dei narrare non poſſum: q̃r non ſum deus: dicant homines quaſi
homines quod non ſum deus: dicant homines quaſi homines quod
ſum. Sermo ſapientie de ſolo deo eſt. Non ergo ibi pagane huma-
nũ ſuſpiceris aut fingas fuiſſe cōiugiũ de ſolo dño eſt: ⁊ ſuper hoīes
eſt. Increpat te ſybilla dicens ipſum tuum cognoſce dñm dei filium
eſſe. Ipſum non aliũ non martem non iouē nō mercurium ſed quē cō
fitetur mercurius. Quid miraris chriſtiane q̄ talia de patre ⁊ filio di
Marci.j.c. cant. Et demones credunt ⁊ cōtremiſcunt. Nempe in euangelio trā
Jaco.ij.d. eunte domino dicunt nouimus q̄ ſis filius dei veniſti ante temp⁹ per
dere nos. vtinam inquit Auguſtinus quomodo demones iudicez: ſic
homines agnoſcerent ſaluatorem.

## De hereſibus Origenis. Cap.iij.

ORigeniaſte ſiue Origeniani vt auguſtino placet a quodam Origene dicti ſunt non ab illo qui fere omnibꝰ notus eſt ſed ab alio neſcio de quo vel ſectatoribus eius epiphanius loquens. Origeniani inquit cuiuſdā Origenis turpis aut ſunt operationis iſti ſunt inenarrabilia ⁊ nefanda facientes ſua corpora corruptioni tradentes. Alios autem Origenianos vt idē Auguſtinus auctor eſt ſunt qui ⁊ adamātij tractatoris illius qui ⁊ mortuorū reſurrectionem negant chriſtum autem ⁊ ſpiritum ſanctum creaturā introducentes paradiſum autem et celos ⁊ alia omnia allegorizantes hec quidē de Origene Epyphanius refert: ſed defenſores eius dicunt. Origenē patrem ⁊ filiū ⁊ ſpiritum ſanctū vnius eiuſdemqꝫ ſubſtantie docuiſſe neqꝫ reſurrectionē repuliſſe mortuorū quãuis ⁊ in iſtis eum cõuincere ſtudeant ſed q̄ eius plura legerunt contradicunt. Sunt ⁊ alia huius Origenis dogmata que catholica eccleſia omnino non recipit: in quibus nec ipſum (vt Auguſtinus aſſerit) falſo arguit nec poteſt ab eius defenſoribus excuſari maxime de purgatione ⁊ liberatione ac rurſum poſt longū tēpus ad eadem mala reuolutione rationalis vniuerſe creature. Quis enim catholicus chriſtianus vel doctus vel indoctus non vehemēter exhorreat eam quam dicit purgationem malorū: id eſt etiam eos qui hācvitā in flagitijs ⁊ facinoribus ⁊ ſacrilegijs atqꝫ impietatibꝰ quelibet maximis finierunt. Ipſum etiaꝫ poſtremo diabolū atqꝫ angelos eius quãuis poſt longiſſima tempora purgatos atqꝫ liberatos regno dei luciqꝫ reſtitui ⁊ rurſus poſt longiſſima tempora omnes qui liberati ſunt ad hec mala denuo relabi ⁊ reuerti: ⁊ has vices alternantes btitudinū ⁊ miſeriarum rationalis creature ſp̄ fuiſſe ſp̄ fore. De qua vaniſſima impietate aduerſus philoſopos a quibus iſta dicit Origenes in libris de ciuitate dei Auguſti. diligentiſſime diſputauit. Tēpore ſulpitij ſeueri vt lib. j. ſuorū dialogorum ſcribitur apud alexandruꝫ ſeda inter ep̄os atqꝫ monachos certamina gerebantur ex ea occaſione vel cauſa: qꝛ congregati in vnū ſepius ſacerdotes frequentibus decreuiſſe ſynodis videbantur ne quis origenis libros legeret: aut haberet qui tractator ſcripturarū ſanctarum peritiſſimꝰ habebat. Sed ep̄i quedam in libris ipſius inſanius ſcripta memorabant que aſſertores eius defendere non auſi ab hereticis potius fraudulenter inſerta dicebant ⁊ ideo non propter illa que in reprehēſionem merito vocarentur etiam reliqua eſſe dānanda cū legentium fides facile poſſet habere diſcrimen ne falſata ſequerent: ⁊ tamen catholice diſputata retinerēt. Non eſſe autem mirum: ſi in libris neotericis ⁊ recenter ſcriptis fraus heretica fuiſſet operata que in quibuſdā locis non timuiſſet incidere euangelicā veritatē. Aduerſum hec epiſcopi obſtinatius

Primꝰ origenes hereticus.

Aug. li. de hereſibꝰ ad quoduuldeū.

Epiphaniꝰ

Dialogorū li. j. cap. iiij.

penitentes pro poteſtate cogebant recta etiam vniuerſa cũ prauis ⁊ cũ ipſo auctore damnare quia ſatis ſupercꝫ ſufficerent libri quos eccleſia recepiſſet reſpuendã eſſe penitus lectionẽ: ꝙ plus eſſet nocitura inſipientibus ꝙ̃ pfutura ſapientibus mihi aũt (inquit Sulpitius) ex illis libris quedam curioſius indagãti admodum multa placuerũt: ſꝫ nõnulla dep̄hẽdi: ĩ qb⁹ illũ praua ſenſiſſe nõ dubiũ eſt: ꝙ defenſores eius falſata cõtendunt. Ego miror vnũ eundemcꝫ hominẽ taꝫ diuerſum a ſe eſſe potuiſſe vt in ea parte: qua probatur neminẽ poſt apoſtolos habeat equalẽ: in ea vero: qua iure reprehẽditur: nemo deformius doceatur erraſſe. Nam cum ab epiſcopis vt Sulpitius narrat excerpta in libris illi⁹ multa legerentur: qđ ꝯtra catholicã ſcripta conſtarent locus ille vel maximam parabat inuidiam: in quo editũ legebatur: ꝙ dñs ieſus ſicut pro redẽptione hominis in carne veniſſet ⁊ crucem pro hoĩs ſalute perpeſſus: mortem pro hominis eternitate guſtaſſet ita eſſet eodem ordine paſſionis etiam diabolum redẽpturus qꝛ hoc bonitati illius pietaticꝫ cõgrueret: vt qui perditum hominem reformaſſet prolapſum quocꝫ angelum liberaret. Dum hec atcꝫ alia iſtiuſmodi ab epiſcopis proderentur ex ſtudijs partiũ orta ſeditio eſt. Que cum reprimi ſacerdotuꝫ auctoritate non poſſet: ſe non exemplo ad regendam eccleſiaſticã diſciplinã prefectus aſſumit cui⁹ terrore diſperſi fratres: ac p diuerſas oras monachi ſunt fugati: ita vt propoſitis edictis in nulla cõſiſtere ſede finerentur. Illud (inquit Seuerus) me admodum ꝑmonebat ꝙ hieronymus vir maxie catholicus: ⁊ ſacre legis peritiſſimus. Origenẽ ſecutus primo tp̄e putabatur: quem nũc idẽ precipue vel oĩa eius ſcripta dãnaret. Nec vero auſus ſum de quoꝙ̃ temere iudicare preſtãtiſſimi tamen viri ⁊ doctiſſimi ferebantur in hoc certamine diſſidere. Sed tamen (iuſit ſulpitius ſiue illud error eſt (vt ego ſentio) ſiue hereſis (vt putatur) non ſolum reprimi non potuit multis animaduerſionibus ſacerdotum: ſed nequaꝙ̃ tã late ſe potuiſſet effundere niſi contentione creuiſſet. Nec ille ſcripſit beatus pãphilus martyr apologeticũ pro Origene. Aliũ quocꝫ ſcripſit Ruffinus de adulteratione librorũ Origenis prout fuerũt libri beati Clementis pape: atcꝫ clementis alexandrini dionyſijcꝫ et aliorum clarorũ virorum libri. Solet inquit ſancti Cypriani martyris omne epiſtolarum corpus in vno codice ſcribi hinc corpori heretici quidem qui in ſpiritũ ſanctum blaſphemant tertuliani libellũ de trinitate reprehenſibiliter (quantum ad veritatẽ fidei noſtre pertinet) ſcriptum inferentes ⁊ quãplurimos codices de talib⁹ conſcribentes per totã conſtantinopolim vrbẽ maximã diffuſos precio viliori fecerũt: vt exiguitate p̄cij hoĩes illecti ignotos ⁊ latẽtes dolos facili⁹ ꝯpararẽt quo per cõmentũ heretici pfidie ſue fidẽ tanti viri autoritate cõ-

Rufinus in ſuo apolegetico pro Origene.

quirerēt. Accidit tñ vt recenti adhuc facto quidā ex noſtris fratribus
catholicis inuēti admiſſi ſceleris cōmiſſa retegerēt: ⁊ ex parte aliqua
ſi quos poſſent ab erroris hui⁹ laq̄is reuocarēt. Quā plurimis tamē
in illis partibus ſanctū martyrem Cyprianum huius fidei que a ter-
tulliano non recte ſcripta eſt: fuiſſe perſuaſum eſt hec Ruffinus.

## ¶ De hereſi Manicheorum. Caput. iiij.

MAnichei a quodā perſa extiterunt q̇ vocabaꝛ manin q̄-
uis ⁊ ipſum cū eius inſana doctrina cepiſſet nomē p̄di-
cari nā antehac vrbicus vocabaꝛ. Sʒ in grecia diſcipu-
li eius vitantes nomē inſanie quaſi doctiores ⁊ eo ipſo
mendaciores geminata n lr̄a Manicheū quaſi manna
fundētē pro Manicheo id eſt inſano appellauerunt. Iſte duo prin-
cipia inter ſe diuerſa atq3 eadēq3 eterna ⁊ coeterna hoc eſt ſp̄ fuiſſe cō-
poſuit. Duaſq3 naturas atq3 ſubſtantias boni ſcʒ ⁊ mali ſequēs alios
antiquos hereticos opinat⁹ eſt. Vinū nō bibūt Manichei: dicentes
fel eſſe principū tenebrarū cū veſcātur vuis. Nec muſti aliq̇d vel recē-
tiſſimi ſorbeāt. Aīas auditoꝝ ſuoꝝ in electos reuolui arbitrāꝛ: aut fe-
liciore ꝯpēdio in eſcas electoꝝ ſuoꝝ: vt iā inde purgate in nulla corpo-
ra reuoluāꝛ. Ceteras autē aīas ⁊ in pecora redire arbitrāꝛ ⁊ in oīa q̄
radicib⁹ fixa ſunt atq3 alūꝛ ī terra. Deū q̇ legem ꝑ moyſem dedit ⁊ ī he-
breis ꝓphetis locut⁹ eſt: nō eſſe verū deū ſʒ vnū ex principib⁹ tenebra-
rū manichei fabulāꝛ ꝑmiſſionē dn̄i ieſu xp̄i de paracleto ſpiritu ſctō
ī ſuo hereſiarcha manicheo dicūt eſſe ꝯpletā: vn̄ ſe ī ſuis lr̄is ieſu xp̄i
apoſtolū dicit eo q̄ ieſus ſe miſſurū eē ꝓmiſerit atq3 in illo miſerit ſp̄ʒ
ſctm̄ ꝓpterq3 ip̄e maniche⁹. xij. etiā diſcipulos habuit inſtar ap̄lici nu-
meri. Baptiſmū in aqua nihil cuiq̄ ꝓhibēt ſalutis afferre: nec quēq̄
eoꝝ quos decipiūt baptiſandū putāt. Orōnes faciūt ad ſolē per diē
Ad lunā ꝑ noctē ſi apparet ſi aūt nō apparet ad aq̇loniā partē. Duas
aīas vel duas mētes vnā bonā alterā malā in vno hoīe inter ſe habe-
re ꝯflictū qn̄ caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄ ⁊ ſpūs aduerſus carnē nec
ī nobis ſanatū hoc vitiū ſicut nos dicim⁹ nūq̄ futurū ſʒ a nobis ſeiun-
ctā atq3 ſecluſam ſubſtātiā iſtā mali ⁊ finito iſto ſcl'o poſt ꝯflagratio-
nē mūdi ī globo quodā tāq̄ ī carcere ſempiterno eē victurā. Cui glo-
bo fabulāꝛ ⁊ affirmāt acceſſurū ſp̄ ⁊ adheſurū quaſi coopertoriū atq3
lectoriū ex aīab⁹ natura q̇dē bōis ſʒ tn̄ q̄ nō potuerāt a nature male cō-
tagione mūdari hui⁹ ſecte vt Aug. ſcribit fuit fauſt⁹ q̇dē gn̄e afer ciui-
tate milenitan⁹ eloq̄o ſuauis īgenio callid⁹ ſecta maniche⁹ ac ꝑ hoc ne-
fādo errore ꝑuerſus ſcripſit ꝯ eū Aug. libros. xxxiij. Item ſcripſit cō-
tra felicē manicheū. li. ij. Itē contra q̇dā ſcōm manicheū ſcripſit lib. j.
Si volueris ergo contra manicheos diſputare blaſphemātes legē ⁊
prophetas ⁊ eoꝝ deū ⁊ incarnationē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i Augu. lib. lega-

## ¶ De hereſi ſymōis magi. Cap. v.

SImoniani a ſymone mago qui baptiſatus a philippo diacono ſicut in actibus apoſtolorum legitur pecunia voluit emere a ſanctis apoſtolis vt etiam per impoſitionem manuū eius daretur ſpiritusſanctus hic magicis fallacijs deceperat multos. Docebat autem deteſtādā turpitudinem indifferenter vtendi feminis. Nec deum mundū feciſſe dicebat. Negabat enim carnis reſurrectionem ⁊ aſſerebat ſe eſſe xp̄m Itemq̄ iouē ſe credi volebat. Mineruā vero meretricem quādam ſelen quam ſibi ſociam ſcelerum fecerat imagineſq̄ ⁊ ſuam ⁊ eiuſdem meretricis diſcipulis ſuis prebebat adorandas quas ⁊ rome tanq̄ deorū ſimulachra autoritate publica: vt Auguſtinus refert conſtituerat in qua vrbe beatus apoſtolus Petrus eū vera omnipotentis dei virtute extinxit. Dixerat enim ſe in monte ſyna legem moyſi in patris perſona dediſſe iudeis. Tempore tyberij in filij perſona putatiue apparuiſſe. Poſtea ſe in linguis igneis ſpiritum ſanctum ſup apoſtolos veniſſe. Chriſtum autē nec veniſſe nec a iudeis quicq̄ pertuliſſe. Symon autem iſte magus autore clemente ſamaritanus erat ex caſtello cettonū: deniq̄ Petrus apoſtolus ſymoni iſto qui magice artis conſuetudine depravatus putaſſet ꝙ granum chriſti per impoſitionem manus atq̄ infuſionem ſpiritus ſancti cōpararet pecunia ait Non eſt tibi pars neq̄ ſors in hac fide: q̄r cor tuū non eſt rectū apud deum. Penitentiam itaq̄ age ab hac nequitia tua ⁊ precare dominū ſi forte remittatur tibi recordatio cordis tui. In obligatione eni iniquitatis ⁊ amaritudine fellis video te eſſe. Uides inquit Ambroſius ꝙ hunc magica vanitate blaſphemantē in ſpiritum ſanctum apoſtolica autoritate condemnet: ⁊ eo magis q̄r puram conſcientiam fidei non habebat: ⁊ tamen non intercluſit ei ſpem venie quem inuitauit ad penitentiam. Ergo tegamus lapſus noſtros poſterioribus factis mūdemus fletibus vt audiat nos dn̄s deus noſter ingemiſcentes: ſicut audiuit lachrimantem effrem: queādmodum ſcriptum eſt dicente deo audi audiui effrem lachrimantem. Sic fleuit ⁊ niniue populus ⁊ denunciatum excidiū euaſit. Et ipſe dn̄s ait beati qui nunc fletis q̄r ridebitis dicamus ergo ꝙ vna eſt fides vnum baptiſma vnus deus ⁊ pater omnium. Si ergo vna fides immo: q̄r ⁊ vna fides vnū baptiſma vnus deus ⁊ pater omniū iam credidi iam baptiſatus ſum iam deū habeo patrem quare homicidaꝫ patior hereticuꝫ. Subueni domine meus ieſu ⁊ accingere gladium tuum circa femur potentiſſime omnium potentiſſime egredere occide eos in ſeuiuant in te ⁊ deſinant perſequi te ⁊ ſymoniani te ſubtrahunt arriani ⁊ manichei te minuunt. Tu quid dicis de te pater dixit / vt te audiamus cum te audimus ipſum audimus / vno ictu vtroſq̄ percute aduerſarios percans

Beat⁹ clemēs in itinerario ſuo cap. iij.

Diuus Ambro. li. ſcdo de peniten. capi. iiij. b.

Jone. iij. d.

Luce. vj. d.

Eph. iiij. b.

inquit vaniloqui ⁊ mentis ſeductores:arrianus ⁊ ſabellianus. Non ego ⁊ pater vnum ſum ſed ego ⁊ pater vnum ſumus. Quod dico vnū audiat arrianus:quod dico ſumus audiat Sabellianus:nō diuidat arrianus vnum non deleat ſabellianus ſumus:ſed ambo veniāt ⁊ ſint etiam ipſi nobiſcum in vnū ſicuti ego ⁊ pater vnū ſumus. Ergo ſi pater ⁊ filius vnum ſunt:immo qꝛ indubitanter vnum ſunt:non duo:ſed vnus deus. Non iniquum aliquid propheta ſcribit:ſed verum dixit deum dicentē. Ante me non eſt formatus deus ⁊ poſt me nō erit. Docuit veritas veritatem ⁊ gladio ſic acuto omnium peremit errorem.

Si adhuc heretici reluctantur audiant catholici diffinitiuā ſententiā quam ſequantur. Audiſtis patrem quid dixerit de filio. Audiſtis filiū quid de patre dixerit vel de ſe. Si quis vobis euangelizauerit preter id quod accepiſtis anathema ſit. Qui ſpirituz ſanctum a patre ⁊ filio eternitate ⁊ ſubſtantia vel cōmunione ſeparant eum qui negat ſpiritūſanctū nō eſſe patris ⁊ filij plenus eſt ſpiritu immūdo. Uacuus eſt a ſpiritu ſancto. Ideo enim dicitur deus charitas:qꝛ partibus nō diuidit vnitatem:ſed ineffabiliter vt Auguſtiuus inſit coagulat trinitatem ipſa eſt enim trinitas vnus deus turris fortitudinis a facie inimici:qui in ſe credentes cuſtodit in ſecula ſeculorū. Uerū de ſymone mago:Menandro/Saturnino/Baſilide/Harpocrate/Chernitho Ebeone/Nicolao/Cardone/Martione/Gnoſticis:⁊ huiuſmodi odioſis nominibus ſi qui cognoſcere plus volunt ireneum lugdunenſem ⁊ Epiphanium legant ſola tortuoſi ſerpentis venenoſa ſibi lamenta audientes.

Ga.j.b.

Hirene⁹ cōtra hereſes ſcripſit.

## Domini Symphoriani chāperij de religione chriſtiana contra Mahumetenſes liber quartus.

### Mahumeti origo incerta apud ſuos. Ca.primū.

ANno quarto ⁊ vigeſimo ſupra ſexcenteſimum humane ſalutis heracliani imperij duodecimo perſice expeditionis ſexto. Recepta; aphrica eſt. Egyptus:⁊ quicq̄d terrarum fuerat a Romano imperio a perſis occupatū A meſopotamia ad orā ſyrie ⁊ heritreū mare. Arabia dumtaxat excepta:cuius defectio magnum peperit humano generi incendium inde ſeminarium illud malorū terris ortum errore inextricabili qui mortalium partē multo maximā in veri obliuionem adduxit. Mahumetus tāti mali auctor vir dubium arabs an perſa:vtrūq̄ʒ enim traditur patre(vt quidem tradunt)malorum demonum cultore matre iſmaelitā:⁊ ob id hebraice legis nō ignara. Diſtrahere pue

eum illi ambiguūq; effingere dum hic: dum illa ſuam vterq; legē ige
rit: igitur vtroq; puer imbutus cultu: neutrū adultus recepit: qui in ho
mo callidus: atq; vafer ingenio inter chriſtiane pietatis viros diutiſſi
me verſatus rem pernicioſam humano generi ex duabus legibus cō
mentus. Primo inter arabes cōcinabundus Coſdroe factū deteſta
ri' qui vt deus quidā edicto adorari voluiſſet nulli mirum debere vide
ri: ſi poſt opes regni afflictas cū tota fere domo infeliciter ꝯſumptus
eſſet. Medius inde inter duas leges hebreos aiebat impie facere q̃
chriſtum natum ex virgine inficiarentur quando id prophete viri pre
cipua ſanctitate diuinoq; afflati ſpiritu futurū ceciniſſe expectandūq;
multo antea predixiſſet. Contra chriſtianos ſtulte credere ieſum dei
amiciſſimū natūq; ex virgine opprobria ⁊ cruciatum a iudeis perpe
ti voluiſſe. His pſeudo propheta quum ſuam gētē malis imbuiſſet
legem tulit cui ne ab hominibus ſane mentis quandoq; iretur obuiā
abrogareturq;: vt ſordide ⁊ peſtilenti capitalem inſcripſit penā: ſan
xitq; in ſuo alcorano: ſi quis de ea auſus eſſet diſputare: qua ſanctio
ne palam fecit nihil ſinceri in ea lege eē: quā velut myſteriū quoddā
texerit vetueritq; tractari: vt quale eſſet id qđ ferebat populus haud
ſcire poſſet. Quidā ſunt vt philelphus ſcribit qui eum iſmaelitā me
morent. Obſcuris genitum in arabia parentibus ſordidoq; loco na
tum puerilibus annis: furaci queſtu victum illi queſitum locandis cō
ducendiſq; camelis ad deportandas merces inde adultū latrociniū
exercuiſſe comparataq; latronum manu: vno atq; altero facinore illu
ſtratum. Vidue nuptias ſibi conciliaſſe: per quam grandem pecuniā
⁊ caſtella quedā conſecutus animū ad maiora extulerit fueritq; iam
inde perſicis rebus infeſtus vt qui in heraclij partibus eſſet eſtq; eo
prelio quo res Coſdroe conciderunt: vt quidam grecorum ſcribunt:
vulneratus a gregario milite cui Turco nomen eſſet fracta inde per
ſarum potentia. Nactus heraclij deſidiam cui ille poſt perſicam victo
riam deditus eſt multo maior factus: nec iam cōtemptibilis per va
rios ſucceſſus eo euaſit vt iura ⁊ leges ſue genti dederit: in quib⁹ fere
dis a Sergio matheo monacho neſtoriane impietatis viro eſt preci
pue adiutus. Egerat is monaſticā vitā. Ceterū quum nullus eſſet
inter ſuos dignationis preſentem vite ſtatum perteſus bizantio pro
fectū ad Mahometū cuius nomē iam celebre erat hō trāſfuga ſe cō
tulit. Huius igitur conſilio vſus legē propoſuit que vt populatior eſ
ſet: ex oīū gentiū ſectis aliq̃d aſſumpſit. Incepit lex Mahometi ipſa
inclareſcere in pontificatu romano ſedente bonifacio quinto in id tē
pus quo eleutherius exarcus regnum occupare conatus eſt. Alij ho
norio qui poſt Bonifacium fuit pontifex ſedente: virus illud exitia
le aiunt propinari ceptum mortalibus atq; initia eius pontificatus

heraclius arabum defectionem ex eo motu ortam: primo cōpeſcuit vt ſupra eſt proditum. Sed poſtea arabes Mahometi impulſu ſubacta egypto perſas bello petierunt ⁊ in pugna perſe acie victi facile ſubacti ſunt: ac tum demū Mahometi lege accepta non ſolū imperiū ſed nomē etiam amiſere Saraceni iam inde pro perſis appellati: anno ſalutis ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo: ex quo gens ipſa regnare ceperat rerūq; potita eſt. In aſia trecenteſimo atq; vndetrigeſimo. Saraceni qui tum perſas vicere partē ab initio habuerunt eius arabie que petrea dicta eſt qua parte ipſa terra inſerta eſt Egypto et iudee a Sara que fuit habrae ſeſe ortos falſe arbitrati ſunt: quā Mahometus auſam amplexus facile vaniſſime genti perſuaſit ſolos eos omnium mortaliū legitimos eſſe diuine profeſſionis ſucceſſores: His Mahometi ⁊ eius gentis ſucceſſibus conſternatus heraclius: tū demū a vera fide ad monothelitas deflexit pyrrhi ⁊ cyri ſuaſu. Ceterum q2 nulli dubium erat Saracenos: perſide ſubacta breui iudeam inuaſuros hieroſolimā miſit qui dominicam iude crucem bizantum aſportarent ne in agarenorum manus veniret. Hic tunc greci Saracenos opprobrij cauſa appellabant tanq̄ ab agare abrae ancilla oriundos. Nec heraclius ſua eſt opinione deceptus: barbari poſt perſas bello victos: antiochiam adorti: breui vrbem nobiliſſimā capiunt nec multo poſt ſunt ⁊ hieroſolimis potiti cui victorie Mahometus nō multum ſuperſtes fuit. Obijt annos natus quattuor ⁊ triginta: ſex vero facem illam humani generis circuntulit. Fuit annus: quo peſtis illa teterrima eſt in terris extincta: humane ſalutis ſexcenteſim' trigeſimus ſecūdus. Eſt in perſide vrbs moecca nomine: hic viſitur ferrea illius arca: quē totus oriēs colit. Mahometi Caliphas ſucceſſit cui ob nimiam ſuperſtitionē imperium eſt abrogatum atq; eius loco alter eodem dux nomine creatus quo tempore ſeuerinus pontifex maximus vita deceſſit quum pauloplus anno ſediſſet.

Perſe Saraceni facti.

Quod annos natus Mahometus.

## ¶ De antichriſto ⁊ an fuerit Mahometus Antichriſtus de tribu dan. Caput .ij.

Dan iudicabit populum ſuum tanq̄ vna tribus iſrael. Et fact' eſt Dan ipſe ſerpens in via ſedens ⁊ in ſemita mordens calcaneū equi: ⁊ cadet eques retrorſum: ſalutē expectans a domino ſimplex quidem (auctore Ambro.) intellectus hoc habet q̄ etiā Dan tribus iudicem dederit in iſrael. Eteni poſt ieſum naue iudices fuerunt plebis de diuerſis tribub': fuit aūt ⁊ ſanſon de tribu Dan: ⁊ iudicauit iſrael viginti ānis. Sed nō hunc ꝓphetia ſignificat: ſʒ āticbriſtū q̄ futur' eſt ex tribu dā,

Gen. xlix. c

Ambro. li. de benedictionib' patriarcharū cap. vij.

Seuus iudex ꝛ tyrannus immanis iudicabit populum ſuum. Tanq̄ ſerpens in via ſedens deijcere tentabit eos qui viam ambulant veritatis ſupplātare cupiens veritatem hoc eſt enim mordere equi calcaneū vt veneni ſuffuſione equus ſaucius ꝛ vulneratus dente ſerpētis lauet calcaneū ſuum. Sicut Judas proditor tentatus a diabolo ſuper dominum ieſum leuauit calcaneū ſuum vt deijceret equitem qui ſe deiecit vt omnes leuaret. Cecidit igiť nō proſtratus in faciem: quaſi dormitans: ſed retrorſum vt a ſuperioribus ad priora ſe extendens ad nō expectaret ſalutem. Sciebat enim ſe reſuſcitandum: ꝛ ideo iacentem adam expectabat erigere. Ueniet autem dn̄s in ſecundo aduentu ſed
ij. Teſſa. ij. non prius veniet: q̄ꝑ numerus electorū fuerit impletus qui deo cognitus eſt ꝛ q̄ꝑ reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui eſt antichriſtus. Hec eſt reuelatio Pauli apoſtoli de aduentu antichriſti ſecundo ad Teſſalonicenſes cap. ij. velata ꝛ obſcura. Et duos antichriſtos nominibus prime ꝛ ſecunde beſtie ſancta reuelat Johānis apocalipſis. Prima beſtia iam venit ꝛ ille fuit mahumetes arabum princeps qui apparuit ſub heraclio: ꝛ cuius ſecta adhuc durat breui per dei miaȝ funditus interitura. Scd̄a beſtia nōdū apparuit: de qua magis videtur loqui apoſtolus. Nec mirū. Nā in aduentu prime be-
Hieronim⁹ ſtie apoſtaſia nondum cōpleta erat: apoſtaſia defectio repudiatio et rebellio interpretatur hanc apoſtaſiam defectionē monarchie Romane in epiſtola ad Teſſalonicenſes ſacer interpretať athanaſius. Idē facit diuus Hieronimus Ad algaſiā vndecim queſtiones ſibi ex apoſtolo proponentē. Itē prima beſtia nō ſedit in tēplo dei tanq̄ꝑ q̄ꝑ eſſet deus oſtendens: ſed ſolū prophetam ꝛ nunciū dei ſe appellauit. Rurſus aduentus eius ꝛ ſi in mendacio quidē fuit vt qui ſpiritu ſathane plenus mētiretur angelorū dei / ꝛ dei familiaritatē ſuam in celū vſq; ad thronum dei ex ſancta ciuitate eleuationē ꝛ ſecretorū celeſtium cognitionem ꝛ innumera talia indigna narratu ꝛ hoc quidem cum falſa extaſi inuento diabolico phātaſtice perductus eſt vſq; ad principē demoniorum. Cuius man⁹ attactu (vt ipſe ait) ſenſit letale frigus vt qui vel in hoc ſe pricipem mortis eſſe declarabat quē ꝛ pro vero deo adorauit comitante eū angelo tenebrarū qui ſe in Gabrielē angelum lucis trāſfigurabat ꝑduct⁹ eſt. In quā in iumēto (talis ei beſtia ꝛ mittētē beſtialitatis pricipē ꝛ ad quē mittebať beſtialē hoiem decebat) per fictitios tenebrarū celos per multicipites multilingues monſtrificos ꝛ multiformes apoſtatas āgelos ſupplicia pendētes q̄ ꝛ opis eius ſe egere ſimulabant. Et proh ſcelus horrendū ſcelus infandum: in illa ſacrilega viſione vnus eorum in chriſtum ſe transfigurat quaſi opis eius indignum ꝛ ſuffragia eius poſtulātem catenas videt ſup-

plicia videt deum laudare putat loquentem blaſphemias principi te‑
nebrarum tribuentes que totius maieſtatis immenſe lucis habitato‑
ri debētur dño ⁊ dum profunde noctis ſecreta videt arcana putat eſſe
celeſtia. Hec eſt illius viſionis ⁊ diabolice ſcene veritas ⁊ vera inter‑
pretatio quam in dialogo noſtro in legem Mahometicam lati⁹ de‑
clarauimus. Aduentus igitur illius beſtie ⁊ primi antichriſti in ſpiri‑
tu ſathane fuit in mendacio: ſigna tamen ⁊ prodigia non fecit quod ⁊
ipſe de ſe teſtatur. Sed ſecunda beſtia: ſignorum habebit poteſtatem
⁊ ſeducit (inquit) habitantes in terra propter ſigna que data ſunt il‑
li facere prima tamen beſtia ⁊ primus antichriſtus magnā habet (vt
in Apocalipſi cognoſcitur) cum ſecunda ſimilitudinez ⁊ illi precurrit
vt ſecunda dicat ſe a prima annunciatā: ⁊ ſe eum eſſe quē prima iuſſit
adorandum: dabit enim ſpiritū imagini beſtie eritqꝫ ſpiritus imagi‑
nis beſtie in ſpiritu ſathane. Moſes ⁊ xp̄s: homo ⁊ homo ſupra ho‑
minem per plenitudinem dei. Prima ⁊ ſecunda beſtia. Beſtia ⁊ be‑
ſtia infra omnē beſtiam per plenitudinem nequitie ſathane. Subla‑
to prorſus Grecorum imperio: venit chriſtus. Sublato idētidem pe
nitus Romano imperio: veniet ſecūda beſtia qui eſt ātichriſtus. Nō
tam ergo iuſtam habebant timoris cauſam Teſſalonicenſes: ꝙ nos
vicinum timere debemus hominis peccati ⁊ filij perditionis aduētū
cum ad ſignum pauli monarchiam romanam admoueamus oculum.
Vbi nunc queſo monarchia: vbi qui in ea mundi regit habenas cū et
videamus monarchie caput etiam ab ea deficere quā obſecro Roma
ſuo regi ſuo monarche prebet obedientiā ⁊ neſcio quib⁹ temporibus
potuit maior defectio apparere. Sed cū Mahumetes ſit beſtia be‑
ſtie: ⁊ antichriſtus antichriſti: nihil abſurdum fuerit ſi propemodum
que adduxit apoſtolus videantur ei conuenire. Quis negabit homi‑
nem eſſe peccati ⁊ filium perditionis qui regno chriſti ⁊ dei ad eter‑
nam perditionem detraxit Aſiam: Africam ⁊ magnā partem Euro
pe que ⁊ a Romano apoſtaſiaz per tantam amplitudinem terre fecit
imperio. Quis tam aduerſarius chriſto vnqꝫ ſurrexit. Quis tam ex‑
tollitur ſupra omnem qui dicitur deus. Pater dicitur deus: ⁊ vere eſt
filius dicitur deus: ⁊ vere eſt; ſpirituſſanctus dicitur deus ⁊ vere eſt:
⁊ hi tres reuera deus ⁊ vnus deus: at patrem negat deum: filiū negat
deum ſpiritum ſanctū negat deū: tres negat Mahumetes ⁊ chriſtuz
deum: negat ⁊ ſe extollit ſupra chriſtum. ſe extollit ſupra angelos pro
chriſto pro āgelis ſupplicib⁹ ⁊ etiam demonibus vt ſuperior ſe oraſ‑
ſe mentitur nonne igitur extollitur ſupra omnem qui reuera dicitur
deus ⁊ cum ſupra āgelos ⁊ demones ſupra etiam eos qui opinione
dij habentru.

¶ Quid conſuerit Mahumetes de chriſto in ſuo alcorano. Ca. iij.

COnfitetur Mahumetes in alcorano ieſum chriſtū dei
virtutem ſapientiam aīam flatum ſpiritum verbūqꝫ af-
flatu quodam diuino quē rubela vocant ex maria virgi-
ne perpetua natum: affirmans chriſtū ſanctum ⁊ omni
virtute preſtantē eundēqꝫ ſupra humanitatis faſtigiuꝫ
nunc verbum nunc ſpiritum ⁊ dei aīam predicans virginis vtero na-
tum ipſam virginem miris efferre laudibus aſtipulari miraculis. Et
euangelice hiſtorie quatenus a ſuo nō diſcrepat alcorano euangelia
ab apoſtolorum diſcipulis corrupta oportuiſſe per alcoranum ſuum
emendari. Et chriſtiani nominis multitudini per hec blanditus a ſer-
gio voluit baptiſari inde in alioꝝ ſtudia cōcilianda cū Sabellianis
negare. Trinitatē cū Manicheis binariū in diuinis numerū ponere
Negare equalitatē pr̄is ⁊ filij cū eunomio. Spiritūſanctū creaturā
dicere: cū Macedonio: cū Nicolaitis multitudinē vxoꝝ ꝓbare et vt
iudeis aliquid daretur circunciſionē ⁊ baptiſmū ſimul predicare pro-
bare ⁊ vetus teſtamētū tametſi id quoqꝫ diceret quibuſdā in locis nō
carere vicio. Pretexuit his ambagibus incredibilem illecebram qua
facile vita capitur remiſſis ſue genti veneris ⁊ omnium voluptatū ha-
benis. Et ille quidē talis fuit in ferenda lege. Ceterū habuit res peſſi-
ma luxurioſa incrementa: adeo eſt vita pronior in lapſum: ꝙ̄ in bono
conſtans. Serpit peſtis illa ingentes fere innumeras: vt iam quota
pars hominum pre multitudine illa vero aberrantiū ſit nunc demum
In officio primordiū tanti mali: quod ſupra eſt demonſtratū: ex ara-
bia eſt: nenon ſꝑ eandem terra peſtilens eſſet humanis gentibus ſic
tunc Mahometus ſic olim Cham: ⁊ eius progenies hi maloꝝ de-
monū cultum induxerūt ille veri dei mira virtute conſtitutum ſuſtulit.

¶ Quid de ydolis ſenſuerit Mahometus. Cap. iiij.

DE ydolis non eſt opus mentionē fieri. Nā oē dānauit
ſimulachrū. Eius ſolū ydolū id eſt ſarcophagū penſi-
lē infelicibꝰ oſſibus plenū ⁊ multis ydolis pernicioſius
ſtultꝰ ⁊ beſtialis veneratꝰ eſt populus venerationis lo-
cū infelice arabia immo eo ipſo infelice Mechā appel-
lant verū vt xp̄s ſpiritu oris ſui diſſoluet ⁊ perdet futurū: ſic ydolū il-
lud (ſi vera ſunt q̄ iacobus ſtapulenſis noſter audiuit ⁊ audita ab eo
etiā ſcripta legi) ſpū fulmineo iā deiecit cui paret machina mundi ad
q̄cunqꝫ velit ſꝑ ſeruire parata. Vidit ipſe virū fulcine nunc ferme ſecū-
dus ⁊ viceſimꝰ agitur annus ille ſacco induebat nudo capite nudis
pedibꝰ ſꝑ incedens vimine intorto cinctus crucē ligneā in manu baiu-

ians nullū frigus nullas niues (que tunc maxime erāt) perhorrens de ſacello in ſacellū diſcurrens vbi ſi oſtia non poterant in niuibus genua flectens ⁊ orans cibus ei⁹ olera ⁊ panis: poſt multoꝝ dierū inediam aqua pot⁹ terra lect⁹ hunc inquā virū ferunt ſeptē annis cōſtātinopoli ſeruientē. In confeſſione nōis chriſti pertuliſſe: poſt quod tēpus cū mercatoribus Turcarū qui eū agnoſcebāt ⁊ ob ſimplicitatē morū ⁊ fidelitatē ſeruitij profect⁹ eſt Mechā. Illis ꝟo tēplū ingreſſis: vna ⁊ ipſe ingreſſus eſt ⁊ flectentibus genua ante feretrū beſtie ⁊ ipſe flexit. Adorarunt beſtiā ipſe vero tacita oratione xp̄m quē tūc cū lachrimis precat⁹ eſt: vt virtutis ſue ſignū oſtēderet ⁊ corp⁹ illud deijceret quod tot ī perditionē ſeduxerat pp̄los ⁊ lumine gratie ſue terrā illā illuſtraret vt hōies eū cognoſcerēt ⁊ darent vero deo gloriā q̄ ſolus gloria dign⁹ eſt: exeūtē e templo exploratores deprehenderūt vt ſerra lignea eū mediū ſecarēt. Nā hec pena eſt audentib⁹ tēplū ingredi: q̄ aliena ꝙ Mahumetea ſecta ſunt. Ipſe vero exultās ꝑ nōie xp̄i ſectionē patienter expectabat at mercatores rigorē flexerūt precib⁹ ⁊ dono eū receperūt incolumē multum enim eis ⁊ camelis eorū in via prebuerat famulatū. Abeuntibus igitur eis miſſum fulmē e celo feretrū (vt a dn̄o virtutis petierat ſignū) decutit quaſſat iminuit. Hec audiuit ipſe ſtapulenſis: ⁊ etiā ego ſcripta legi. Vn̄ ⁊ Turce coniectāt breui legē ſuā finiturā. Ecce (ſi hec vera ſunt) q̄ in typo ſedebat in tēplo ⁊ adorabat̄ quaſi de⁹ ⁊ extollebatur ſupra xp̄m ⁊ omnē qui dicit̄ deus: iam deiect⁹ eſt iā ſpiritu chriſti eliſus cecidit cuius aduentus fuerat ſcd̄m operationē ſathane ⁊ ſigna ⁊ prodigia ementita oīa ad ſeductionē iniuſtitie ijs q̄ pereunt ſignū eteni illud ementitū erat qđ multos ad interitū rapiebat ſarcophagū illum penſilē videntes ⁊ diuina virtute fulciri putantes penſilem dico in aere cui⁹ rei ſimplex populus neſciebat cognoſcere cauſam aut ſi non ſimplex propter ſuperſtitionem tn̄ non audebat cogitare. Sic ⁊ ſimplicib⁹ ⁊ nō ſimplicibus erat ſignū ⁊ prodigiū mendax ī perditionē animarū. Nunc autē poſt fulmineā ſepulchri infeliciūqꝫ oſſiū conflagrationē: dicunt corp⁹ eius eſſe in medinatalabi arabie deſerte: vbi delubrū eius viſitur longum paſſus cētū lat⁹ octoginta quadrigentis ſuffultū colūnis lāpades pēſiles ꝑpetuo accēſe ad triū miliū numerū. Sꝫ nonne ⁊ hic extolli: vr̄ ſupra ſacroſctm̄ ſebaſma ſupra ſanctūſanctoꝝ qđ vere colit̄ cui honor reuerētiaqꝫ debet̄ vbinā gentiū tantus apparet venerationis faſtus. Admiſſis ad ferale ſpectaculū eruunt̄ oculi ⁊ iure quidē tanq̄ qui nūꝙ deū ſunt viſuri. At xp̄s his corruptibilib⁹ nō indiget luminib⁹ cui innumera ſꝑ effulgēt eterna ⁊ q̄ vidēt hūi ſunt oculi ⁊ nequaq̄ eruēdi vt q̄ deū perēniter ſunt viſuri. Qui deū mahumetis colūt principē tenebraꝝ colūt: hic eoꝝ de⁹: hūc ei ille adorauit ⁊ hui⁹ ſoli⁹ fuit nūcius.

Neqꝫ de fictitijs celis ⁊ ampla eorum efficta magnitudine quiſqꝫ miretur. Nam (narrante philone) nonnulli filiorum iſrael diabolica curioſitate tentati ſimilibus figmentis illuſi fuere a Chananeis putantes ſe in media nocte veraciter ſolem videre: ⁊ dimiſſo vero ſolis creatore eum adorarunt pro vero deo qui fictitiū fecerat apparere ſolem. Non etiam mireris de fictitijs angelis ⁊ de ſimulato aſtutia ſathane chriſto cū valenti monacho ex hyſtoria heraclidis ſimile accidiſſe agnoſcatur. Demon (inquit) in effigieꝫ ſaluatoris transfiguratus nocte ad eum venit cuꝫ choro quodam mille (vt finxerat) angelorum lampades accenſas tenentium ⁊ cū flammea rota in qua ſaluatorem ſedere ſimulauerat precedente vno ex ipſis eiqꝫ iſta dicente. Egredere igitur de cella tua nihilqꝫ aliud facias niſi vt venientem eminus cernens. Inclinans te adorare feſtines ſic deinceps ad propriū habitaculum reuerſurus. Egreſſus igitur e cella ſua credenſqꝫ ſe cernere diuina miniſterij celeſtis officia cūctaqꝫ lampadū fulgore rutilantia: et ipſum antichriſtum non vltra vnius ſpaciū ſtadij conſtitutum protinus pronus in terra ⁊ eum quē crederet dominū adorauit. Hec heraclides. Ecce quomodo relicto vero chriſto tumidus ⁊ inſipiēs valēs chriſti adorauit aduerſariū ⁊ pro veritate ſimulatū phantaſma ⁊ emētitum ſimulachrū. Opera enim dei veritas ad ſaluandū diaboli auteꝫ verorum apparentia ad damnandū. Aduentus igitur illius beſtie: et primi antichriſti in ſpiritu ſathane fuit in mendacio nec ſigna nec prodigia fecit quod vt iam dictū eſt ipſe de ſe teſtatur. Sed ſecunda beſtia ſignorum habebit poteſtatem. Et ſeduxit vt ſcriptum eſt habitantes in terra: ꝑpter ſigna q̄ data ſunt illi facere. Prima beſtia.i. Mahumetes non modo mentitus eſt ſed leuiter: ſed indocte: ſed imprudēter: ſed inſipide loquitur in ſuo alcorano: ⁊ ſibiipſi ſepe cōtrarius eſt queādmoduꝫ ſue legis inſpector plane intelliget innumerabiles ſunt eius ineptie ⁊ anile fabule ⁊ pueriles nuge: de quibus libet hoc loco pauca referre que de ceteris iudicium prebeant. Exponens Mahumetes capitulū alcorani quod dicitur iſrael. Primā fabulam quā capite ſecundo huius libri narrauimus tradit alterā libro cui titulus eſt de doctrina Mahumetis hijs nugis atqꝫ deliramētis implet aures populi ita inquiēs. Duo āgeli nominant arathes ⁊ narrathes quos ille aſſerit iuſſu dei in terram deſcendiſſe: vt genus humanū regerent atqꝫ inſtruerēt tribus mandatis acceptis. Primū ne quemq̄ occiderēt Alterum ne quid iniuſte decernerent. Tertium ne vinum biberent: cū aliquādiu rexiſſent: ⁊ etiam ex toto orbe ad eos iudicia deuoluerētur Mulier quedam decenti forma ⁊ omniū pulcherrima aduerſus maritum ſuum cauſam habens iudiciū ab eis petijt: atqꝫ vt fauentes haberet iudices vt apud ſe prandiū habeant multis precibus inuitat: nō

abnũunt angeli. Paratũ ſplendidum conuiuiũ: epulas ⁊ pocula mu
lier ipſa miniſtrat: apponuntur fercula multiplicia: ⁊ cum hĳs vinum
ꝙ cũ ãgeli recuſarẽt inſtãte ſepiꝰ muliere ⁊ multas obĳciente blandi
cias tandem biberunt ⁊ inebriati vino in hoſpitam incaluerunt eiuſqꝫ
cubitũm poſtularunt ſpondet mulier ea conditione: vt alter eorum ei
aſcenſum in celũ oſtenderet alter deſcenſum. Placet conditio illa vt
vero iter didicit mox aſcẽdit in celum relictis atqꝫ irriſis angelis: quã
deus recognitã inter ſidera collocauit cui lucifer eſt nomen angeli ad
iudiciũ euocati ſunt: ⁊ catenis ferreis in puteo profundiſſimo religati
ſunt vſqꝫ in diem iudicĳ permanſuri cum elegiſſent in hac potius vita
ꝙ̃ in altera plecti. Hec ẽ ſapiẽtia Mahumetis quã docet paruulos
hec eius theologia: hec doctrina diuinitus reuelata mira hominis au
dacia ne dicamus ſtultitiam ſeu dementiam quot ſunt in hĳs fabulis
deridenda ſomnia. Quis illud patienter audiat ꝙ angeli dei vino ine
briati ſpecie mulieris decepti cõcubitum eius appetierint que iter in
celum edocta ad conſpectũ magni dei peruenit ⁊ honorifice accepta
inter aſtra locum obtinuerit: angeli penas dederint atqꝫ idcirco vnũ
homini interdictum quod tanti mali cauſa fuerit. Commemorat hec
Mahumetes ⁊ tã ꝙ̃ ex penu dei recepta hominibus inculcat vide ꝙ̃
grauiter ꝙ̃ vere ꝙ̃ perite loquũtur poetarum figmenta que pueris le
guntur. Inter archana legis inſerit Mahumetes pueri chriſtianorũ
non ſine riſu audiunt cũ rapte in celum femine referuntur ⁊ in aſtra cõ
mutate q̃ maior ⁊ minor viſa vocantur his nugis implet aures po
puli Mahumetes: ſed hec non lex eſt dñi quẽadmodũ dicit prophe
ta lex dñi inquit immaculata cõuertens aĩas teſtimoniũ dñi fidele ſa
pientiam preſtans paruulis. Immaculata eſt lex dñi: qꝛ mala queqꝫ
excludit neqꝫ libidinẽ neqꝫ turpitudinẽ vllã admittit ſic apud eundem
prophetã eloquia dñi caſta dicuntur: ⁊ apud Iob legitur non inuenie
tis in ore meo iniquitatem nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit. ⁊
apoſtolus lex ſancta inquit ⁊ mandatum ſanctum ⁊ iuſtum ⁊ bonum
At quomõ Mahumetea lex imaculata q̃ ſtupra ⁊ adulteria ⁊ oẽs
libidinuꝫ maculas ac feditates admittit dicet forſitan: qꝛ ieiunia que
dam precepit ⁊ orationes ⁊ elemoſinas non damnamus hoc abſit vt
ea mala dicamus inuẽtorũ eorum. Mahumetem eſſe negamus abſ
qꝫ Mahumete ſciebamus hec eſſe bona. Ieiunauit Moſes ieiuna
uit Helias ieiunauit Chriſtus orare ⁊ frangere eſurienti panem ſuũ
⁊ egenos: multo antiquius eſt quã Mahumetis inuẽtũ. Multi nos
legiſlatores ad opera pietatis inuitarunt verũ adulterari fornicari ſer
uire ventri ⁊ in sceno voluptatum iacere ſolus Mahumetes inter bo
na collocat. Mahumetes vxores inquit ducite ⁊ cõcubinas ꝙ placet.
Nã ego quadraginta virorũ in meis lũbis vires habeo ⁊ vxoribus

atqꝫ ancillis ꝑmiſceor plurimis: q̄d de teſtimonio fideli cum data eſt Moſi lex i mōte ſinai: fulgura ⁊ coruſcatiōes appͥuerūt ⁊ ſigna de celo q̄ teſtimoniū legi ꝑbuerūt: lex chriſti miraculis admodū multis ↄfirmata ē. At Mahumetis legē q̄ ſigna/q̄ miracl'a ꝓbāt. Audiam⁹ eū nō ſum miſſus inquit niſi in virtute gladij: ⁊ qui non ſuſcepit meā prophetiā occidatur aut reddat tributū p̄ciuꝫ ꝓ infidelitate ſua. quid eſt hoc nūquid manifeſte negat ſe miraculorū ꝟtute carere et ficta falſaqꝫ eſſe oīa ſigna demōſtrat: que ſue legis doctores in populis p̄dicant: non hꝫ igitur lex mahumetea teſtimoniū niſi in armis: ſed id nō eſt fidele. Intellige ergo tu q̄ Mahumetū adoras quo pede claudicat tua lex/⁊ quātis ſcatet erroribus/⁊ q̄ ꝓcul a veritate recedit ⁊ ꝙ nō ē in ea ſal⁹: noue ⁊ antiq̄ legis īimica: ⁊ itellige q̄ ſolida ē euāgelica doctrina q̄ vera ⁊ ſctā/q̄ mūda ⁊ imaculata: ⁊ ꝙ in ea tm̄ iter in celū oſtēdit et ꝙ trinitas in vnitate/et vnitas in trinitate colenda eſt.

¶ De ſcda beſtia. i. antichriſto ⁊ eius aduentu. Cap. v.

Sex etates poſt chriſtū



Uerūt qui dixerūt a chriſto vſqꝫ ad antichriſtū mundū ſex etates habiturū: ⁊ primā fuiſſe apoſtolorū: ſcdam martyrū: tertiā doctorū: quartā anachoritarū: hoc ē ſecedētium: vt Pauli primi heremite: hilarionis ⁊ antonij ac ſimiliū: quintā monachoꝝ: ſextā mendicantiū et hac euoluta putēt antichriſti tp̄s affuturū. Quid igitur reſtat niſi cuꝫ apoſtaſia ⁊ defectio monarchie romane cōpleta fuerit: veniat ſcda beſtia/ſcds homo peccati ⁊ fili⁹ iniq̄tatis: de quo loq̄tur apl's. ij. ad Teſſalonicēſes ca. ij. cui data eſt poteſtas ſignoꝝ in quo oīa hec manifeſtiora erūt q̄ in prima beſtia/que malicie iſtius fuit typus: quem dn̄s ieſus elidet ſpū oris ſui ⁊ deſtruet illuſtratiōe aduēt⁹ ſui euāgelio pacis in vniuerſo orbe p̄dicato. Cognito vero atqꝫ recepto: felices qui tūc erūt tāte felicitatis a deo electi miniſtri: magna etiā felicitas ijs q̄ immobiles ſtabūt in fide chriſti tam vita q̄ cōfeſſione: neqꝫ etiā dū inſtabūt tp̄a illa dimouebūtur a mēte ſua neqꝫ diſturbabunt: ſed firmiter adherebūt chriſto vt immobili monti pacē eius ⁊ ſerenitatē retinētes: ⁊ gr̄as ei ſemꝑ agētes ꝓ magna erga ſe dei miſeratōe. Quod ⁊ ita eſſe Teſſalonicēſibus/exultat in ſpiritu Paulus: ⁊ hortat' imobiles ſtare auxiliūqꝫ diuinuꝫ ad hoc eis imp̄catur. Nihil igit' reſtat niſi defectio monarchie romane cōpleta fuerit: veniat hec ſcda beſtia: inde dicit apl's. Antichriſtū nō antea in mūdū eſſe venturū: niſi venerit primū diſceſſio: hoc eſt niſi diſceſſerint oīa regna a romano imꝑio: q̄ prius ſubdita erāt. Hoc autē tp̄s vt tradit btūs Auguſtin⁹ nōdū aduenit: q2 lꝫ (inq̄t) videam⁹ romanū imperiū ex maxia parte deſtructū: tm̄ q̄diu reges francoꝝ durauerint/q̄ romanū imperiū tenere dn̄t: romani dignitas ex toto nō ꝑibit: q2 in regibus ſuis ſtabit. Quidam vero doctores vt idem Auguſtinus tradit dicunt ꝙ vnus ex

Auguſtin⁹ lib. de antichriſto.

Ultim⁹ rex frācorū ſm̄ Auguſtinū

regibus francorū romanū imperiū ex integro tenebit qui in nouiſſi-
mo tempore erit: ⁊ ipſe erit maximꝰ ⁊ omniū regū vltimꝰ. Qui poſtꝙ
regnū ſuum feliciter gubernauerit ad vltimū hieroſolimā veniet: ⁊ in
monte oliueti ſceptrū ⁊ coronā ſuam deponet. Hic erit finis ⁊ cōſum
matio romanorū chriſtianorūqꝫ imperij. Statimqꝫ ſcd̄m predictam
ſententiam apoſtoli pauli antichriſtū dicunt futurū hec Auguſtinus.
Non deſunt etiam noſtris tēporibus q̇ dicant appropinquare tēpus
antichriſti quēdā quoqꝫ prophetā breui naſciturū qui magnā moꝝ
⁊ legū varietatē inducat. Sed cū omnia ſint incerta ⁊ plena fabularū
illud xp̄i tenendū eſt. Eſtote parati: qꝛ qua hora non putatis filiꝰ ho
minis veniet. Nā preſciri nullomodo iudiciū datur: niſi a deo ipſo re-
ueletur: ⁊ cū apoſtolis id ſcire deſiderantibus ⁊ ſuper eo xp̄m interro
gantibꝰ reſponſum fuerit: nō eſt veſtrū ſcire tempora ⁊ momenta que
pater poſuit in poteſtate ſua. Credo id fruſtra ſpari a poſteritate: et
ſatiꝰ eſſe deſiſtere ab hac tam curioſa temeritate. Hec ſunt que ſi me-
morie tenueris: ⁊ frequenter quaſi ruminando meditatus fueris con
ſtanter huius vite mortalis bona eque ac mala peritura contemnes.

¶ De doctrine chriſtiane autoritate atqꝫ preſtantia. Ca.vj.

Quanto chriſtiana lex ceteris excellentior eſt quāto ⁊ plu-
res docti: ⁊ doctis alijs ſp doctiores eloquētiores ⁊ ſan
ctiores fuerūt qui hanc ſecuti ſunt quā q̇ alias ſuſcepe-
runt. Si primū religionis huius fundamentū dialectici
vel oratores vel poete iecıſſent: ſuſpicaremur plebē aſtu
tia hominū fuiſſe deceptā. Si docti oēs ſemper reſpuiſſent iudicare-
mus eā forſitā cōtennendā. Si principes vel ab initio vel paulopoſt
huic legi omnino fauiſſent opinaremur (qđ de quibuſdam religioni
bꝰ arbitramur) debiliores a potentioribꝰ fuiſſe coactos ſucceſſores
deinde (vt fit) legē illā cum lacte ſuxiſſe. Diuina igr̃ prouidentia vo-
luit ſimplicē religionis ſue veritatē ab hominibꝰ primo rudibꝰ ⁊ ſim
plicibꝰ primā originē ducere atqꝫ a ſimplicibꝰ ⁊ rudibꝰ aſtutos ac do
ctos feliciter irretiri ꝑmiſit inſuꝑ religionē ſuā ānos plures ꝙ trecen
tos a potētibꝰ vbiqꝫ gētiū crudeliter īpugnari quo maior eēt doctoꝝ
teſtiū ⁊ fideliū numerꝰ reiqꝫ ipſius verior certior firmior auctoritas.
Nā ī proſꝑitate fidē ꝓſtare facile eſt in aduerſitate difficile. Exq̇ſitiſ-
ſimis tormētis cruciatos fuiſſe xp̄ianos vt nr̄as hyſtorias ꝑtermittā
teſtat̃ tacitꝰ. Vituperauit autē xp̄anos credo vt ſeculis ſuis adularet̃
quē etiā in hyſtoria mētitū fuiſſe Tertulianꝰ oſtēdit: qꝛ dixerit iudeos
caput Aſini colere atqꝫ hiſtoria ſcripſerit pōpeiū arch ana iudeoꝝ ſpe
culatū nullū in eis ſimulachrū reperiſſe. Igit̃ ab hoc vno mēdacio di
ſce reliq̃. Accedit ꝙ hirene' nr̄ martyr lugduneñ. āntiſtes clariſſimꝰ ī li-
bro ꝯ hereſes teſtat̃. Nō ob aliō tūc ꝯ nr̄is ſuſpicio exorta ē tāꝙ ipijs
⁊ īpuris ꝙ ob hereticoꝝ q̄rūdā gnoſticoꝝ ꝑ ſeruitā inceſtā prorſus

⁊ execrabilem. Sed non in longũ durant infamia/vbi ſeipſa cepit ve
ritas aperire. Doctrinam hanc chriſtianã multa cõfirmant: primum
quidẽ ꝓphetarũ ſybillarũqꝫ predictiões. Deinde ſanctitas ⁊ miracu
la chriſti ⁊ apoſtolorum atqꝫ martyrũ. Accedit illa ſupramodũ mira
ꝓfunditas ⁊ maieſtas que in ſobrio eorũ ſtillo ꝑſpicit̃: qui antea ru-
des piſcatoreſqꝫ fuerãt. Petri preſertim Jacobi ⁊ Joannis: atqꝫ vt
de gentiuꝫ apoſtolo paulo chriſtiane legis ꝓpagnaculũ taceam: qui
⁊ ſi ante cõuerſionẽ vir doctiſſimꝰ erat: ſurgit tamen poſt in ſuis epi-
ſtolis admodũ ſup̲ hominẽ. Quid petri epiſtolis anguſtius: quid ve-
nerabilius epiſtola Jacobi atqꝫ Jude. Quid de Joãnis apocalipſi
dicemus: qui liber celeſtẽ p̃fert faciẽ: totqꝫ hꝫ ſacramenta quot verba.
Quid de huiꝰ epiſtolis quibus ineſt abſqꝫ verboꝝ fuco nectarea dul
cedo ſenſuſqꝫ diuinus: euangelium eius videt̃ dei manibus ſcriptuꝫ
eſſe nõ hoĩs: qđ cũ legeret Amelius platonicus ꝑ iouẽ iurauit viruꝫ
illum barbarũ.i.iudeũ breuiter comp̃hendiſſe que de ratiõe diuina:
principio diſpoſitiõeqꝫ rerũ Plato ⁊ Heraclitꝰ diſputauerũt. Sim
plicianus ait Platonicũ quendã audiſſe dicentẽ euãgelij huiꝰ p̲he-
miũ vbiqꝫ in temploꝝ apicibus lr̃is aureis ſcribẽdũ eſſe. Deniqꝫ oẽs
tales oratiões quales vita fuerũt: ſicut enim in ꝯuerſatiõe mitiſſimi
In periculis aũt ⁊ laboribꝰ fortiſſimi ⁊ ꝯſtãtiſſimi ita in loquẽdo hu
millimi pariter ⁊ excelſi. Cõiunctiões hmõi p̲hi ſupra naturã eſſe cẽ
ſent. Sic ergo ruſticos illos ⁊ piſcatores magiſter eoruꝫ chriſtus ꝙ
ꝓmiſerat piſcatores hoĩm reddidit: qđ ve mirabile eſt eos poſt aſcẽ-
ſionẽ ſuã in celũ: adhuc rudes e celo ſubito q̊dam afflatu mirifice do
cuit vſqꝫ adeo vt ſtatim corã oĩ ꝑplo: oĩbus linguis doctriniſqꝫ polle
rent: cuius rei ſignũ eſt ꝙ ipſi doctos plurimos docuerũt: multiqꝫ ſa
piẽtia excellẽtes colla ſua eorum iugo libẽtiſſime ſubiecerũt. Hiero-
theꝰ ⁊ Dionyſiꝰ areopagita ⁊ Juſtinꝰ platonici: quorũ ſcripta oĩ ſa-
piẽtia plena ſunt. Crucẽ chriſti vna cũ ap̃lis ſubiere. Quadratꝰ p̃ter
ea Agrippa pantenus ſtoicus/ Lucas ariſtides/ Marcuſqꝫ philo-
ſophi Tenas ⁊ appollo legis iudaice peritiſſimi. Quid de ſapiente
ignatio chriſti diſcipulo antiochie ep̃o dicã: quid de policarpo ſmyr-
neoꝝ ep̃o Joãnis euãgeliſte comes magnus aſie doctor. Sꝫ ecce ſe
mihi iã offert viroꝝ in quauis doctrina excellentiũ turba ꝙ̃ plurima
Barnabas clemẽs romanꝰ/titus/timotheꝰ/ſoſtenes/ariſtion/ſil-
uanꝰ/ſolip̃r dorotheꝰ/demophilus/philemon/luciꝰ/iaſon/andro-
nicꝰ/vrbanꝰ/liuꝰ/creſcẽs/cletꝰ/paulꝰ/ſergiꝰ ꝓcõſul cypri/demas/
ſylas/criſpꝰ/egeſipꝰ iudeꝰ/epaphras/ariſtarcꝰ/marchꝰ/epaphro-
ditus/oneſimus/tithicus papias iuſtus/hermas/gaiꝰ/enodius/
atqꝫ Mellitus p̃hus aſianus. Alijqꝫ ꝑmulti viri admodũ ſapientes
ap̃loꝝ diſcipuli: quoꝝ alter alterius cruceꝫ aſpiciebat intrepidꝰ: ſuã

Chriſtiane legis confirmatio.
Petrus.
Jacobus.
Joannes.
Doctrina pauli.
Petri epiſtole
Jacobi epiſto ⁊ iude
Apocalipſis ioãnis.
Joãnis euãgelium.
Amelꝰ platonicus.
Plato
Heraclitus
Siplicianꝰ.
Apoſtoli piſcatores hominum.
Hierotheꝰ.
Dionyſius.
Juſtinus martyr.
Diſcipuli apoſtoloꝝ.
Alij apoſtoloꝝ diſcipuli.

Contra iudeos declamatio.

mox expectabat indomitus ⁊ ferebat inuictus. Deſinite iam delirare
iudei tam miſeri ꝙ inſani: creditis ne diuino illo viro (quē totus ſine
ↄtrouerſia mūdus honorat) Joanni baptiſte qui (vt ait Joſephus)

Joānis baptiſte teſti. ex ioſepho.

erat reuera atqꝫ publice habebat᷑ omnium exemplar virtutū. Ad quē
tanꝙ ad oraculū plurima iudeorum ceterorū turba vndiqꝫ cōfluebat
Joannes autem ieſum nazarenū eſſe meſſiam palā proculdubio affir
mauit iuſſitqꝫ omnes eū ſequi. Alioquin non oēs que tunc de ieſu lo-
cuti ſunt exordiū a Joannis teſtimonio ⁊ ↄfirmatione feciſſent: eūqꝫ
miris laudibus celebraſſent patet aūt cuiqꝫ vitam ieſu ſimul atqꝫ ioā-

Cōtra iudeos declamatio.

nis ab euangeliſtis narrari. Deſinite etiā vos turci ⁊ Mahumetēſes
delirare. Nam horū amicitiam cū Mahumetes veſter non ignora-
ret vtriuſqꝫ ſcꝫ Joannis baptiſte ac ieſu ortum vitam laudes. In eo-

Alchoran⁹ de chriſto.

dem alcorani capitulo decantauit. Appellauit chriſtū ſpiritū verbūqꝫ
dei. Joannem ibidem ait: Magnū eſſe prophetā diuini verbi confir
matorem. Et certe ita confirmauit: vt primos diſcipulos ſuos a Joā
ne chriſtus habuerit. Mahumetes primos illos chriſtianos valde

Mahumeti mendacia.

probat. Confiteturqꝫ doctrinam chriſtianam: id eſt euangeliſtarum
apoſtolorūqꝫ libros ab ipſo deo autoritatem mirabilem accepiſſe ac
teſtamento veteri anteponit: ſed hos libros ait poſt apoſtolos a chri
ſtianis fuiſſe corruptos. Totūqꝫ id machinatus eſt homo tam calli-
dus ꝙ bellicoſus: quoniā aſſerit ſe a chriſto apertiſſimis verbis fuiſ-
ſe promiſſum qui in euangelio dixit predico vobis poſt me venturuꝫ

Mahumeti aſtutia.

eſſe quēdam dei nunciū nomine Mahumethem illū videlicet ſpiritū
veritatis qui docebit vos omnia principio machinatio huiuſmodi et
ſi apud brutos imbelleſqꝫ homines (tales ei Mahumetenſes ſunt)
tam vi quaꝫ dolo locū habuit tamē apud magnos prudenteſqꝫ viros

Mahumetes falſus ꝓpheta.

nimium ridicula eſt: nā ante Mahumetis aduentum nulla cauſa erat
obquā Mahumetis nomen poti⁹ ꝙ Cayphe Neronis Domitiani
vel antichriſti euangelio ſubtrahere debuiſſent. Poſt autem Mahu
metis aduentū. Ipſe Mahumetes potius cultus fuiſſet ab his qui
euangelium colebāt: ꝙ nomē Mahumetis ablatū. Sed ipſo falſo
nomen ſuū ſubiungi voluit vbi apud Joannē chriſtus ſpiritūſanctū
promittit. Cuius infuſio apoſtolis ipſis non multo poſt reſurrectio
nē ꝑmittebatur. Deinde quo nā pacto veriſimile eſt chriſtianos oēs
volumina illa q̄ tanꝙ celitus data ſummopere eo tēpore venerabā-

Miſteria chriſtianorum male intellecta a mahumeto

tur auſos fuiſſe mutare. Si qui autē impij auſi ſunt tanꝙ pauci ipru
denteſqꝫ a pluribus prudentibus conuicti ſtatim ſunt: neqꝫ obtinue-
runt. Ipſe Mahumetes videtur omnino profunda chriſtianorū mi-
ſteria ꝙuis ea legerit nequaꝙ intellexiſſe: vbi enim ieſum legit eē dei
filium atqꝫ deum putat chriſtianos deos illic duos inducere patrē vi-
delicet atqꝫ filium. Atqꝫ hunc in Alcorano binarium deorum numerū

deteſtatur qđ etiam a chriſtianis eſt alienum: deum vnum patrem/filium/ſpiritumq͡ȝ putātibus. Ipſe autem neſciat quomodo tamē miraculis chriſti cōmmotus ipſum dei filium deumq͡ȝ fatetur vbi eū nominat dei flatum ſpiritumq͡ȝ propriam dei animam: virtutē dei/verbum dei aſſtante deo ex virgine perpetua natū. Preterea quotiens incidit in trinitatis nomen. Homo tāte rei proꝛſus ignarus: chriſtianos falſo nimium et inepte calumniatur ꝙ tres deos adorent. Neſciens ꝓprietates diuinarum diſtinguere perſonarum: ac ſimul ſeruare diuine ſubſtantie vnitatē ipſe tamen veritate coactus deū vbiq͡ȝ in plurali numero de ſe loquentem inducit: qđ et Moſes obſeruauerat qui in geneſi deo: modo ſingulare nomē verbumq͡ȝ modo plurale attribuit. Certe vnitatem ſubſtātie in deo ſeruans ſimul ac numeruȝ perſonarum. Multum enim Mabumetes ſuam arrogātiam temperauit: cum dixit in Alcorano ſe miracula neq͡ȝ feciſſe neq͡ȝ facturum plurima ignorare eſſe purum hominē: quāuis nuncium a deo inſpiratum/neq͡ȝ ſe dare poſſe veniam peccatorum. Uetuit ſe inuocari et adorari: confeſſus eſt inſuper eſſe in libris ſuis nōnulla: de quorū veritate dubitari poſſit. Ex quo apparet ipſum veritatis ſpiritum non fuiſſe. Multuȝ quoq͡ȝ Alcorani auctoritati detraxit: cū inquit. Quicunq͡ȝ deum vnum adorans: honeſte vixerit ſiue iudeus ſiue chriſtianus: ſiue ſarracenus ſit miſericodiā ſalutēq͡ȝ a deo conſecuturū. Auctoritatem vero euāgelij manifeſtiſſime confitetur cū lumen directionem perfectionemq͡ȝ cognominat: vnde ⁊ Mabumetis ſectatores/eo concedente fatentur nouo teſtamento accedente veteris teſtamenti ritus magna ex parte merito ceſſauiſſe. Teſtamentū vetus nōnūꝗ eo pacto intelligunt et obſeruant: quo expoſuit mandauitq͡ȝ Mabumetes qui ſe vtriuſq͡ȝ veriſſimum interpretem eſſe aſſeuerauit creationem mundi Ade progeniem hiſtoꝛiam oēm hebraicā probant ⁊ chriſti doctrinam expectant antichriſtum fore peſſimuȝ hominem quem a chriſto occiſum iri putant. Item corporum reſurrectionem: vltimū iudiciū ſupplicia ⁊ premia ſempiterna: xp̄m proximum deo ſedente collocant Mabumetē chriſto oratiōe: qua et nos q̄tidiana vtunt̄ ad deum. Pater noſter ⁊ reliqua: ſed vbi nos dicimus. Et ne nos inducas: ipi dicūt. Deꝰ erit Mabumetes miſſus a deo. Sȝ hec Mabumeti nugamenta fictitia execramur ⁊ quaſi nenias infantiles ridemꝰ aſſidue. Fidē ergo chriſtianā vt teneas hortoꝛ et moneo. Hec enim lex vite via eſt in celū recta: ⁊ quā breuiſſima ad illa ſempiterna bona que oculus non vidit: nec auris audiuit: ipſa chriſti fides eſt lux vera que illuminat omnem hoīem venienteȝ in hunc mundum. Et hec eſt lux que lucet in tenebris: et quam tenebre non comprehenderūt. Licet enim gentiles ⁊ Maumethenſes qui tenebrarum noīe deſinant

Mahometi ignorantia.

Non venit mahometꝰ vt ſui affirmant in virtute miraculorū ſed gladij.

Neminē dāpnat mahumethes.

Hiſtoriam hebraicā ꝓbat mahumetes.

Articuli alcorani

Oratio dominica apđ maumethēſes habetur in vſu.

Chriſtiana lex recta

Gentiles interpretātur tenebre

ſiam cognati ſint eradicare. Ipſa tamen quaſi ſol qui neſcit occaſum nebulas errorum: tonitrua minarum: ꝓcellas odiorū: fulmina irrarum et quicquid excogitauit ingenioſa crudelitas tyrannorum lucis ſue claritate diſcuſſit. De Mahomethenſibus plura nō attinet dicere quādoquidē eorum leges et inſtituta nature legi moribuſqꝫ ex ea manentibus aduerſari abſqꝫ vlla diſquiſitiōe palam eſt: que ſi ab eis abijcerentur diuine luci hauriende idonei aptiqꝫ fierent quib⁹ id dici poſſet qđ olim Photinus Lugduneñ. epus et martyr reſpondit interroganti ſe pſidi de deo chriſtianoꝝ: ſi dign⁹ inquit fueris ſcies. Nec quidē vt ſimonides riſum dedit: qui ſe dixit neſcire qđ de⁹ eſſet non vt alius ille qui comeatu deliberandi ꝛ petentem tyrannum ꝛ ſe fruſtrat⁹ eſt: ſed ſcire ſe oſtendit martyr et docere noluit nihil ob aliđ niſi qꝛ indignus erat que petebat: nō poterat enim crudelis preſidis tenebroſa anima erroribus plena: radiantē lucem veritatis admittere: neqꝫ enim in animā maliuolā non (vt ſcriptum eſt) introibit ſapientia. Rectiſſime igitur reſpondit: ſi dignus fueris ſcies: hoc eſt ſi a malicia deſiueris ſi veritatis amore exarſeris et ſuperbe obſtinationi obluctatus fueris ſcies ſi dignus eris: hoc eſt ſi nature leges illibatas cuſtodieris diuina gratia doceberis: idem omnes quicūqꝫ ſint hoſtes eccleſie aſſequerentur modo diuino: impulſui eorū aīos vt ingrediatur veritas crebriter quatienti freti ipſi ſiſiqꝫ copijs ſuperbie regine vitiorum non obſtarent contraqꝫ niterentur et de his ad preſens ſatis. Ego tamē deo noſtro gratias ago ꝙ in his quattuor libris nō q̄lis ego eſſē cui multa deſunt: ſed qualis eſſe debeat qui in doctrina chriſtiana nō ſolum ſibi ſed alijs etiam laborare ſtudet: quantulacunqꝫ potui facultate diſſerui.

# ¶ Quartum volumen.

¶ De mirabilibus mun-
di.lib.ij.
Primus de moribꝰ et mi
rabilibus gẽtiũ ꝛ prouin
ciarũ orbis ſcdꝫ tabulas
Ptolomei.
Secũdus ciuitatũ totius
orbis cathalogus.

¶ Deſcriptio morum et mirabilium regionum et prouinciarum ſcdꝫ tabulas ptolomei. Et primo ſuper tabula prima Europe.

BRitannorum inſule gentes habent ferociſſimas ꝛ aptiſſimas bello que cū pulchro ſint corpore ꝛ elato mēbriſqꝫ robuſtiſſimis ac colore cādido. Ingenio quoqꝫ ꝛ facilitate lingue plurimū pollēt. Cauſas aūt ꝛ bella cōtrahunt ac ſic frequenter inuicē infeſtant. Equitatu ꝛ pedite pugnāt (bigis olim ꝛ curribus) gallice armati. Equos producūt ꝙ plurimos: atqꝫ eos eiuſmodi vt non videantur niſi quodā ſuauiſſimo inceſſu deambulare a natura didiciſſe ꝛ cū quadam quaſi modulatione progredi more regio. Pecudes habent tam molliſſimo indutas vellere vt ad aranearum ſimilitudinem tenuitatemqꝫ facile contrahi poſſit. Pecore quidē ꝛ finibus incole dites. Paſcuis habundant letiſſimiſqꝫ ꝛ dulcibꝰ herbis. Inuerna maxime (que ꝛ ibernia dicit) adeo vt ſe exigua parte diei pecora impleant: ꝛ niſi pabulo prohibeātur diu paſta diſſiliant. Maſſam terream gignunt (ſed admixtā ſulphure) ad carbonum ſimilitudinem qua fabri ferrarij ꝛ vniuerſa regio tum etiaꝫ que finitime ſunt maxime vtunt ad incendendos ignes Flumina ibi pregrandia alternis mōtibus modo in pelagus modo retro (eſtu faciente) fluentia ꝛ quedā gēmas margaritaſqꝫ gignētia Sine fontibus prodeunt. Lacubus carent ꝛ montibus preterꝙ exiguis. Metallorum larga ꝛ varia copia ex earum viſceribus ꝙ facile eruitur. Stamno enī ꝛ plumbo ac multiformi eris materia auroqꝫ ꝛ argento plurimū pollent. Thanatos inſula freto gallico a britannia vario tenuiqꝫ ſeparata frumentarijs campis ꝛ gleba vberi nomē ſortita eſt a morte ſerpentū quos dum ipſa neſciat aſportata inde terra quacunqꝫ gentiuꝫ vecta ſit angues ilico perimit. Idem de ſcotia aut ybernia refertur: ꝛ ꝙ ibi rara auis apis nulla ſit. Aduectoſqꝫ inde pulueres aut lapillos ſi quis alibi inter aluearia ſparſerit examina fauos deſerant. Thile vltima eſt a ſole nomen habens quia in ea eſtiuo ſolſticio continuis cernitur dies brumaliqꝫ nox perhennis graiiſquideꝫ ꝛ noſtris celebrata carminibus. Ultra thilen nauigatione vnius diei ad ſeptētrionem pigrum ꝛ concretum eſt mare.

¶ Super ſecunda tabula europe.

HIſpaniam / ſiue hyberiam / aut heſperiam incolunt Iberi genuſquidem hominum elatiſſimum preditum ingenio ꝛ ad bella prōptiſſimū iactu ꝛ manu induſtriū Terra ſalubritate celi equalis oīm frugū gn̄ibꝰ fecūda viris eq̄s ferro plūbo ere argēto auroqꝫ ꝛ tā habūdās

⁊ adeo fertilis vt ſicubi ob penuriam aquarum effeta ⁊ ſui diſſimilis
eſt linū tamē aut ſpartū alat. Tagus ipſius fluuius arenis aureis co
pioſus habetur: gēmaſq; generare perhibetur. Betis ex tarraconē-
ſi demiſſus diu vno amne decurrit: poſt vbi non longe a mari grandē
lacum facit ⁊ quaſi ex vno fonte geminus exoritur quantuſq; ſimplici
alueo tātus ſingulis effluit. In ripa eiuſdem betis oppidum eſt cu-
ius putei creſcente maris eſtu minuuntur augeſcūt decedente medijs
temporū immobiles. Eadē eſt natura in iſpali vni puteo ceteris vul-
garibus. Baleares appellate a fundarum iactu quibus hoīes ipſi
maxime preſtant. Cibum enim pueri a matribus non accipiunt niſi
quem ipſis mōſtrantibus percuſſerint. Ebuſos vel ebyſſus ſiue bau
ſus aut ebuſis vel eboſus vtrūq; reperitur e regione patet frumentis
tm̄ non fecunda ad alia largior ⁊ omniū aīaliū que nocent expers: vt
nec ea quidem que de agreſtibus mitia ſunt aut generet aut ſi inuecta
ſint ſuſtineat. Colubraria que ⁊ ophiuſſa contra eſt que cum ſcateat
multo ac malefico genere ſerpentū ⁊ ſit ideo inhabitabilis tamē in-
greſſis eam intra id ſpatium quod ebuſitana humo circuncinauerint
ſine pernicie ⁊ tuta eſt ijſdem illis ſerpentibus qui ſolent obuios ap
petere aſpectū eius pulueris aliudue (quod verius) procul ⁊ cū pa-
uore fugientibus. Proxima inter ſe europe atq; africe littora mōtes
eff ciunt. Calpes ⁊ abyla colūne herculis vterq; quidem: ſed calpes
magis ⁊ pene totus in mari prominens. Inde fretū herculeū quod
etiam gaditanū ab inſula gades ſiue gadis vel gadira que idem fre-
tum egreſſis obuia eſt. A qua etiam inſula montes prefati gadium
nomen ſumpſerunt atq; ab alia minore eiuſdē nominis inſula in qua
romani ciuitatē quondam iuliam condiderunt.

## ¶ Super tertia europe tabula.

Galli ſuperbi ſunt ⁊ animoſi maxime. Bello ſtrennui et
primo impetu acriores. Nouitates amant vrbani libe-
raleſq;. Uerum olim ſuperſtitioſi ⁊ quādoq; tā imanes
vt hominem optimam ⁊ gratiſſimam dijs victimam cre-
derent. Manet veſtigium veritatis iam abolite druida
rum nomen qui magiſtri ſapientie eorū quicquid dij vellent ſcire pro
